DECISIONES M.R.C. REGNI SICILIAE QUIBUS ACCEDUNT ALIQUAE...

Sicilia : Magna Regia Curia, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 E
20

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13_29. A. 33

40
C
28

40
B
21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONES
M.R.C. REGNI SICILIÆ
QVIBVS ACCEDVNT ALIQVÆ
CAVSARVM DELEGATARVM.

AVTHORE

IO. FRANCISCO DEL CASTILLO
EIVSDEM TRIBVNALIS OLIM IVDICE, ET MAGISTRO
Rationum Trib. Reg. Patrimonij Regioque Conſiliario.

ORDINE DECISIONVM DICTI AVTHORIS.

LIBER TERTIVS.

Adiectis Summarijs, & Indicibus locupletiſſimis.

AC ETIAM ADDITIONIBVS AD PRIMAM DECISIONVM
partem ad commodiorem Lectorum vſum.



PANORMI, Apud Ioannem Baptiſtam Maringum. M.DC.XXIX.

Impr. de la Riba Vic. Gen. *Impr. de Blaſcb. P.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILL.^MO ET EXC.^MO DOMINO D. FRANCISCO FERNANDEZ DELA CVEVA

DVCI DE ALBVRQVERQVE, MARCHIONI DE CVELLAR

Comiti de Ledeſma, & de Guelma, Domino Villarum de Monbeltran, & Lacodecera,

DE CONSILIO STATVS, ET BELLI SVÆ CATHOlicæ Maieſtatis Proregi, & Capitaneo Generali in hoc Siciliæ Regno.

PATRONVM alium a te ne optare quidem poſſum Princeps excellentiſsime, præter enim id, quod ſuo ſibi iure tua poſtulat amplitudo, & dignitas: tam multa, tamque magna tanta tua in me collata beneficia flagitant vniuerſum, meque tibi deuinctum mirifice tenent. Quænam enim ingrata vlla obliuionis nota, vt cętera prætercam, duo illa tua inobſcuret aduerſus me promerita? cum ad M.R.C. iudicium a te quidem propoſitus, a Cæſarea Maieſtate electus: tum vero ad Magiſt. Ration. numerum R. Patr. Trib. promotus, beneficentiſsimam tuam liquido ſenſi benignitatem. Cuius igitur patrocinij gloria illuſtratum hoc quidquid eſt operis, niſi nominis tui ſplendore procedat, a quo mihi tantum honoris, tantum tributum eſt dignitatis? Exiguum plane opus; at hoc ipſo gloriæ tuæ, ſi benigna fronte reſpexeris, grandior, multoque magis idonea ſedes: dati enim operis magnitudo, ac dignitas nonnihil accipientis humanitatis gloriæ videtur detrahere. hoc igitur qualecunque opuſculum ita Excellentiæ tuæ dedico, conſecroque, vt me, meaque ſimul omnia tibi voueam libentiſsime, D.O.M. enixèorans, vt amplitudinem tuam mirificis aliquando cumulet incrementis. Vale.

Excellentiæ Veſtræ

Humillimus ſeruus

Ioannes Franciſcus del Caſtillo.

Digitized by Google

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI S.

EN tibi, Candide Lector, ſeorſum à prima mearum deciſionum parte ipſius additiones pro tuo maiori commodo, vt ſæpius a me multorum vota efflagitarant in lucem prolatas. Et hoc quidem ipſum multò ante præſtare debuiſſem: quoniam vero perexiguum id mihi videbatur futurum opus, amicorum potius dignitati, quam eorum voluntati conſulendum ratus, rem ipſam de induſtria longius producebam. Vicit tamen aliquando officioſa amicorum vis ſubpudentem modeſtiam; iamque reuoluto biennio, quo in M.R.C. ciuili, anno videlicet 1623. & proximo 1624. iudicium exercui, centum quinquaginta deciſiones in ipſa M. R. C. habitas, quæ videbantur in primis luce digna, luci credere animo agitabam. Abſolueram ſcilicet quinquaginta, cum rurſus ad eumdem Magiſtratum à Cæſarea Maieſt. admotum, ibique ſex menſes exercitum, eidem Cæſ. Maieſt. libuit me in numerum Magiſt. Ration. Tribun. ſui Reg. Patrim. adſcribere. Quotidianis igitur apprime mihi diſtracto negotijs centum alias Deciſiones perficere non licuit. Vt ne igitur obſtinate potius amicorum voluntati deeſſe, quam eorum dignitati, vti fas eſt proſpicere videar, qualecunque hoc opuſculum tibi Lector voueo. Fac tamen eo animo ſe legi a te intelligat, quo conſcriptum à me animaduertit. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

ARGVMENTORVM, QVÆ IN HAC TERTIA PARTE dęciſionum continentur.

DECISIO 201.

Clericus Societatis Ieſu profeſſus triū votorum ſimplicium an ſuccedat in feudo, & ſit capax ipſius, & quid ſi exinde exeat à religione an præiudicetur ſecundogenito poſſeſſori.

DECISIO 202.

Tutor qui ſemel computa reddidit an iterum computa reddere teneatur, & quando.

DECISIO 203.

Multa in materia ſucceſſionis parentū, & renunciationum factarum in dotatione; Et quando quis ex teſtamẽto inſtitutus poſſit relicto teſtamento ab inteſtato ſuccedere.

DECISIO 204.

Dos an præferatur creditori habenti priuilegium l. interdum, & l. licet ff. & C. qui pot. in pign. hab.

DECISIO 205.

Quomodo probetur conuerſio pecuniarum iuxta l. interdum ff. qui pot. in pign. & l. licet C. de pignor.

DECISIO 206.

Priuilegium dotis an competat tãtum mulieri, vel ceſſionarijs, & quid contra priuilegium l. interdum, & l. licet C. de pignor.

DECISIO 207.

Retrahere volens an poſt ſententiam latam poſſit pęnitere.

DECISIO 208.

Banno de detinendo domum pro carcere quando quis contraueniat, Statutum exorbitans tempore peſtis an ſit ſeruandum; Quæ probatio ſit neceſſaria, vt quis veneno dicatur occiſus.

DECISIO 209.

Reus quando teneatur ſuper poſitionibus, & articulatis per actorem ſe interrogare, & dicatur contumax, & confeſſus.

DECISIO 210.

Exceptiones plures adducuntur ad excuſandum reum à pęna ordinaria homicidij.

DE-

Digitized by Google

DECISIO 211.

Pactum de non opponendo an habeat locum in capitulis matrimonialibus traditis ad conſeruandum Notario, & per eum non ſtipulatis.

DECISIO 212.

Mater an admittatur ad tutelã cum ſola cautione iuratoria, vel requiratur fideiuſſio etiam ſtãte conſuetudine Panormitana.

DECISIO 213.

Terminus menſis vnius in feudalibus quomodo ſit dandus.

DECISIO 214.

Laudimium an debeatur ex dotatione facta per matrem, & ex adiudicatione nulliter facta.

DECISIO 215.

Cenſus conſtitutus pro ſeruitio militari an præferatur alijs creditoribus, & an concurrat cum alio, qui habet cenſum ex eadem cauſa licet in tempore poſteriorem.

DECISIO 216.

Spoliatus quando à ſpolio recedere dicatur.

DECISIO 217.

Rectores, ſeu Iurati Ciuitatum an poſſint eas obligare, & quid accedente conſenſu Principis.

DECISIO 218.

Terminus conuentionalis quando per Principem poſſit prorogari.

DECISIO 219.

Vbi pupilli educari debeant, & an liceat iudici à voluntate patris recedere.

DECISIO 220.

Tertius ſe opponens de dominio, & poſſeſſione quãdo impediat exequutionem.

DECISIO 221.

Filius an habeat hypothecã ſuper bonis patris ſi malè adminiſtrauerit, et à quo die incipiat. Hypotheca dotis expreſſa etiã quod more latinorum fuerit contractum matrimoniũ pro tertia mulieris præfertur tacitæ anteriori.

DECISIO 222.

Exequutor teſtamentarius quãdo ob malam adminiſtrationem ſit remouendus.

DECISIO 223.

Obtento reſcripto ſi in euidentem vtilitatem citatis citãdis, mortuo Summo Pontifice, et re integra an poſſit exequi per delegatos, vel expiret.

DECISIO 224.

Officium Capitanei armorum ad bellum an poſſit prę ſcribi, vel conſuetudine introduci.

DECISIO 225.

Quis quando dicatur actor vel reus; & prodigo quando ſit dandus curator.

DECISIO 226.

Aduocato, & negotiorum geſtori an de-

Digitized by Google

debeatur ſalarium non conuentum; Retentio an detur creditori ſtante fideiuſſione de detinendo pecunias loco depoſiti, & reſtituendo ad omne curiæ mandatum.

DECISIO 227.

Coloni laici eccleſiaſticorũ an teneantur ſoluere collectas.

DECISIO 228.

Sententia in partim reformata à quo exequatur; Pendente reſtitutione in integrum an in ipſius ſententiæ exequutione ſit ſuperſedendum.

DECISIO 229.

Conductor an poſſit refricare quæſtionem dominii contra locatorem.

DECISIO 230.

In teſtamento conſtituto cenſu an intelligatur iuxtà formam bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, & cum pacto ad diſcurſum.

DECISIO 231.

Iudex quando recuſari poſſit ex inimicitia contracta cum eius conſanguineo; & quando operetur conſenſus in iudicem.

DECISIO 232.

Dos relicta per teſtatorem arbitrio vxoris & matris filiarum quomodo ſit taxanda, & ſi conuolauerit ad ſecundas nuptias an dotem taxare poſſit.

DECISIO 233.

Vir quando dicatur poſſidere iure familiaritatis, & actus in perſonam vxoris præſumantur colluſiui! Literæ Eccleſiarum ſi ſtant in iure percipiendi quando locum habeant.

DECISIO 234.

Renunciatio, ſeu remiſſio hypothecæ facta per mulierem conſtante matrimonio quando ſit valida, vel reſcindi poſſit.

DECISIO 235.

Releuium an debeatur ex donatione reſeruato vſufructu.

DECISIO 236.

Decima an debeatur ex donatione feudi facta filio in tranſactione.

DECISIO 237.

Fideiuſſor de ſeruando carceres quando excuſetur à pœna.

DECISIO 238.

Vaſſalli quando poſſint deponere pro domino, & an ſint extrahendi ab eius domicilio.

DECISIO 239.

Examinatur tex. in l. 2. ff. de pact. dotal. An dotarium debeatur tantum filijs primi matrimonij; Et an filio præſumantur à matre alimenta præſtita intuitu pietatis, vel animo repetẽdi.

DECISIO 240.

Inquiſitio ſuper inuentione theſauri an procedat in Regno.

DECISIO 241.

Conceſſa reæſtimatione an ſit ſuperſedendum in executione contractus, plura adducuntur pro æqualatione filiarum, & quid operentur clauſulæ

Digitized by Google

læ exequutiuæ in fine contractus.

DECISIO 242.

Monaſterium,ſeu conuentus religioſorum citatus quatenus an poſſit fori declinatoriam obtinere : ſi non habeat veram,& realem poſſeſſionem.

DECISIO 243.

Cambia & recambia quando debeantur, examinatur bulla Papæ Pij V. & an ſaltim debeatur intereſſe lucri ceſſantis,vel damni emergentis.

DECISIO 244.

Elapſo termino iuris retractus minor an admittatur.

DECISIO 245.

Furtum ſacrilegum quomodo ſit puniendum etiam quòd ſit rei modicę; Et an occidens officialem ſeu birroarium aliquibus ex cauſis pęna ordinaria excuſari poſſit.

DECISIO 246.

Capitulũ Regni Regis, & Imperatoris Caroli 85.de compromittendis litibus inter coniunctas perſonas explicatur.

DECISIO 247.

Sequeſtrum factum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ peruenerũt ad hæredem ex ſucceſſione ſuperueniente quando ſit delendum.

DECISIO 248.

Delinquentes in loco,vbi reſidet Princeps an ſint remittendi ad eorum forum,& quid in his, qui gaudent foro Magni Admiratus.

DECISIO 249.

Teſtamentum peſtis tempore confectũ quot teſtes requirat.

DECISIO 250.

Teſtamentum factum à Capitaneo Generali, prout erat Sereniſſimus Dominus Philibertus abſque numero teſtium ſeptem an ſit validum, & quid ſi confectum fuerit tempore peſtis; Et plura alia concernentia ad validitatem prædicti teſtamenti, & legatorum per eumdem relictorum.

FINIS.

Digitized by Google

PHILIPPVS, ETC.

VICEREX & Capitaneus in hoc Siciliæ Regno Vniuerſis & ſingulis Officialibus eiuſdem Regni maioribus & minoribus præſentibus, & futurim cui vel quibus præſentes præſentate fuerint fid. Reg. dil. ſal. cum fuerit nobis ſupplicatum per Spđ.V.I.D. Don Ioannem Frãciſcum del Caſtilo Magiſt. Rationalem Iuris peritum Trib. R.P. in hoc Regno Siciliæ tenoris ſequentis, videlicet Illuſtriſsimo & Excellentiſsimo Signore lo Sp.V.I.D. Don Ioan Franciſco del Caſtillo Magiſtro Rationale iuris perito dello Trib. del Real Patrimonio in queſto Regno di Sicilia dice à V. E. che ha mandato in luce è in ſtampa vn libro di certe deciſione intitulato Deciſiones M.R.C. Regni Siciliæ ordine deciſionum dicti authoris Liber Tertius fatighe dell'expediente non ſenza ſuo gran trauaglio & ſpeſa ſupplica per queſto V. E. reſti ſeruita di concederli Priuilegio, che per anni dieci neſſuno poſſi fari ſtampare ne riſtampare detti deciſioni ſotto pena à V.E. ben viſta, ne quelle ſi per ſorte veniſſero ſtampate da Venetia ò d'altra parte poſſi durante detto tẽpo vendere, ne far vendere in queſto Regno ſotto la mideſmi pena, ma ſolo con licentia, & voluntà d'eſs' exponente, & à ſua inſtantia ſi poſſino ſtampare & vendere, & queſto non obſtante qualſiuoglia Priuilegio pragmatica acti, & cõſtitutioni che vi foſſero in cõtrario ò da farſi, & ita ſupplicat vt altiſſimus del quale memoriale fattane relatione per la R.G.C. in Cõſeglio di cauſi Fiſcali prouittimo Pan die 11. Septembris xiij. Ind. 1629. concedatur per annos decem. Nos propterea eumdem Don Ioannem Franciſcum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequentes, & eius indemnitati conſulere volentes eidem D. Io. Franciſco pro exequutione dictæ prouiſionis ne deciſiones prędictę per decem a quoquam ſine ipſius licentia imprimi, aut vendi ſeu venales teneri poſſint cõcedimus mandantes & prohibentes omnibus & ſingulis perſonis vbiq; exiſtentibus, & præſertim bibliopolis, & librorum impreſſoribus huius Regni Siciliæ dictas deciſiones ſine eiuſdem D. Io. Franciſci licentia dicto decennio durante imprimere, vendere ſeu venales habere, & ad nundinas ſeu vt dicitur ferias tranſmittere audeant & præſumant ſub pęna florenorum mille Fiſco Regio applicanda, & amiſſionis librorum toties quoties contrauenerint ipſo iure abſq; declaratione incurrenda volumus etiam & decernimus quod præſentes impreſſæ in libris plenam eamdem fidem prorſus vbiq; tam in iudicio, quàm extra habeant quem præſens originale haberet, & hoc non obſtantibus quibuſuis priuilegijs pragmaticis ſanctionibus edictis, & Capitulis forte ſuper hoc emanatis in contrarium dictantibus & diſponentibus.

Dat. Pan. die 15. Septembris 1629.

EL DVQVE DE ALBVRQVERQVE.

Dominus Vicerex & Generalis Capitaneus mandauit mihi Chriſtofaro Pape Prothonotario viſa per de Corſetto Fiſci Patronum.

Bene ſtat Corſettus F. P.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET MATERIARVM,

Quæ in hac Tertia Parte Deciſionnm continentur.

A

ACCESSORIVM, vt fideiuſſio tunc tenet, quando principale ſubſiſtere poteſt, dec.237. nu.35.

Actio perſonalis ex contractu ſuper feudo exequitur corã Iudicibus ordinarijs, & non coram iudicibus feudorum. dec.201. n.23.

Actio originaria eſt inſpiciẽda in iudicijs; ideo etiam quod exceptio ſit feudalis, ſi actio nõ ſit talis, cauſa nõ dicitur feudalis. ibidem n.25.

Actio principalis ſemper attenditur, non acceſſorium, quod forſan diſputaretur in conſequentiam. ibidem n.27.

Actor qui produxit teſtes ſuper articulatis, non poteſt cogere reum, vt ſuper illis interrogetur dec.209. n.1.

Actor, vel reus dicitur diuerſis reſpectibus, & ideo cautus debet eſſe aduocatus in formando petitionem. dec.225. n.3.

Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, dec.203. n.25.

Actus non attribuitur exequenti, ſed mandanti. dec.239. n.2.

Actus dubia per notarium, & per partes declarantur. dec.250. n.77.

Actus, qui indiget ratificatione non dicitur perfectus, dec.250. n.122.

Adiudicatio facta partim pro cauſa anteriori, & partim poſteriori tota efficitur poſterior. dec.215. n.34.

Adiunctus datur quãdo ſuſpicio eſt leuis, ſecus ſi grauis. dec.222. n.5.

Adminiſtrator quilibet tenetur rationem reddere. dec.221. n.3.

Aduocato debetur ſalarium, etiam quod non ſit conuentum. dec.226. n.1.

Aduocato non datur ſalarium, in maiori ſumma centum aureorum; ſecus ſtante iuramento. dec.226. n.13.

Aduocatis, & negotiorum geſtoribus quæuis ſumma ſolui poteſt ſtante conſuetudine dec.226. n.14.

Æqualitas ſeruanda non eſt in his, quæ iure ſpeciali competunt vti ius prothomiſeos. dec.207. n.19

Æſtimatorum relatio redacta in actis curiæ, reputatur tamquam laudum. deciſ.241. n.1.

Alienatio non dicitur facta per promiſſionem de vendendo, nec pure, nec conditionaliter. dec.207. n.13.

Alienatum non dicitur quod adhuc remanet in dominio venditoris. deciſ.207. num.21.

Alimenta præſtita per matrem filio etiam diuiti, præſumuntur pręſtita intuitu pietatis, & non animo repetendi. deciſ.239 num.13.

Aluar. Valaſc. conſult. 16. lib. 1. reprobatur. dec.239. n.11.

Amore captis in aliqua parte indulgendũ eſt. dec.237. n.16.

Amore capti mitius puniuntur ſi deliberate non delinquunt, quam ſi deliberate hoc faciant. dec.237. n.17.

Amoris impetus reum excuſat, ſi ex ſubitò, & improuiſo amoris impetu aliquid committat. dec.237. n.14.

Amoris ſub prætextu quis delinquere non debet. dec.237. n.15.

Ancilla filij vendita per patrem nullo modo reuocatur per filium. dec.221. n.9.

Animus enixus, & præmeditatus præſumitur ex verbis ipſius rei inquiſiti. dec.245 num.10.

Ant. Agamã dec. 330. adducit opiniones, quando detur hypoteca ſuper bonis patris, qui bona filiorum adminiſtrauit. dec.222. n.8. & n.19. adducitur Mantica, qui diſtinguit.

Appellatione pendente omnia attẽtata, a Iudice a quo, ſunt nulla. dec.238. n.3.

Apices iuris in M.R.C. non ſunt admittendi. dec.213. n.9.

Aſſeſſor, conſultor, ſiue adiunctus facilius recuſantur quam iudex, licet cõtrarium in Regno ſeruetur. dec.231. n.33.

Attentatorum priuilegium, ſeu natura eſt, vt exequutio, ſiue quid aliud fuerit confectum corruat. dec.228. n.5.

Aufugiens a carceribus ſi ad illas reuertatur non habetur pro confeſſo. dec.237. num.7.

Digitized by Google

Aufugiens à carceribus, ſi ad illos reuertatur, non punitur tamquam effractor carcerum. ibidem n.8.
Aufugiens à carceribus etiam quod reuertatur punitur pro metu iudicis ad reprimendam audaciam, & temeritatem carceratorum ibid. n.9.

B

BArt. in l.1. ff. de his quæ in teſtam. delent. allegatur pro affirmatiua. deciſ. 211. n.13.
Bald. de feud. in tit. de pac. conſtant. §. ſi qua declaratur. dec.201. n.26.
Bona profitentium religionem ad monaſterium pertinent, quando illud bonorũ ſtabilium capax ſit. ibid. n.3.
Bona eccleſiæ non obligantur ex mutuo facto prælato. dec.205. n.3
Bona eccleſiæ ex mutuo facto Prælato, cõcurrentibus tribus obligantur. ibidem num.4.
Bona ciuitatis quando obligentur. ibidem num.5.
Bona eccleſiæ etiam per indirectum collectari non poſſunt ſub pœna excommunicationis. dec.227. n.8.
Bona materna filiorum non poſſunt alienari, aut donari per patrem, deciſ. 250. num.151.
Bulla Papæ Pij V. ſuper literis cambij explicatur. dec.243. n.3. & 41.

C

CAball. de omni genere homicidij nu. 615. & ſeq. declaratur. dec.208. n.36.
Cambia, & recambia, vt debeantur neceſſe eſt, vt capiẽs pecunias habeat in ferijs correſpondentem. dec.243. n.1.
Cambium dicitur ſiccũ, quando datur ijs, qui non habent, nec habere ſperant pecunias in ferijs tempore ſolutionis realiter, & effectiue ſiendas. ibidem n.2.
Cambium, pro duabus nũdinis remiſſum nullo modo debetur. ibidem n.18.
Cambia ſunt nimis periculoſa pro anima, ideo Chriſtiani Mercatores monentur, vt ab huiuſmodi mercatura ſe abſtineãt ibid. n.42.
Cambia videntur labyrintus conſcientiarum, & pręcipitium ſalutis. ibid. n.43.
Cambia vera, & realia omnino debentur, & maxime ſi Mercator in nundinis vere cambia continuauit, & fortius ratione damni, & ita deciſum. ibid. n.45.
Capic. dec.97. declaratur dec. 209. n.5.
Capic. dec. an procedat in foro Magni Admiratus, dec.248. n.3.
Capitula matrimonialia non habent pactum de non opponendo, dec.211. n.5.
Capitula matrimonialia data à partibus Notario ad effectum illa publicandi nõ habent vim inſtrumenti publici, ibidem num.6.
Capitula matrimonialia data Notario publico, vt conſeruẽtur ſi in eis fuerit conuentũ paratam habere exequutionem habent vim inſtrumẽti publici. ibidem num.8.
Capitula matrimonialia ex partium conſenſu habent ſtipulationem. ibid. n.9.
Capitula matrimonialia habent vim exequutiuam cũ pacto de non opponẽdo ſtante pacto, vel conuentione partium. ibid. n.16. & 19.
Capitula Regni loquentia de releuio, habent locum non ſolum in caſu mortis, ſed etiam in donatione. dec.235. n.8.
Capitul. Regni Regis Fiderici adimpletur ex conſtituto appoſito in contractu. ibi. num.9.
Capitul. Regni Regis Fiderici 110. declaratur. ibid. n.18.
Capitul. Regis Caroli, & ſic authoritas Iudicis ab eo requiſita non conualidat cõtractum à minore cõfectum cum ipſius læſione, dec.239. n.9.
Cap. Regis Caroli 85. loquitur in cauſis ordinariis per viam ſucceſſionis, vel legati dec.246. n.14
Cap. relatum de teſtamentis explicatur. dec.250. n.32
Capitaneus generalis gaudet omnibus militum priuilegiis, & ibi datur ratio. dec. 250. n.12.
Cardinalis propter dignitatem tam grandem à patria eximitur poteſtate. ibidem num.114.
Caſus omiſſus, & non cogitatus non habet viam exequutiuam. dec.201, n.21.
Caſus quatuor in quibus aperitur via, & modus ab in teſtato ſuccedendi. deciſ. 203. n.18.
Catana Vrbs inter alias Siciliæ antiquiſſima eiuſq; patrona diua Agatha, deciſ. 224. nu..
Cauſa feudalis, quę dicatur in Regno, dec. 201. nu.22.
Cauſa feudalis dicitur vbi ſit cõmemoratio feudi ad intentionẽ fundandã, coadiuuãdã, vel repellẽdã ſecũdũ leges feudorũ & agit cõditione ex leg. feudi. ibi. n.28
Cau-

Cauſa teſtati,& inteſtati eſt incompatibilis, & vna electa altera dicitur excluſa. deciſ. 203.n. 14
Cauſę feudales dicuntur cauſæ magnæ, & magnatum rerum. dec. 213. n. 2
Cauſa qualibet ſufficit ad euitandam pęnã deciſ. 235.n.22.& 25.
Cauſa non dicitur expedita niſi quando fuit lata ſententia tranſacta in rem iudicatam, & nullo remedio retractari põt. dec. 247.n. 11
Cenſus bullaris non habet executionem niſi à Notario in publicam formam ſit redactus.dec. 211.n.7.& declaratur.n.31
Cenſus bullaris poteſt conſtitui in teſtamento dato Notario ad conſeruandum abſq; eo quod per illum publicetur, dum in eo ſint appoſita ſubſtantialia bullæ. deciſ. 211.n.33
Cenſus impoſitus pro ſeruitio militari eſt legitimus & debetur ſuper feudo, deciſ. 215. n. 11.
Cenſus iuxta formam bullæ fieri poteſt p viam legati ex communi, & in Regno receptiſſima opinione. deciſ. 230.n.8
Cenſus cõſtituitur in vltimis voluntatibus, & eueniẽte caſu mortis habet vim contractus. ibid.n. 13
Cenſus iuxta formam bullæ conſtitutus in teſtamento habet priuilegia contractus bullæ,& Regiæ pragmaticæ, & ita deciſum in M. R.C.dec.230.n.21
Cenſus annui conſtituuntur pro conſtitutione,& reſtitutione dotium,& bona fideicommiſſo ſubiecta alienantur. deciſ. 206.n.13
Ceſſionarius dotis, quæ fuit extimata reputatur vt extraneus , & non habet dotis priuilegia. ibid.n.8
Ceſſionarius habet priuilegia dotis quãdo ceſſio eſt ex cauſa neceſſaria, & cõcurrit commoditas mulieris eiuſq; filiorum. ibid. n. 12
Ceſſiones iurium ſuper feudo fieri nequeũt ex Pragmatica Excell. Ducis Feriæ. dec. 215.n.35.
Circumſtantiæ ſunt attendendæ , quę nos inducunt ad cognitionẽ veritatis. dec. 208. n.40
Citatus, vel comparens ne ad vlteriora procedatur contra eum dicitur laceſſitus, & conſequenter dicitur reus, & non actor. dec. 225.n. 12
Clauſula appoſita in ratiocinio quod ſi aliquæ partitæ appoſitæ apponi nõ debeãt pro non appoſitis habeantur, & pro appoſitis habeantur illę quę apponi debẽt nihil operatur. dec. 202.n.23
Clauſula quod non habeantur pro appoſitis partitæ, quæ apponi nõ debẽt,& partitæ, quæ debent apponi pro appoſitis operãtur in ſimplici errore alicuius partitæ non in his, quæ caliditate, verſutia, vel dolo tutoris apponuntur vel apponi deſinit ipſe tutor. ibid. n. 24
Clauſula vnde pro oibus,& ſingulis quorũ intereſt aut intereſſe poterit in futurum &c. quid operetur. dec. 211.n. 11.
Clauſulæ acceſſoriæ ad contractum illius naturam ſapiunt, ibid. n.21
Clauſula (ſupplẽtes) operatur vt Princeps omnes & quoſcumque defectus ſuppleuiſſe dicatur. dec. 217. n. 10
Clauſula (ſupplentes) facit de inualido validum. ibid. n. 11.
Clauſula (interim) denotat pendẽtiam alicuius actus faciendi, dec. 225.n.9
Clauſula (interim) reſtringit diſpoſitionẽ vſq; ad tẽpus cui adiecta eſt, ibid. n.10
Clauſula ſiue proteſtatio in ſupplicatione non animo tamen conſentiendi quãdo iuuet, dec. 231.n.24.25.28.& 29.
Clauſulæ exequutiuę cõtractus nõ ampliãt contractus obligationes, dec. 241. n.16
Clauſula (ad habendum & libere diſponẽdum) omnem fidei commiſſi remiſſionẽ importat, dec. 250.n.97
Clauſulæ (ad habendum & libere diſponẽdum) donatario tribuunt facultatem libere diſponendi. ibid. n. 98
Clauſulæ appoſitæ in diſpoſitiuis magis operantur quam ſi in exequutiuis appoſitæ reperiantur. ibid. n. 99
Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia. ibid. n. 108.
Clauſula in fine poſita ſi diuerſa ſit ratio non refertur ad pręcedentia. ibid. n. 109
Clauſula (de nouo damus) quid operatur. ibid. num. 124
Clauſula omni meliori modo teſtamentũ ſubſtinet. ibid. n. 148
Clauſula codicillaris quid operetur in teſtamento, ibid. n. 149
Clericus & fortius profeſſus, & religioſus in feudo proprio, & recto non ſuccedit, & ſi illud poſſidet per religionis ingreſſum ammittit, dec. 201.n.10
Clericus admittitur in feudo pro quo pręſtatur ſeruitium quod per ſubſtitutum præſtari poſſit, ibid. n. 13
Clericus qui ſtatim mortuo patre vel agnato habitum dimittit admittitur ad feudum. ibid. n. 14.
Clerici & profeſſi ſuccedũt in feudo im p proprio pro quo præſtatur ſeruitium reale. ibid. nu. 12

Digitized by Google

Clericus, vel monacus an ſit capax feudi nõ prodeat à lege feudorũ dum principaliter diſcutuntur conſtitutiones Sũmorum Pontificum. ibid. n.30.

Cognitio cauſarum militum, qui habent ſtipendia Regia ſpectat ad Proregem tãquam Generalem Capitaneum, dec. 224.n.12.

Coloni Eccleſiarum reſpectu fructuum a ſolo ſeparatorum tenentur ad collectas, dec. 227.n. 1.

Coloni monaſteriorum non ſunt exempti ſolutione collectarum, etiam ſtantibus Bullis Pontificijs. ibid. n. 2.

Coloni Eccleſiæ eorũq; ruſtici, qui ſumptibus Eccleſię eorum fundos colerent gaudent exemptione collectarum. ibi. n. 5.

Coloni Eccleſiarum gaudent exemptione collectarum quoties per indirectum Eccleſia patitur damnum. n.7.

Coloni laici qui ſoluunt gabellas, ſiue penſiones de fructibus, qui ad eos ſpectant ſoluunt gabellas, ſeu collectas non enim grauantur Eccleſiæ. ibid. n.14.

Colluſio magis præſumitur inter matrem, & filium, dec. 220. n.4.

Colluſio non præſumitur data veritate crediti, & iſto caſu dicit dolus bonus, dec. 234.n.18. & 19.

Commercium feudi licet iure communi non habeatur, ſecus in Regno per c. volentes. dec. 215.n.15.

Commiſſarij mortuo Sũmo Pontifice non poſſunt commiſſionem ſibi delegatam exequi. dec. 223.n. 1.

Comparens principaliter ſe defendendo licet in conſequentiam petat reuocationem alicuius tenutę dicitur reus, deciſ. 225. nu. 1.

Comparens coram iudice, vel illum in iudicem obtinendo reus, actioni renuntiare dicitur. dec. 231.n.23.

Compromiſſum de iure non conceditur vbi agitur ex teſtamento, deciſ. 246. num. 16.

Conductores retrahũtur à cõditione agrorum, ſeu vilius conducunt pro onere ſolutionis collectarum, ideo Eccleſia grauatur. dec. 227.n. 10.

Conductores Eccleſiæ ſi ea maxime leditur vel ſoluit tandas Regias non collectantur, & ita deciſum. ibid. n. 17.

Conductor non poteſt contra locatorem refricare quæſtionem dominij. dec. 219 num. 2.

Conductor poteſt refricare quæſtionem dominij ſi de illo liquido conſtet. ibid. num. 3.

Conductor finita locatione reſtituit rem locatam, & exinde petere fideicommiſſum poterit ibid. n.7.

Condemnati, ſiue proſequuti dicuntur inimici, & ideo recuſantur, & a teſtimonio repelluntur. dec. 231. n. 1.

Conditionem eſſe purificatam pars ſufficit citari. dec. 241. n. 5.

Conditio in inſtrumento adiecto in Regno ſit parte incitata. ibid. n. 8.

Confeſſio erronea nihil probat contra cõfitentem. dec. 243. n.35.

Confeſſio eorum, quæ non pendent à voluntate confitentis, non nocet. ibidem num. 36.

Confeſſio facta pecuniarum per tabulam, ſiue bancum non operatur niſi oſtendatur vere fuiſſe ſolutas. ibid. n.32.

Conceſſo vno neceſſe eſt concedere antecedens, & ſubſequens. dec. 224.n.4.

Concilium repreſentat totam vniuerſitatem. dec. 217. n.6.

Confeſſio ex contumacia non eſt proprie confeſſio, ideo iudex debet interpetrare vt reus ex ea non condemnetur. deciſ. 209. nu. 2.

Confeſſus vt dicatur reus ex contumacia quinque requiruntur. ibid. n. 3.

Confeſſio hæredis quod teſtamentum ſit nullum, ſi de cõtrario apparet nihil operatur. dec. 203. n. 21.

Confitens poſſidere nomine alterius non poteſt dici ab illo ſpoliatus. dec. 216 num. 6.

Conſanguineus ad retractum non admittitur, niſi compareat in iudicio faciendo depoſitum. dec. 244. n. 6

Confirmatio roborat, & non extendit actũ ad non contenta in diſpoſitione confirmata. dec. 250. n. 95.

Conſuetudo operatur vt cambia in vtroq; foro percipiantur non ſolum ad euitandam pęnam. dec. 243. n. 13.

Conſtitutiones Regni ſuper inuentione Theſauri corrigunt ius commune. dec. 240. nu. 2.

Conſtitutum transfert dominium, & poſſeſſionem. dec. 235. n. 13.

Conſtitutum factum poſtquã conſtituens nomine alterius conſtituerat poſſidere in præiudicium primi nihil operatur. dec. 235. n. 14. & 15.

Conſenſus in iudicem in cauſa parui momenti non pręiudicat in alia graui cauſa. dec. 231, n. 27.

Conſentiens in iudicem illum recuſare nõ po-

Digitized by Google

poteſt. ibidem num.231
Conſentiens cõtractui coquiuens tenetur ad omnia ſubſtantialia illius, deciſ.230. num.16.
Conſuetudo erit ſeruanda in colligendis colonis laicis, & cõductoribus Eccleſiarum.dec.227.n.15
Conſtitutio Regni hac edictali, quæ conſtituit aduocatis ſexageſimam partem rei quę litigatur non ſeruatur.dec.226.n.9
Conſanguineus, vel vicinus petens retractum in eo tenetur perſiſtere, eius enim periculum eſt ſi res pereat. deciſ. 207. num.7.& 22.
Conſtitutiones S.Ignatij Loyola circa votum paupertatis emittendum per eius religioſos confirmatæ per Sedem Apoſtolicam.dec.201.n.9.
Contractus Cenſualis iuxta formam bullę eſt licitus,& omni iure permiſſus. deciſ. 204.nu.11.
Contractus licet ab initio ſint voluntatis tamen exinde fiunt neceſſitatis.dec.207 num.6.
Contractus non eſt inſtrumentum publicum, ſed partium conuentio. dec. 221. num.23
Contractus initi cum prodigo valent, niſi ſit publicata interdictio per proclama, dec.225.n.11
Cõtractus mulieris remiſſionis hypothecę factus contemplatione mariti reſcinditur.dec.234.n.16.
Contractus natura eſt attendenda non verborum ſonus.dec.236.n.17.
Contractus à minore confectus cum ipſius lęſione etiam cum authoritate iudicis non conualidatur.dec.239.n.8.
Contractus non recipiunt interpetrationē ampliatiuam,ſed artatiuam. deciſ.241. num.15.
Contrahens ſibi imputare debet ſi legem apertius dicere potuit,& non fecit. dec. 250.n.75.
Continuatio cambiorum eſt nimis periculoſa.dec.243.n.44.
Continuatio cambiorũ operatur, quod in qualibet remiſſa intereſſe paſſum reducatur in capitale.dec.243.n.10
Continentia cauſæ operatur etiam in remiſſione fori.dec. 248. n.1.
Contemptus vbi nõ adeſt nõ poteſt eſſe locus pęnę.dec.235. n.13
Conuentio acquirit ius in pignore, nõ acquiſitio ipſius rei.dec.204.n.5.
Conuentio extraiudicialis nõ meretur executionem.dec.211. n.2
Conuerſio pecuniarum iuxta terminos l. interdum, ſ. qui pot. in pign. & l. licet C. de pign. veris probationibus non autem coniecturis eſt probanda.dec.205. num.1.
Conuerſio probatur ex pecunia exburzata ad illum effectum, & ex effectu ſubſequuto, & quod prædium ſeu res indigebat huiuſmodi reparatione.ibidem n.2
Correlatiuorum eadem eſt diſciplina. dec. 207.n.1
Corpus delicti eſt probandum in quocũq; delicto, quod delictum in genere vocamus.dec.208.n.27
Copulata omnia debent concurrere ad incurrendam pęnam.dec.237.n.20
Correlatiuorum idem eſt iudiciũ.dec.250. num.63
Creditor qui mutauit pecuniam pro militari ſeruitio conficiẽdo habet hypothecam à die conuentionis.dec.215.n.27.
Creditor qui mutuat pecuniã ad refectionem, vel emptionem prædiorum opus habet, vt cõueniat de hypotheca.& obligatione rei,& quod pecunia fuerit in illam cauſam conuerſa.dec.204.n.3.
Curator prodigo non datur, niſi cum cauſę cognitione. dec.225.n.7.& 221
Curator prodigo non datur, niſi eo citato, & probato actu prodigalitatis. ibidem num.8.
Cumia ſuper ritu cap.67. nu.3. declaratur dec. 208. n. 16.
Creditori etiam hypothecario nõ competit remedium ſpoliatorum.dec.216.n.7
Cuſtos carcerum licẽtiam ex illo exeundi impartiri non poteſt. dec.237. n.23.

D

Damnum emergens non probatur, ex eo quod quis ceperit pecunias ad cãbium; ſed in indiuiduo probãdũ, quod ſi debitor ſoluiſſet illas pecunias, ad cãbium non cæpiſſet. dec.243. n. 6.
Datio in ſolutum ſaltim eſt nulla, quo ad exceſſum.deciſ.241.n.17
Datio in ſolutum in fraudem facta, nihil operatur, & ſuperfluum reficiendũ venit.ibid. n.18
Debitor nõ tenetur ad cãbia, ad quæ tenetur creditor pro complendis eius negotijs.dec.243.n.5.
Debitum ex vna cauſa conuertitur in contractu cenſus bullæ.dec.230. n.12
Deciſio M.R.C. confirmata per Tribunal

Digitized by Google

Conſiſtorij S.R.C. dec.201.n.32.
Deciſio M. R.C. in fauorem pupillorum quod non obſtantibus liberationibus cogatur tutor reddere compotum. dec. 201.n.25.
Deciſio cauſæ in M. R. C. in cauſa ſucceſſionis. dec.203.n.28.
Deciſio Rotę Auen. 20. declaratur. dec.208 nu.33.
Deciſio cauſę per quam propter veneni probationes iudicio medicorum accedente reus fuit vltimo ſupplicio condẽnatus. dec.208.n.47
Deciſio quod pro homicidio fuit reus condemnatus ſuper regijs triremibus. deciſ. 210.n.19.
Decia.cap.24.lib.9.n.4. declaratur illumque reprobat Caball. dec.208.n.43
Decima debetur de tranſactione ſuper feudo vbi interuenit pecunia. deciſ. 236. num.11.
Decima non debetur de tranſactione pro feudo retinendo. ibid.n.13
Decima debetur ex datione in ſolutum. ibid. n.14.
Decima debetur ex tranſactione ſuper feudo ex recollectis ſuper pandectis. ibidem nu.15.
Decima non debetur in contractu donationis. ibid. n.16
Defenſio omni iure diuino, & humano eſt licita, & permiſſa. dec.224. n.3.
Delinquens amore captus excuſatur a pęna ordinaria. dec. 245. n.11.
Delinquens amore captus quando excuſetur diſtinguitur. ibid.n.13
Delictum appenſatum præſumitur ex genere armorum. ibid. n.14.
Delictum appenſatum pręſumitur ex qualitate vulnerum. ibidem. n.15.
Delictum commiſſum calore iracundię an excuſet a pœna ordinaria. ibi. n.11.
Delicta, quæ non ſtatim puniuntur non ſolent tam grauiter puniri. ibid.n.19
Delinquens in loco vbi reſidet Princeps non debet remitti ad eius forum. deciſ. 248. nu.2.
Delegatus ſi in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, habet cauſę cognitionem. dec. 223. n.6
Delegatio facta per Summum Pontificẽ in euidentem vtilitatem expirat morte concedentis. dec.223. n.5.
Delictum inobedientiæ apud milites eſt pmaximum. dec. 250. n.10.
Delictum veneno commiſſum dicitur proditorium, & ad propagandum peſtem eſt enormius. dec.208.n.23.
Delicta peſtis ferro, igne, & furcis ſunt punienda. dec. 208.n.2.
Dictio (&) in pęnalibus vt non committatur pęna reſoluitur in diſiunctiuam. dec. 237.n.18.
Dictio (&) copulat, & coniungit copulata diuerſa, & diuerſi effectus. deciſ. 237. nu.20.
Dictio (&) ſi ponitur ad eumdem effectum omnia copulata debent interuenire. dec.237.n.21.
Dictio (&) ſi ponatur vt deſeruiat menti cõtrahentium, ſeu diſponentium ſtat pro (id eſt) dec.237.n.22
Dictio (enim) quid operatur. deciſ. 250. nu.157.
Dignitas eximit à patria poteſtate. dec.250 nu.141.
Dilationem obtinens non poteſt ei renunciare. dec.204.n.6
Diſpoſitio facta per aliquem vigore facultatis ſibi conceſſæ ab aliquo non dicitur ſua, ſed diſpoſitionis alterius executio. dec.234.n.1.
Diſpoſita in capitulo volentes non debent extendi vltra id quod in eo continetur. dec.236.n.4
Diſpenſationes habitæ à Summo Pontifice in voto caſtitatis pro cauſis grauiſſimis, & extraordinariis, dec.201.n.8
Diuiſio hæreditatis operatur quod hæreditas non dicatur repudiata, deciſ. 203. n.24.
Diuidentes quando cenſeantur renunciare fideicommiſſo. dec.250.n.159
Dolus præſumptus non ſufficit ad hoc vt tutor iterum rationes reddat, ſed requiritur dolus verus. dec.202.n.5.
Dolus excluditur ſi tutor conſignauit computa cum proteſtatione, quod illa inſpicerent, quia paratus erat rationem fidelem reddere, erroreſq; omnes ſi qui adeſſent corrigere, & emendare. dec.202. num.7.
Dolo petitur quod ſtatim reſtituendum veniret. dec.229.n.4
Dominum, & poſſeſſio non poteſt ex ſola ſententia abdicari, ſed requiritur traditio, dec.207.n.16.
Domino expedit, vt nouus emphyteuta ſe obliget ad ſolutionem penſionis, quia contra eum nõ habet perſonalem actionem, dec.214.n.7.
Dominus non tenetur ad ea adquę vaſſallus propter feudum tenetur, & ibi explicatur, dec.215. n.20

Do-

Digitized by Google

Dominus pro militari ſeruitio non habet hypothecam, ſed conditionem ex lege, dec.215.n.21

Domino pro ſeruitio militari non datur hypotheca, ſed rei vendicatio, dec. 215. n.26.

Dominij cauſa ſuperueniente poſt conductionem conductor refricabit quæſtionẽ dominij, dec.229.n.5.& ratio.n. 6

Dominium, & poſſeſſio vxori acquiritur, licet pecunia eſſet viri. dec.233.n.7.

Domi quæ fiunt præſumuntur facta cum domini ſcientia, dec.250. n.88

Donatio facta primogenito, eoq; deficiente ſecundogenito, & ſic deinceps continet diuerſas donationes, dec.201.n.19.

Donatio non dicitur gratuita quando fit in recompenſationem aliquorum iuriũ dec.236.n.18

Donatarius qui non percipit fructus, & habet realem, & veram poſſeſſionem non ſoluit releuium, & ita deciſum, dec.235 nu.28.

Donatio facta per patrem quando arguat emancipationem, dec.250. n.141

Dos an præferatur creditori habenti priuilegium. l. interdum, vel l. licet ff. & C. qui pot. in pign. & examinatur tex. in §. his conſequens auth. de ęqual. dot. dec.204 nu. 2.

Dos ſecundum vnam opinionem præfertur mutuanti ad reficiendum, vel emendum aliquod prędium, dec.204.n.6.

Dos per ſtipulationem etiam abſenti acquiritur, deciſ.211. n.10

Dos recuperari non poteſt regulariter niſi mortuo marito. dec.234. n.12

Dotis priuilegio laudimium non debetur dec.214. n. 2.

Dotis in taxatione etiam bona fideicommiſſo ſubiecta ab aſcendentibus computantur, dec.232.n.8.

Dotis in taxatione attenduntur qualitas viri, vxoris, patrimonij, quãtitas filiorũ, & vſus regionis, dec.232.n.9.

Dotis conditio deterior fieri non debet, vt mulier poſſit ſecundo nubere, dec.234. nu.6.

Dotarium debetur tantum filijs primi matrimonij, & de hoc in regno amplius nõ diſputatur, dec.239.n.10

Dotarium debetur filijs primi matrimonij & ita pluries deciſum, dec.239. n.12

Duces proprie dicuntur, qui pręſunt exercitui a ducendo, dec.250.n.14.

Duce ceſſante exercitus & populi corruũt, deciſ. 250. n. 16

E

Eccleſia, ciuitas, ſeu alius, qui indigebat pecunia & illã eo tempore indigentiã habuerit verſio præſumitur. deciſ. 205. nu.7.

Eccleſiaſtica bona regulariter alienari nequeunt. dec.223.n.2.

Eccleſiæ in dubio erit fauendum tam in conſulendo, quã in iudicando, dec.227 nu.13.

Edictum Illuſtriſs. Domini Cardinalis ab Auria ſuper materia exemptionis à ſolutione gabellarum ann. 1626. dec. 227. nu.14.

Electio ſuccedendi ab inteſtato aperit viã omnibus ab inteſtato ſuccedentibus, dec.203.n.15

Emptionis, & venditionis appellatione cõtinetur omnis actus per quem dominiũ transfertur etiam ex vltima voluntate, dec.230.n.9

Emptor maioratus nõ debet eſſe ſollicitus de conuentione pretij in aliam rem, ſed ſufficit ſi ea lege contrahat, & pretium ſoluat, dec.205.n.6

Emphyteuta Eccleſiæ laicus non gaudet exemptione collectarum, dec.227.n.4

Emphyteuticatione facta debetur laudimium, dec.214.n.1

Emphyteutica bona ſi transferantur in alium etiam titulo dotis, donationis, diuiſionis, permutationis, legati, & ſimilium ratione laudationis nouæ inueſtituræ debetur laudimium, deciſ.204. nu.5.

Error ſi adſit in aliquibus partitis nõ ideo tota ratio denuo reddenda eſt, ſed tantũ partitę erroneę reuideri, & retractari debent, dec.202.n.10.

Euictio non datur in donatione quãdo incipitur à traditione, dec.241. n.13

Exceptio notoria proprietatis, & dominij non admittitur in ſpolio. dec.216. n.4

Exceptio vel compẽſatio nulla admittitur aduerſus reſtitutionẽ depoſiti. dec.216. nu.10.

Exceptio aliquorum contractuum cęteros excludit. dec.236.n.7

Excuſſio non requiritur in obligando feudo pro militari ſeruitio, dec.215. n.17.

Exequutionem non habet ſcriptura priuata per conuentionem partium. dec.231 nu.4.

Executio facta per partes ipſius contractus dicitur maior declaratio. dec.250. n.79.

Executio non eſt impediēda ex actis ſimulatis,& colluſiuis,dec.220.n.6

Exequutor teſtamentarius annis ſingulis rationem reddere tenetur.dec.222.n. 1.

Exequutor teſtamenti ab Epiſcopo ad petitionem partium & ex officio quandocumque rationem reddere tenetur, dec. 222.n.2

Exequutor teſtamenti,vt remoueatur quęlibet iuſta cauſa ſufficit.dec.222. n.3.

Exequutor teſtamenti tutori æquiparatur ſecundum aliquos,dec.222. n.4

Exequutor teſtamenti, qui non fuerit exequutus ordinem teſtatoris eſt remouendus,dec. 222.n.6

Exequutor teſtamenti qui pecunias acceperit pro exequendis teſtatoris ordinationibus eſt remouendus.dec.222.n.7.

Exequutor teſtamenti qui ſub nomine proprio pecunias hęreditarias mutuauit eſt remouendus,dec.222.n.8

Exequutor teſtamenti minus pauper,& nimium affectans exequutionis munus ab Epiſcopo remoueri debet, dec.222.n.9

Exequutor teſtamenti remouetur, ſi bona hæreditaria non deſcripſerit, vel de ijs, quæ in eius poſſe peruenerint in computis ſe debitorem non conſtituerit.deciſ. 222.n.10

Exequutor teſtamenti non debet admitti etiam præſtita fideiuſſione, ſi de eius mala adminiſtratione conſtiterit, dec.222. nu.11.

Executio ſententiæ ſpectat ad iudicem,qui aliquid addit,vel ſententiam reformat, dec. 228.n.1.

Executio ſententiæ ſi non eſt capta remedio reſtitutionis in integrū impeditur. dec.228.n.6.

Executrix teſtamenti eius viri etiam ſi ad ſecunda vota tranſierit non deſinit eius officium exequi; ſecus in tutela,dec.232 num.4.

Exemptio collectarum non dicitur realis, ſed perſonalis , cōceditur enim reſpectu perſonarum eccleſiaſticarum ne arceantur à diuinis.deciſ.227.n.3

Expreſſum dicitur quod oculis corporeis legi poteſt.dec.250.n.127

Extenſio non fit in exequutiuis de caſu ad caſum , & de perſona ad perſonam , ſed quod ommiſſum eſt habetur pro ommiſſo.deciſ. 241.n.14

Executio facta per partes ipſius contractus dicitur maior declaratio. dec. 250 nu.79.

F

Facta non præſumuntur , deciſ. 243. num.34.

Falſitatis præſumptio ex inſolitis arguit. dec.243. n.16

Falſitas nihil aliud eſt niſi mutatio veritatis.dec.243.n.19

Falſitas præſumitur ex diuerſitate ſtyli, & conſuetudinis ſcribentis . deciſ. 243. num.20

Falſitas præſumitur ex tarditate perducendi literas cambij , & librū in quo annotantur.deciſ.243.n.21

Falſitas non prę ſumitur in homine probo, & maxime ſi fuiſſet ſenator. deciſ. 243. num.28

Farin. q.34. nu. 92. declaratur, deciſ.208. num. 17

Familia illuſtris conſeruatur cum diuitijs, dec.250.n.49

Fauorabilis dicitur diſpoſitio ob publicam vtilitatem, etiam ſi ſtatutum iuris communis ſit correctorium,dec.208. n.22

Feuda non poſſunt alienari niſi accedente domini conſenſu.dec.236.n.1.

Feuda in Regno poſſunt alienari ex diſpoſitione capituli volentes,ibid. n.2.

Feudum ſub qua uis forma conceſſum pro ſeruitio militari alienari, & obligari poteſt,dec.215.n.6

Feudum qnodlibet in Regno habet determinatum equorum numerum pro ſeruitio militari.dec.215.n.13

Feudū & perſona obligantur pro ſeruitio, dec.215.n.24

Feudatarius in Regno,ſi non capiat inueſtituram infra annum, & diem , ſoluet redditus feudi duorum annorum,deciſ. 235.n.27

Feudatarius à die mortis feudatarij vltimi morientis tenetur infra annum,& diem capere inueſtiturā,alias feudo priuatur, dec.231.n.26

Feminę regulariter excluduntur à feudo,& maxime ſi ſit quaſi regalis dignitatis, dec.250.n.64

Feminę non inſiſtunt perſonaliter in prędijs ruſticanis. dec.235.n.4.

Fideiuſſores an teneantur de eo , qui aufugit à carceribus, & ad illas reuertitur remiſſiue,dec.237.n.5

Fideiuſſores nō tenentur ad pęnam,ſi reus amore captus è carceribus exiuerit,dec. 237.n.13

Fideiuſſores & pignora ſi mutentur prima obli-

obligatio principalis non nouatur. dec. 237.n.11.& 12
Fideiuſſio ſeu pęna de ſeruando carceres valet non obſtante ritu 154. quod non procedit in caſu iſto.dec.237.n.29.
Fideicommiſſum in contractu matrimoniali adiectum habet locum ſi matrimonium ſeparetur per mortem ſponſę.dec. 239.n.4
Fideicommiſſum confectum in contractu matrimoniali per mortem ſponſi expirat,& dotes libere reuertuntur ad mulierem.dec.239.n.5
Fideicommiſſum ſemel extinctum non pōt reuiuiſcere. dec.247.n.4
Fideicommiſſum bonorum quando perueniunt ad mulierem ex cauſa dotis extinguitur.dec.247.nu.5.
Fideicommiſſum ſi rem ſpecialiter non nōminet, illam non afficit, quia de vna re ad aliam non fit extenſio. deciſ. 250. nu.24.
Fideicommiſſum quantumuis vniuerſale ad res proprias hæredis non ponitur, ideo hęres in re propria nominatim grauari debet.dec.250.n.59
Fideiuſſor qui vidit mutationem loci, & tacuit fideiuſſionem præſumitur renouare.dec.208.n.7
Filia dotata de bonis paternis & maternis de toto eo quod ſuper illis ſibi competeret amplius petere non poteſt, & actione caret,dec.203.n.1
Filius ſuccedit in bonis patris abinteſtato mortui. dec.203. n.7
Filia ad hoc vt dicatur congruenter dotata ſunt conſideranda bona tēpore mortis patris non autē dotationis.dec.203. num.8.
Filia licet ſit dotata pro omni & quocumque iure non ideo dicitur renunciaſſe expreſſe hæreditati paternæ ſeu maternæ. dec.203.n.9
Filia quæ non renunciauit expreſſe conferendo dotes poteſt ſuccedere.dec.203. num.10
Filiorum educatio penes eum eſt facienda quem pater deſignauerit. deciſ. 219. num.1.
Filij tam primi quam ſecundi matrimonij debent ſuccedere pro equali portione. dec.239.n.3.
Filius in poteſtate conſtitutus prohibetur facere teſtamentum.dec.250.n.45
Filius exemptus a poteſtate patris poteſt teſtamentum condere.dec.250.n.46
Filius adeptus aliquam dignitatē de quibus in auth.conſtitutio,quę de dignitatis poteſt teſtari.dec.250.n.47
Filius legans aliquid patri non dicitur illū præterire.dec. 250.n.144.& n.150
Fiſcus agit pro reſiſtentia officialium, & officialis offenſus non poteſt remittere. dec.200. n.3.
Fiſcus in furto commiſſo ſine violentia ab vnc.quinque infra non poteſt principaliter agere.dec.245.n.1.
Foller. in prax. in verſ. item quod ſororem venenauit n.24.& ſeq.declaratur. deciſ. 208.n.29
Forma in rebus vniuerſitatis ſeruanda eſt. dec.217.n.4.
Fratre mortuo abinteſtato ſuccedūt fratres & ſorores vtrinque coniunctę. dec. 203. nu.13.
Fructus percipiens tenetur ad ſolutionem onerum. dec.215.n.9
Fructus vaſſallagij extimaē ad duo pro cētenario. dec.218.n.7
Fructus dotis eiuſque vſufructus eſt mariti.dec.235. n.12
Furtū ſacrilegum licet de re modica graue dicitur & non modicum.dec.245.n.4

G

GEminatio verborum arguit mentem contrahentium,dec.237.n.26
Generalis Capitaneus eximitur a patria poteſtate. dec.250. n.119.
Generi per ſpeciem ſemper derogatur,dec. 250. n.126
Gratia an requirat ſcripturam.dec.210. n. 17. & 18.
Gratia morte concedētis nō expirat,ſi tamen perfecta fuerit.dec.223.n.7.
Gratia nō dicitur perfecta quādo pendet a futuro euentu, vel ſnīa à delegato eſt proferendo,dec.223.n.8

H

HAbitum recepiſſe non dicitur is, qui non perſeuerauerit.dec.201.n.12
Hæredes, qui relicto teſtamento velint ab inteſtato ſuccedere, tenentur adimplere ea omnia,quæ in teſtamento continentur.dec.203.n.19
Hæredis res proprię non veniunt in fideicōmiſſo,& quando ſecus.dec.250.n. 121
Hæres ſcriptus ſi velit hæreditatem renunciare, ad fauorem vnius, non operatur ad fauorem aliorum abinteſtato venientium; ſecus ſi eſſet mera repudiatio. dec. 203.n.22.& 23
Homicidij pœna eſt vltimi ſupplicij, dec. 210. nu.1.

Homicidium commiſſum in perſonam officialis non gaudet indulto etiã quod nõ ſit appenſatum, & pęna ordinaria puniętur. dec. 245. n. 17.
Honded. cõſ. 88. lib. 2. declaratur. dec. 208. nu. 32.
Hypotheca incipit a die impoſitionis cenſus. dec. 215. n. 18
Hypotheca an detur in bonis patris bona filij adminiſtrantis, explicatur tex. in l. cum oportet §. non autem hypothecã & C. de bon. quæ lib. & §. fi. eiuſdem l. dec. 225. nu. 1.
Hypotheca tacita inducitur ſuper bonis patris, qui male, & fraudulenter adminiſtrauit bona filij, vel illa alienauerit. dec. 221. n. 5
Hypotheca tacita nõ datur ſuper bonis patris pro culpabili adminiſtratione bonorum filij. dec. 221. n. 6
Hypotheca inducitur a die, quo quis cępit adminiſtrare bona alterius. deciſ. 221. nu. 11.
Hypotheca tacita ſuper bonis patris incipit à die, quo pater adminiſtrare cæpit non à die malę adminiſtrationis. deciſ. 221. n. 12
Hypothecam tacitã dari ſuper bonis patris à die, quo cepit adminiſtrare verior eſt opinio, & ita deciſum. dec. 221. n. 14
Hypotheca expreſſa dotis, licet poſterior præfertur tacitæ anteriori. dec. 221. n. 15

I

IAſonis doctrina in l. ſi pro fundo C. de tranſact. declaratur. dec. 236, n. 19
Identitas perſonæ eſt probanda in inquiſitione rei, & delicti. dec. 210. n. 8
Indicia omnia per torturam purgantur. dec. 145. n. 7
Inimicitia capitalis, quæ dicatur iudicis arbitrio remittitur. dec. 210. n. 13
Inimicitia contractæ cum vno de familia, & fortius cum frate dicitur contracta cũ tota familia, dec 231. n. 1.
Inimicitia etiam quod non ſit capitalis, & grauis ſufficit ad recuſandum iudicem. ibid. nu. 6
Inimicitia ex probabili cauſa ſufficit ad recuſandum iudicem. ibi. n. 7.
Inimicitia ſiue ortum habuerit à falſo, ſiue a uero, vel ab ipſis partibus, vel à tertio ſufficit ad recuſationem iudicis. dec. 231. n. 8.
Inimicitiæ cauſa licet ignota iudici ſufficit ad illum recuſandum. deciſ. 231. num. 10
Inimicitia quę non eſt contracta cum ipſomet Iudice, ſed cum eius conſanguineo debet eſſe capitalis, vel ſaltim grauis vt recuſetur. dec. 231. n. 13
Inimicitia dicitur friuola quando fuit contracta ex adminiſtratione iuſtitię ex pragmatica Excell. Comitis Alu. dec. 231. nu. 14.
Inimicus vel conſanguineus inimici nullã fidem facit. dec. 210. n. 14.
Inimicus non ſolum clatus, ſed præſumptus recuſari poteſt. dec. 231. n. 4
Inimici dicuntur non ſolum, qui ſe palam inimicos profitentur; ſed etiam illi, qui odium in mente habent vel habere præſumuntur. dec. 231. n. 12
Initium & cauſæ ſpectãda ſunt in vinculis ſeu fideicommiſſis, dec. 250. n. 50
Inofficioſæ dotis actio contra virum tentari non poteſt, ſed eius mors erit expectanda dec. 232. n. 6
Inſtrumentum ſi non fuerit liquidum, & in eo contenta altiorem requirat indaginem non erit exequendum. dec. 201. nu. 18
Iniuria facta vni ex ſocijs alteri dicitur illata. dec. 210. n. 9
Inſtrumentum publicum non habet exequutionẽ paratam niſi expreſſe a lege ſit nominatum. dec. 211. n. 1. & 26
Inſtrumenta per conuentionem partium pãratiõ habent exequutionem. ibidem num. 28
Inſtrumentum relatum attenditur non referens. dec. 250. n. 161
Interuſuria redditũ habent idem priuilegium quod capitale ſeu ſors. dec. 204. num. 20
Intereſſe paſſum debetur, quamuis excedat duplum capitalis, dec. 243. n. 11
Intereſſe debitum iure actionis, & non officio iudicis ad quamcumque ſummam aſcẽdet ſemper debetur. ibidem num. 12
Intereſſe damni paſſi debetur, quia non lucretorium, ſed recompenſatorium vocatur. dec. 243. n. 37
Intereſſe damni debetur pro omnibus cambijs, & recambijs paſſis per creditorem. ibid. n. 38.
Intereſſe damni an debeatur ſi fuerit conuentum de intereſſe cambiorum, ibid. num. 39. & 40.
Intrigl. ſing. 76. n. 11. declaratur. dec. 209. num. 4.

In-

Digitized by Google

Inueſtitura petitur infra annum iuſta formam Capituli Regni, dec.201.n.15.
Iudex in atrociſſimis, prout eſt venenum ad propagandum peſtem poteſt iura, & iuris regulas, & ſtatutorum tranſgredi, dec.208.n.25
Iudex in ſummarijs cauſis poteſt interrogare reum tam ante lapſum terminum, quam ét poſt factã concluſionem ex officio, & ad inſtantiã partis. deciſ. 209. num.7.
Iudex in educatione filiorũ poteſt alterare voluntatem patris, ſi mater ad ſecunda vota conuolauerit. dec.210. n.5
Iudex nõ debet attendere lacrimas matris, ſed ea quæ pupillis expediunt peragere, ibid.n.7.
Iudex in educatione filiorũ ſemper debet attendere conſilium patris, ibid.n.11.
Iudex arbitrio ſuo poteſt ſuperſedere ex cauſa in redepoſito pecuniarum datarũ cum fideiuſſione loco depoſiti creditori.dec.226.n.11.
Iudex poteſt ex cauſa depoſiti reſtitutionẽ denegare, ibid.n.12
Iudex inimicus recuſari poteſt, deciſ.231. nũ.2.
Iudex amicus inimici recuſari poteſt, ibid. num.3.
Iudex conſanguineus inimici recuſari poteſt, ibi.n.5.
Iudex ex omni leui cauſa ex qua odium concipiatur recuſari poteſt. ibidem num.9.
Iudex etiam quod aſſeueret non eſſe inimicum, ſi de hoc conſtet, ei non creditur, ibid.n.11.
Iudex repellitur ex minori cauſa quam teſtes.ibi.n.20.
Iudex ex leui cauſa cauſante odium recuſari poteſt, & ita deciſum.ibid.n.35.
Iudex debet mittere notarium ad examinandum infirmos, valitudinarios, & ſimiles. ſi teſtes ſunt in loco iudicij, dec. 238.n.10.& 11
Iudex debet remittere examen teſtium abſentium à loco iudicij ad iudices loci, & idem ad Notarium ſi cauſa excedit vncias centum.ibi.n.12
Iudicis arbitrium maxime verſatur in cognoſcendo ſimulationes inter virum, & vxorem.dec.233. n.10
Iudicis contentus cõſideratur in exequẽdo pœnam contra fideiuſſores de detinendo reum in aliquo loco, dec.237.n.1
Iudicis arbitrio remittitur ſecundum qualitatem domini an vaſſallus poſſit eſſe teſtis pro eius domino, deciſ.238.n.7.
Iudicia habent vim cõtractus, ideo dicitur quod in eis quaſi contrahitur, dec.207 nu.5.
Iudices facilius inueniuntur quam vnus teſtis, dec.231.n.21
Iudicandum eſt in dubio contra fidei commiſſum, dec.250.n.128.& 155
Iura tertiam ſpeciem conſtituunt. ibidem nu.56.
Iuramento perſonæ ſuſpectæ non erit ſtandum etiã in caſibus, quibus alterius iuramento ſtatur.dec.243.n.26
Iuramentum nihil operatur vbi adeſt lęſio enormiſſima. deciſ. 234.n.10
Iuramentum operatur vt pœna conuentionalis exigatur nullo habito reſpectu ad intereſſe.dec.237. n.4
Iurati ad cõdemnationem pœnarum procedunt ex officio non ad inſtantiam partis, vel fiſci.dec.231.n.18.
Iuriſdictionis poſſeſſio multis modis acquiritur.dec.244.n.6
Iuriſdictio acquiritur ex promulgatione bannorum, ex punitione, captura, & ſimilibus, per duos, aut per vnicum iuriſdictionalis actum.ibi. n.7
Iuriſdictio acceſſoria ad gratiam morte cõcedentis non expirat etiam ſi res ſit integra.dec.223.n.4
Iutium appellationem reditus proprie nõ veniunt. dec.250. n.55
Iuriſconſulti illuſtres legalem verborum naturam præſumuntur ponderare ſolere ibid. n.76
Ius decimæ fundatur in cap. volentes nouumq; ius inducit.dec.236.n.3.
Ius ſucceſſionis, ſubingreſſio, ac repreſentatio habet locum vſque ad deſcendentes in infinitum, deciſ.203.n.12
Ius prothomiſeos eſt ius ſpeciale, quod non competit, de iure cõmuni, dec. 207. nu.18.
Ius exequendi mutatione perſonæ, & per deportationem non perditur licet tutela finiatur. dec.232.n.5.
Ius releuij ſpectat ad poſſeſſorem, qui fructus percipit.dec.235.n.21.
Ius retractus in pręiudicium conſanguineorum non poteſt cedi in extraneum., dec.244.n.8
Iuſtitia eſt ſeruare gratiam. deciſ. 225. num. 7.

L

Leſa dicitur mulier quando non poteſt recuperare eius dotem. dec.234.n.11
Laudemium dicitur quia laudatur alienatio à domino, dec.235.n.4.
Laudemium debetur ob immiſſionem in poſſeſſionem rei emphyteuticæ, dec.214 nu.6.
Legata ſunt ſoluenda etiam ex teſtaméto nullo, deciſ.203.n.16.
Legata non continent pretium, nec ſimultaneum contrahentium conſenſum, pendent enim à voluntate teſtatoris, dec.230.n.5.
Legata non continent ſubſtantialia bullæ, vt puta pactum de retrouendendo, ſortem demortuam, ſpecialitatem bonorum, & conſenſuum ſimultaneum, dec. 230.n.6.
Legatum factum tempore peſtis, valet adhibitis quatuor teſtibus, dec.249.n.13
Legatum ad pias cauſas relictum valet, ēt quod fuerit confectum coram duobus teſtibus, dec.249. n.14.
Legatum cenſetur factum in legitimę compenſationem. dec.250. n.147
Legata debentur etiam ſi teſtamentum ex prætentione corruat. ibi.n.151
Legatarij an ſint teſtes habiles in teſtamẽtis. dec.250.n.38.39.& 40. quod intellige ut n.41
Legatarij an ſint teſtes idonei in teſtamẽtis, deciſ.250. n.138.
L. interdum, & l. licet non habent locum, niſi pro ſumma pecuniarum expenſarũ. dec. 205.n.10.
L. ſi iudex ff. de minorib. declaratur. deciſ. 207. n.8.& 23.
L. quintus non habet locum quando vxor litigat cum extraneo. dec.233.n.6.
L. idonei, ff. de teſtib. declaratur. deciſ.238. num. 4.
L.2. ff. de pact. dotal. non hẽt locum ſi filij habituri ſunt dotes poſt mortem matris, ceſſat enim fauor mulieris, & publicæ vtilitatis, dec.239. n.7
L. diuus ff de milit. teſtam. declaratur. dec. 250. n.31.
Leſio ſi conſtat reſpectu calculi non rite facti contractus non reſcinditur, ſed ſuppletur id quod deficit.202.n.8
Lex ſemper proſpicit vt voluntas morientium adimpleatur, dec. 203. n.20.
Liber rationum debet continere annum, diem, & menſem; alias habetur ac ſi confectus non eſſet, dec.202.n.16
Licentia debet impetrari a iudice, qui carcerauit, dec.208.n.8.
Liquidatione pendẽte ſuperſedetur in cognitione meritorum, dec. 216. n.2
Liquidatio inſtrumenti fit per uiam informationis per omne genus probationis, dec.241.n.9.
Literæ conceduntur eccleſijs, alijſue locis pijs, vt habeant viam exequutiuam dũmodo ſtent in iure percipiendi, dec.233 nu.11.
Literæ iuris percipiendi in Eccleſijs nõ ſolum habent viam exequutiuam contra ſoluentem, ſed etiam cõtra tertium qui numquam ſoluit habentem tamen ius & cauſam à ſoluente. ibid. n.12
Literæ cambiorum niſi oſtendantur & liber detemptus in quo annotantur præſumitur falſitas, dec.243.n.22
Literę cambij non requirunt, vt debeantur quod annotentur in libris mercatorũ, ſed ſufficit quod vere fuerint tranſmiſſæ ibid.n.29.
Literę cambij niſi fuerint tranſmiſſæ, & de tranſmiſſione appareat non pręſumitur hoc actum, ibid. n.33
Litis renuntiatio inuito aduerſario fieri non poteſt, ſi ipſi aduerſario intereſſit ēt propter ſumptus litis, deciſ.207. n.4
Lis non dicitur conteſtata pendente diſſenſu in modo procedendi, deciſ.231. nu.32.
Lis & cauſa durare dicitur poſt ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi ad huc exequuta non fuerit. deciſ. 247. nu.12
Loci ad tempus procedit argumentum, dec. 208. n.5.
Locumtenens regis gaudet priuilegiis, & prærogatiuis, quibus dominus gaudet, dec.250.n.30
Locator finita locatione cõductores expellere poteſt, dec.229.n.1.
Lucrum ceſſans, vt debeatur multa requiruntur, dec.243.n.4
Ludouic. a Peguera etiam quod quid modicum fuerit quam pęnã de iure cenſendã arbitretur in ſacrilegio, dec.245.n.3.

M

Magiſtratus creãdus eſt vbi Princeps perſonaliter adeſſe non poteſt. dec. 224. num. 5.
Maritus conſtante matrimonio in exactione dotis eiuſq; intereſſe habet priuilegia dotis, dec.206.n.5
Maritus diſſoluto matrimonio hẽt priuilegia dotis in exactione illius pro filiis illius

Digitized by Google

illius matrimonii, ibidem. nu. 6.
Maritus dicitur poſſidere iure familiaritatis bona adiudicata per vxoré, dec. 233. num. 1.
Maritus eſt dominus dotium, deciſ. 235. num. 11.
Maſculi deſcendentes de ſanguine fideliores præſumuntur. dec. 250. n. 68
Maſtrill. dec. 230. declaratur. dec. 219. n. 10 & 12.
Mater non tenetur dotare ideo in dotatione cẽſetur interuenire, vt fideiuſſor. dec. 203. nu. 3.
Mater quæ contemplatione dotis filiæ conſtitutæ aliquid ſoluit poteſt cogere maritum actione negotiorum geſtorum ad reſtituendum ſibi ſoluta. ibid. nu. 4.
Mater admittitur ad tutelam cum ſola iuratoria cautione, dec. 212. n. 1. contrariũ nu. 30.
Mater non tenetur dotare ſi pater habet in bonis pro dote filiæ, dec. 214. n. 3
Mater ſi dotet res emphyteuticas debetur laudimium, quia reputatur vt extranea dec. 214. n. 4
Mater amittit facultatem taxandi dotes filiabus ei relictam per uirum, ſi ſecundo nubat. deciſ. 232. n. 1.
Matris promiſſio facta indotatione filiæ non p̃iudicat, quin poſſit petere portionem contingentem ſuper bonis ipſius matris, dec. 203. n. 5.
Matri quæ ad ſecundas nuptias conuolauerit, lex amplius non confidit, dec. 219 nu. 4.
Matri lex maxime confidit. dec. 212. n. 2
Matrimonium licet a principio fuerit contractum more latinorum poteſt exinde contrahi more Romanorum. deciſ. 221 nu. 16
Medicorum expertorum iudicio ſtandum eſt in crimine veneni, dec. 208. num. 26. & 34.
Membra non debent eſſe melioris conditionis quam caput. dec. 250. n. 13
Menoc. conſ. 212. n. 29. declaratur dec. 208 num. 15
Menoc. conſ. 81. in fi. declaratur. deciſ. 209. nu. 6.
Mens & intentio attenditur in fideicommiſſis, deciſ. 250. n. 48
Mens teſtatoris eſt attendenda non ſomniandi. dec. 250. n. 102
Mens teſtatoris ex verbis concipitur. ibid. n. 103. 104. & 105.
Mens teſtatoris ex legitimis coniecturis ali quando deſumitur. ibidem n. 106
Mens contrahentium, & non verba ſunt attendenda. ibid. n. 154
Mercatores decocti faciles ſunt ad mẽtiendum eiſque non creditur, dec. 243. n. 24
Mercatores decocti dicuntur infames quibus nulla fides eſt adhibenda. ibidem num. 25
Mercatores Ianuenſes ſolent eſſe nimis prouidi, & cauti, ibid. n. 27
Mercator ſi dat pecunias, & à recipiẽte obtinet facultatem capiendi ad cambia ẽt à ſemetipſo licite cambia habebit, etiã quod debitor non habeat correſpondentem, ibid. n. 7.
Modicum ſeu minimum delictum in teſtamento nihil operatur, & debet ſaltem regulari vſq; ad quantitatem legitimæ. dec. 203. n. 27
Modicitas pretij quando ſit conſideranda iudicis arbitrio remittitur, deciſ. 218. nu. 8.
Monachi, & religioſi non poſſunt habere bonorum proprietatẽ. dec. 201. n. 2
Monaſteria, quæ ſoluunt donatiua Regia, non debent ſoluere collectas, quia non ſunt bis collectanda. dec. 227. n. 6
Moriens non præſumitur contra conſcientiam litibus cauſam dare velle, dec. 250. nu. 83.
Moribundus nunquam mentiri præſumitur. ibid. n. 84
Miles in bello, & conflictu belli teſtatur cũ minori numero teſtium; imò in clypeo, & prout poteſt, dec. 249. n. 6
Miles ſi teſtatur in domo debet ſeruare ſollemnitates iuris communis. ibidem num. 8.
Milites quam plurima habent priuilegia in teſtamentis condendis, deciſ. 250. num. 1.
Milites, qui teſtantur in conflictu belli quomodocumq; teſtentur, ſi conſtat de eorum voluntate erit validum teſtamentum, ibid. n. 2
Milites qui non in conflictu belli, ſed in caſtris ſeu loco hoſtili teſtantur duos debent adhibere teſtes, quia voluntatem militis teſtentur. ibi. n. 3.
Milites extra caſtra teſtantes ſollemnitates iuris ſeruare debent. ibi. n. 4.
Milites qui in caſtris morantur dicuntur eſſe in conflictu belli. ibid. n. 5
Milites qui in regno in præſidijs manent dicuntur eſſe in conflictu belli. ibidem num. 6.
Milites noſtri temporis gaudent omnibus om-

priuilegijs militum. ibidem num. 7. 8. 9 & 11.
Militum priuilegia ideo cõſtituta fuerũt, vt pro defenſione Romani Imperij omnibus ſoluti curis armis operam darent ibid. n. 10.
Militibus libere fuit conceſſa facultas teſtandi, ita vt nuda voluntas ſufficiat abſque iuris ſollemnitatibus. ibi. nu. 26
Milites quoquomodo teſtentur valida eſt eorum diſpoſitio. ibi. n. 133
Militis volũtas ſaltim duobus teſtibus eſt probanda. ibid. n. 27
Milites quando & quomodo teſtẽtur abſque iuris ſollemnitatibus, ibidem num. 134. 135. 136. vbi an requiratur ſubſcriptio.
Militum teſtamenta non ſubiacent querelæ inofficioſi teſtamenti, ibi. n. 143
Milites Hiſpani non cognoſcuntur niſi per Proregem dec. 224. n. 18. & ita ſeruatum, nu. 19
Milites regnicoli quomodo cognoſcantur, & in eorum cauſis procedatur. ibidem num. 21.
Militum duo genera ad ſunt in Regno Siciliæ. ibi. n. 11.
Mulier licet non poſſit ſe pro viro obligare, nec alienationi fundi dotalis conſentire tamen ſuam hypothecam remittere poteſt ſecus de iure Authorum Auth. ſi qua mulier C. ad Velleian. deciſ. 234. n. 1. & 2.
Mulier pro dote aget contra bona viri, & in ſubſidium cõtra tertias perſonas. ibi. nu. 3.
Mulier metu reuerentiali mariti præſumitur renuntiare eius hypothecæ. ibi. n. 6
Mulier in eo quod remiſit dicitur enormiſſime læſa ibi. n. 17
Mulieres ſenes, valetudinarij, & ſimiles nõ ſunt excludendæ ad deponendum, nec extrahendæ ab eius domicilio, dec. 238 num. 9.
Mulieris renuntiatio valet ſtante iuramento per eam præſtito. deciſ. 234. n. 4.
Mulieris renuntiatio etiam ſtante iuramẽto nõ valet ſi tota dote careat, vel maiori eius parte. ibi. n. 5
Mulieres dicuntur a mollitie, & variæ, & mutabiles ſunt. dec. 212. n. 5.
Mulieris in renuntiatione ſtante iuramento tempus renuntiationis, non autem reſtitutionis attenditur dec. 234. nu. 7. contra n. 8. 9. & 13
Mulierum contractus facti contemplatione mariti ex ſola læſione etiam minima reſcinditur. ibid. n. 15
Mutuans pecuniam ad refectionem, vel ad emendum aliquid, præfertur alijs creditoribus ſi pecunia in illam cauſam conuertatur. deciſ. 204. n. 1.
Mutuans pecuniam ad refectionem, ſeu emptionem rei præfertur doti, ſi de expreſſa & ſpeciali hypotheca ſuper re ſibi prouiderit. ibid. n. 7
Mutuans pecuniam ad refectionem, ſeu emptionem rei, ſi de expreſſa & ſpeciali hypotheca ſibi prouiderit, præfertur doti ſecundum tutiorem, & æquiorem opinionem, & ita fuit deciſum in M. R. C. dec. 204. num. 9.

N

Negotiorum geſtori ſalarium non debetur niſi fuerit conuentum. dec. 226 num. 4.
Negotiorum geſtori ſalarium debetur ẽt quod non ſit conuentum ex conſuetudine attenta æquitate. deciſ. 226. n. 5. & 7.
Negotiorum geſtori pauperi, qui viuit de ſuo labore, & induſtria debetur ſalarium dec. 226. n. 6.
Nemo præſumitur iactare ſuum. deciſ. 250 num. 101.
Nobilis & bonæ conditionis vir ſi non eſt indiciatus ad torturam poteſt ſub fideiuſſione relaxari, dec. 237. n. 30
Notarij ſcriptura an requiratur in teſtamẽto militis, dec. 250. num. 43. & quando nu. 44.
Notario plena eſt adhibenda fides, etiam ſi vnus teſtis inſtrumentarius contradiceret, deciſ. 250. n. 80. & 81
Notarius plenam fidem facit etiam ſi alias eſſet vilis perſona. deciſ. 250. n. 82
Notario creditur ſi teſtetur de his, quæ pertinent ad eius officium, & coram eo geſta fuerint. dec. 250. n. 166.
Notarius põt declarare verba dubia actus à ſe geſti. dec. 250. n. 167
Notæ libri contra ſcribentem plene probant. dec. 243. n. 30
Nullitas tituli replicando aduerſus executionem in qua tertius ſe opponat dici & allegari nequit. dec. 220. n. 1.
Nouatio nunquam cenſetur facta niſi id expreſſe agatur. dec. 208. n. 4.
Nouatio non fit de loco ad locum, & redditur ratio, & quãdo hoc procedat. dec. 208. nu. 9.
Nouatio facta ex ſecundo contractu liberat fideiuſſores. deciſ. 237. n. 10.

Odium

Digitized by Google

O

Odium fratris veriſimiliter conſideratur in fratre iudice, dec. 231. n. 15.
Odium maius concipitur in iudicem, qui ex officio procedit. dec. 231. n. 19
Officialis non præſumitur niſi de conſenſu domini fidem feciſſe. dec. 250. n. 85
Officialis non præſumitur facinus committere velle. dec. 250. n. 9
Omiſſum dicitur id, quod faciliter potuiſſet exprimi. dec. 250. n. 73.
Omiſſio termini ad diſputandum non eſt tuta, & ex ſtylo inducit nullitatem. dec. 215. n. 5
Onus videre faciẽdi ſcripturas proteſtatas pro deciſione cauſę eſt proteſtantis. dec. 213. n. 10
Onus ſeruitij militaris eſt onus feudi reale. dec. 215. n. 1.
Onus ſeruitij militaris ſequitur quemcũque poſſeſſorem. dec. 215. n. 2
Onus ſeruitij militaris dicitur ius dominicale, & debetur ſuper feudo vti tributum, & decima prædialis nulla facta deductione aliorum onerum. deciſ. 215. num. 4.
Onus ſeruitij militaris debetur quamuis in priuilegio non legatur reſeruatum. dec. 215. n. 3
Onus primum feudi eſt ſeruitium militare dec. 215. n. 16
Onus ſeruitij militaris tranſit in quemcũque poſſeſſorem non adinſtar hypothecæ, ſed actionis in rem ſcriptæ. dec. 215 num. 25
Onus impoſitum pro ſeruitio militari conficiendo præfertur omnibus alijs creditoribus. dec. 215. n. 28
Onus ſeruitij militaris oritur ex pacto inter dominum & vaſſallum in initio conceſſionis. dec. 215. n. 29
Onera ſcribere non tenetur is, qui non habet commoditatem fructum. dec. 235. nu. 17.
Onus propter militare ſeruitium debetur vel ex lege, vel regni conſtitutionibus, dec. 215. n. 30
Onera feudi tranſeunt contra quemlibet poſſeſſorem. dec. 215. n. 14
Onera legitima obligant ſucceſſores in feudo aliàs non. dec. 215. n. 19.
Ordo S. Catholicæ Maieſtatis in anno 1595. ſuper inuentione theſauri, quod ſeruentur iura communia. deciſ. 240. num. 3.

P

PActa & ſtipulationes appoſita in ſcriptis, quæ habet executionem paratam exequutiue ſeruantur. dec. 211. n. 20
Pactum nudum in dote veſtitur legis auxilio. dec. 211. n. 30
Pactum ad diſcurſum dicitur acceſſorium hypothecæ contractæ pro ſolutione cenſus. dec. 230. n. 18
Pactum ad diſcurſum dicitur pactum reale, quia ad rem eſt directum. dec. 230. num. 19
Pactum poſterius licet in diuerſo inſtrumento informat primum contractum. dec. 230. n. 20
Pęnitentia habet locum in contractibus innominatis ex parte eius, qui adhuc non eſt obligatus. dec. 207. n. 14
Pęna conuentionalis in prætorijs ſtipulationibus non exigitur vltra id quod intereſt. dec. 237. n. 2
Pęna ſi fuerit promiſſa ex certa ſcientia adhuc etiam exigi poteſt vltra id, quod intereſt, maxime accedente iuramento. dec. 237. n. 3
Pęna reſiſtentiæ factæ officialibus quomodo puniatur. dec. 245. n. 16
Pęna ſecundo nubentium infra annum ſunt ſublatæ: licet remaneant illæ, quæ in fauorem filiorum primi matrimonij fuerunt introductæ. deciſ. 232. nume. 2.
Pęna ordinaria in arbitrarijs M. R. C. nũquam aut rariſſime condemnare ſolet. dec. 208. n. 45.
Pęna ordinaria ex indicijs indubitatis, & vrgentiſſimis ad extirpandam peſtem pro bono publico eſt irroganda. dec. 208 nu. 46.
Pretium vbi interuenit proprie intelligitur de contractu venditionis, deciſ. 230. num. 3.
Pars vna cõtractus declarat aliam. dec. 210 num. 71.
Partes eorum fauori poſſunt renuntiare. dec. 211. n. 32
Partes etiam ex interuallo poſſunt declarare contractum ab eis cõfectum. dec. 250. num. 78.
Paria ſunt rationes non fuiſſe redditas ac non bene, & ſufficienter. deciſ. 202. num. 14.
Parum & nihil ęquiparantur. deciſ. 203. num. 26
Pater pro male adminiſtratis an teneatur reddere rationem. dec. 221. n. 2.

Pa-

Digitized by Google

Pater in bonis filiorum non eſt ſimpliciter vſufructuarius, ſed habet proprietatem cum conditione, quod teneatur relinquere filijs, dec.221.n.4

Pater in his in quibus non habet vſumfructum, & nõ eſt legitimus adminiſtrator indiſtincte tenetur reddere rationem filio cum reſtitutione reliquorum: & datur hypotheca.dec.221.n.7

Pater non tenetur filias ęqualiter tractare, ſed ſufficit quod dotem competentem conſtituat.dec.232.n.7

Pater vltra legitimam non tenetur dare filijs, nec æqualationem facere, dec.241.nu.12.

Pater an poſſit eſſe teſtis in teſtamento filij militis.dec.250.n.34

Pater ſecundum ordinem naturę non põt cogitare ſe prius deceſſurum, quam filiũ dec.250.n.61

Pater poteſt petere ſupplementum legitimæ ſi tota integra non fuerit relicta. dec.250.n.146

Patris officium proprium eſt proſpicere vbi & quomodo filij educari debeant. dec.219.nu.13

Patris officium eſt dotare filias in proprijs bonis ideo dotando de bonis maternis, vel filiæ ei non præiudicat. deciſ.203.nu.6.

Patris etiam tacita voluntas erit obſeruanda in educatione filiorum.dec.219.num.2.

Patriciatus dignitas eximit a patria poteſtate, dec.250.n.116

Pecunia numerata debet interuenire in depoſito, quod fit, vt quis ad retractum admittatur.dec.244.n.7.

Pecunia ſoluta per vxorem præſumitur de pecuniis viri.dec.233.n.5.

Pecunias recipiens ſiue in totum, ſiue in partem pretii, pro quo proceſſit adiudicatio ab illa recedere dicitur. ibidem num.8.

Pecunię ſi peruenerint ad vxorem de bonis viri pręſumitur titulus adiudicationis factus cum illis ſimulatus in perſonam vxoris.ibid.n.9.

Pecunia abſcondita cuius memoria non extabat cenſetur vendita cum pretio, ſiue domo vendita.dec.240. n.7

Pecunia de recenti abſcondita in domo ſeu predio non continetur in venditione.ibi.n.6.

Pecunia licet non interueniat, ſufficit tamẽ interuenire cauſam, ex qua vere debeatur.dec.230.n.11.

Peſtis eſt flagellum Dei propter peccata hominum.dec.208.n.1.

Peſtis tempore multa fiunt, quæ alias fieri conueniens non eſſet.ibid. n.14

Peſtis tempore magno rigore, & non ſcrupuloſis intelligentiis procedendum eſt, ibid.n.18

Petrus Rebuff. vir magnæ authoritatis, deciſ. 204. n.8

Petitio iuriſdictionis pro defenſione Chriſtianæ vrbis contra hoſtes eſt iuſtiſſima, dec.224. n.2

Petens poſſeſſionem, reſtitui, vel ſimilia dicitur actor.dec.225. n.2

Poſitiones poſſunt produci, & admitti elapſo termino ad probandum, & poſt publicatas adtentationes, deciſ. 209. num. 8.

Poteſtas obligandi vniuerſitatem non eſt penes priores, antianos ſeu adminiſtratores, ſed penes concilium. dec.217.n.7.

Poteſtas ſeu facultas obligandi vniuerſitatem requirit ſpeciale mandatum, vel mandatum cum libera.ibi.n.8.

Poſſeſſio capta per publicum tabellionem, & non cum actuario authoritate iudicis præſumitur clandeſtina. deciſ.221.num.2.

Pragmatica Comitis Aluæ procedit reſpectu iudicis, qui recuſatur, & adminiſtrauit iuſtitiam, & nõ alterius, qui eſt exinde iudex, & habet aliquam recuſationis cauſam, quæ ſit legitima, deciſ. 231.num.16

Pragmat.6.tit.10.de foro compet.declaratur.dec.248.n.4. & 3.

Præceptum ſiue iniunctio iudicis, niſi ſcribatur non valet, dec.208.n.10

Præceptum ſine cauſa factum exequi non debet.ibid.n.11

Prælatio non cadit niſi in venditione. dec.236.nu.6.

Præſumptio vna tollit aliã.dec.250.n.107

Pretium dicitur interuenire quando ſunt iura ceſſa maioris valoris, & extimationis feudi.dec.236.n.20

Principes mercatores extraneos poſſunt repellere.dec.250.n.67

Princeps cum voto ſacri conſilii limitãdo intereſſe cambiorum, in reliquis approbare videtur. dec.243.n.14

Princeps cum quouis alio in iuriſdictione concurrit.dec.214.n.17

Princeps ſolus concedit facultatem procedendi ex arrupto, & diſpenſatiuo modo. ibid.nu.32.

Principis iuriſdictio præſcribi, vel conſuetudi-

Digitized by Google

tudiue acquiri prohibetur.dec.224.n.13

Princeps ſemper dicitur concedere iuriſdictionem cumulatiuam. ibi. n.14

Princeps ſemper retinet eius ſupremam iuriſdictionem.ibi. n.15.

Princeps dicitur vti plenitudine poteſtatis vt actus valeat.dec.217.n.9

Princeps non dicitur diſpenſare circa defectū ſubſtantiæ, ſiue conſenſu,ſecus in ſolemnitatibus.ibi.n. 14.

Princeps non ſolum poteſt prorogare tempus ad redimendum, ſed tranſactum iterum partibus indulgere. deciſ. 218. num. 2.

Princeps ex modicitate pretij rei uenditæ, & ex pacto de retrouendendo iuſte moueri poteſt ad producandum terminum reddimendi.ibid.n.4

Princeps ex infirmitate procuratoris iuſte mouetur ad prorogandum terminum retrouenditionis fiendę.ibi.n.5

Princeps an poſſit nō admittere prælatum ſi aliqualiter de eo ſuſpicetur ſecreta ſtatus per ſcrutaturum.dec.250.n.66

Princeps ſemper præſumitur quod motus fuerit ex iuſtis cauſis.dec.208. n.12

Princeps plura ob publicam vtilitatem facere poteſt. ibid. n.20.

Princeps an poſſit ex inditijs indubitatis, & vrgentiſſimis deuenire ad pęnam ordinariam.ibi. n.44

Principis mandato non obedire ſacrilegū eſt, & temerarium.ibid.n.13.

Principis interuentus operatur ne actus pereat, ſed ſit validus.dec.217.n.12

Principis interuentus operatur in rebus vniuerſitati præſiguis.ibi.n.13.

Principis magni teſtamentum an ſit validum.dec.250.n.137

Priuilegium competens mulieri circa exactionem dotis, ſiue eius intereſſe competit etiam & filijs. dec.206. n.1.

Priuilegium dotis non tranſit in hæredem mulieris niſi ſit filius, vel alius deſcendens,ibi.n.2.

Priuilegium dotis contra legē interdum, & l.licet eſt mere perſonalis ipſius mulieris.ibi.n.3.

Priuilegium dotis contra legē interdum, & l.licet ad filios ,& deſcendentes extenditur. ibid. n.4.

Priuilegia dotis in eius exactione an competant viro , eiuſq; hæredibus diſſoluto matrimonio,& quid vxori eiuſq; hæredibus remiſſiue.ibi.n.7.

Priuilegia dotis competunt ſoli mulieri cuius fauore fuerunt introducta. dec. 206. num. 9.

Priuilegia de quibus in l.interdū, & l.licet competunt ſolis mulieribus. deciſ. 206. num.10.

Priuilegiati inter eos non vtuntur priuilegio,ſed iure communi.dec.215. n.33.

Priuilegia militibus conceſſa circa teſtamenti factionem competunt etiam ſi iure communi teſtari cępiſſent.dec.250. num.20.

Priuilegium magni Admiratus adducitur dec.248.n.6.

Priuilegium regis requiritur pro acquirenda iuriſdictione ſuprema . deciſ. 224. num. 16.

Priuilegia, quę habet mutuans pecuniam ad reficiendam , vel emendam aliquam rem ex Bar.doct.dec.204.n.4

Prior in tempore potior in iure ideo creditor , qui prius ſolueret pecunias pro militari ſeruitio præfertur poſteriori. dec.215.n.31

Probationes præſumptiuę ſufficiunt in crimine veneni, non ſolum ad torquendū, ſed condemnādum pęna ordinaria.dec. 208.n.24.& 42

Proceſſus feudalis an ſit per omnes quatuor iudices videndus ante terminū ad diſputandum,vel ſufficier quod viſo per tres exſpectabilibns iudicibus per quartū videatur poſt termini dationem.dec.313 num.8.

Procurator habet ſalarium etiam quod nō ſit conuentū ex antiqua conſuetudine. dec.226.n.2

Promittens vendere, ſi illum cui facta eſt promiſſio pęniteat emere ad nihilum tenetur.dec.207. n.12

Proregi tamquam duci militum bona inimicorum in bello capta conſignante , vt caducitat inter milites. deciſ. 250. num.19

Proreges loco præfecti Prætorij ſunt ſubrogati. ibi.nu.117.

Proreges ſunt exempti à patria poteſtate, ibid.n.118.

Prorex poteſt ſi ei videbitur corrigere , reformare,augere,vel minuere cap. Regis Caroli 85. de compromittendis literis inter coniunctos.dec.246. n.15

Prorex eſt Cap. Generalis , eique competunt omnia militaria miniſteria,& conſequenter priuilegia. deciſio. 250. nume. 18.

Prorex præfecto prætorio , ſeu Præſidi Prouinciæ aſſimilatur. ibidem . nume. 142.

Digitized by Google

Prohibere qui potuit, & non fecit dicitur conſentire. ibid. n. 93
Prorogatio loci ſi eſt ſine detrimento cenſetur facta cum ſuis qualitatibus, & reſpectu pęnę, & fideiuſſorum. deciſ. 208. num. 6.
Prorogatio termini ad retrouendendum fieri poteſt per principem pendente liquidatione. dec. 218. n. 6
Proteſtatio in ſupplicatione diſſenſus (non animo conſentiendi in iudicem) dicitur contraria facto. dec. 231. n. 26
Prouiſio gratioſa per ſecundam nõ dicitur reuocata. dec. 225. n. 4
Prouiſio prima, quæ eſt contra, vel propter iura partis per ſecundam dicitur reuocata, & omnia fieri debent prout de iure diſponitur. ibid. n. 6.
Prouiſio facta inter eaſdẽ partes, & de eadẽ re licet per diuerſam actionem facit ius inter partes. dec. 247. n. 2
Poſſidẽdi animus ex titulo magis profiguò declarari poteſt. ibi. n. 9.
§. in teſtibus, & l. etiam C. de teſtam. explicatur. dec. 250. n. 37.
Purgatio more admittitur in pęnalibus. deciſ. 235. num. 24.

Q

QVæſtio pendens ex contractu quacumque actione dummodo de l. feudi nõ diſcutiatur, cauſa ſemper erit allodialis. dec. 201. n. 29
Quãtitas mutuata iuſta l. interdũ, & l. luit tota debet conuerti in illam cauſam. deciſ. 205. n. 11.
Quantitas non expenſa pro qua conſtitutus eſt cenſus minuit ipſum cẽſum. dec. 205. n. 12.
Quantitas releuij, quæ fuerit à capitulis Regni conſtituta. dec. 235. n. 6.

R

RAtio iterum reddenda nõ eſt ſi interueniat calculatio, abſolutio, & pactũ de non contraueniendo. dec. 202. n. 2.
Ratio iterum reddendum non eſt ſi ſolus error interueniat. ibid. n. 3.
Ratio reddita non facta calculatione, etiã quod fuerit facta remiſſio, & renuntiatũ cum iuramentum exceptioni erroris nihil operatur. ibi. n. 6
Ratione ſemel reddita amplius peti non poteſt. ibid. n. 1.
Rationes male compoſitæ, & doloſæ redditæ ad veram compoſitionem, & veritatem ſunt reducendæ. ibidem, nume. 13.
Ratiocinium debet eſſe integrum, & in eo non debent partitæ occultari, nec apponere debet tutor minus quam exegerit, nec apponere expenſas quas non expendidit. ibi. n. 17
Ratiocinium falſum in aliquibus partitis in alijs falſum præſumitur. ibidem, num. 19
Ratificatio non continet pluſquam datio, ſeu actus confirmatus, decis. 250. num. 94. & 122.
Ratificatio non augmentat extenſiue, ſed robborat intenſiue. ibid. n. 96
Ratificatio generalis non poteſt ſe extendere ad ea quæ expreſſe ſunt in eodem inſtrumento diſpoſita. ibid. n. 125
Reæſtimatio non habet effectum ſuſpenſiuum quando fit vigore inſtrumenti, dec. 241. n. 10
Recedens à tempore recedit a forma. dec. 217. n. 3.
Recuſatio eſt proponenda ante litem cõteſtatam. dec. 231. n. 30. & ratio nu. 31
Redditus annui ſuper aliqua re debiti inter immobilia commutantur. dec. 250. nu. 57.
Redditus relicti pro oẽ & quocumq; iure continent pretium. dec. 230. n. 10
Reductio ad arbitrio boni viri conceditur ab extimatione facta per expertos: qđ maxime procedit, quando electio eſt facta à iudice.
Regula parium eſt eadem, & habet locum etiam in pęnalibus. dec. 207. n. 2.
Regia Curia accipit pecunias ad cãbium, & tamen inferijs non habet correſpondentem. dec. 243. n. 15
Rei ſuper inuentione theſauri fuerunt excarcerati per Sereniſſimum dominum Principem Filibertum in anno 1623. dec. 240. n. 8.
Relaxatus ſub certa pęna, ſi peruenerit infortiis curiæ, cẽſetur liberatus ipſe, eiuſque fideiuſſores. dec. 208. n. 3.
Relatio non debet fieri ad ea, quæ habent propriam diſpoſitionem, dec. 250. n. 162 163. & 164
Relatio fieri debet, ne contrarietas orietur dec. 250. n. 165
Releuium competens R. C. eſt quædam præſtatio extrinſeca feudo per mortem inducta in ſucceſſore, & hæredere. deciſ. 235. nu. 1.

Re-

Releuium conſuetudine fuit introductũ, & de eo nihil ſcriptum reperitur. ibidem num. 2.
Releuium dicitur, quia releuat illum cui præſtatur. ibid. n. 3.
Releuium in quo caſu ſoluatur R.C. ibid. num. 5.
Releuium ſoluere tenentur ij ad quos ſpectat, & erit medietas fructuum feudi illius anni quo moritur feudatarius. ibid. num. 7.
Releuium debetur etiam ſi tãtum proprietas feudi fuerit in alium translata retento vſufructu ex doctrina Roſental. ibid. num. 10.
Religioſus per profeſſionem omni rerum dominio & proprietate ſe abdicauit. deciſ. 201. n. 4.
Religioſus quod attinet ad contractus, vel quaſi contractus in acquirendo æquiparatur ſeruo, & filiofamilias. ibi. n. 5.
Religioſi Societatis Ieſu poſſunt retinere feuda ibiq; adducuntur exempla: quod intellige vt ibid. n. 16. & 17.
Remiſſio hypothecæ factam per mulierem contemplatione mariti non valet, & reſcinditur, & ita deciſum. dec. 234. num. 20.
Renuntiationes factæ etiam cum iuramento in liberatione, quę legitimę confecta non fuerit nullius ſunt roboris. dec. 202 num. 22
Renuntiatione facta per filiam cæteris ab inteſtato venientibus accreſcit hæreditas. dec. 203. n. 2
Renuntiatio debet fieri cum iuramento quod habet vim expreſſi. ibid. n. 11
Repreſentare quis poterit plures perſonas. dec. 243. n. 8
Requiſita ad hoc vt feudum remaneat obligatum pro Solonem ſeruitij militaris. dec. 215. n. 12.
Reſiſtentia fit etiam contra officialem nõ habentem annexam dignitatem. deciſ. 210. n. 2.
Reſtitutio datur inquantum quis fuerit lęſus. dec. 202. n. 9.
Reſtitutione in integrum pendente omnia actitata ſunt nulla, & inualida. dec. 228. num. 4.
Reſiſtentia facta executoribus iuſtitiæ, ſeu algozirijs punitur. dec. 245. n. 18
Res iudicata non dicitur quando ſubiacet aliquo remedio, vt puta reuiſionis, dec. 247. n. 14
Retentio poſſeſſionis arguit nullitatem, ſeu ſimulationem tituli. deciſ. 220. nume. 3.
Retrahere volens poteſt penitere, tam ante, quam poſt ſententiam. deciſ. 207. nu. 20.
Retrahere volens ſi pęniteat tenetur ad damna intereſſe, & expenſas. ibidem num. 17.
Retrahere volens ad retrahendum tenetur ſicut emptor ad reuenditionem. ibi. nu. 10.
Retrahere volens non tenetur ſoluere niſi pretium venditionis, non autem pecunias exceſſione forte facta pro conſequẽdo ius retractus. dec. 244. n. 10
Retractus competit minori poſt ſtatutum terminum probata lęſione, & quod habebatur pecunia pro faciendo retractũ. ibi. nu. 4.
Retractus competit non ſecuta forma ſtatuti illum denegantis. ibi. n. 5
Retractus debet concedi perſonis quibus competit pro ſe tantum & ſi compertũ fuerit eſſe pro alijs prædium debet condici. ibid. n. 12
Retractatio non habet locum in præiudicium tertij. dec. 215. n. 32
Retrouendere non tenetur qui non conſenſit. dec. 230. n. 7.
Retrouendere tenetur is qui exigit cenſum iuxta formam bullæ relictum in teſtamento. dec. 230. n. 14
Retrouendere emptor non tenetur elapſo tempore conuento. dec. 218. n. 1.
Reuertio ſola ad carceres nõ probat, quod talis fuerit reuertendi animus. dec. 237. nu. 6.
Reuertatur, verbum, quid ſignificet, & operetur. dec. 250. n. 156.
Reuiſio in dubio præſumitur petita ante executionem. dec. 241. n. 4
Reus etiam quod ſit negatiuus grauiter infamatus ad aliquam pęnam extra ordinariam condemnari poteſt. dec. 245. n. 8. & ita deciſum n. 9
Reus qui diu ſtetit carceratus fuit condemnatus pro homicidio in perſonam ſeruientis ad triremes toto tempore eius vite. ibi. n. 20.
Reuendicatoria vel perſonalis actio competit contra hæredes donatarij non autẽ exequutiua quando ſecundogenitus donatarius habet poſſeſſionem in defectu primogeniti. dec. 201. n. 20
Ritus cap. 101. 102. & 104. explicatur. dec. 211. n. 3. 22. & 29.
Ritus cap. 135. vbi agitur de ſpolio extenditur etiẽ ad fructus, damna, intereſſe, & ex-

Digitized by Google

expenſas. deciſ.216. nu.1.
Rogatio teſtium non eſt neceſſaria, vbi vere conſtat de voluntate militis teſtantis, dec.250.n.28.

S

SAcra Congregatio Cardinaliũ quid ſtatuerit ſuper literis cãbij ad inſtantiã Archiepiſcopi Panormitani.dec.243. n.9
Sacrilegij pęna ſi quid modicum fuerit ſubrectum de iure communi, quæ nam ſit, dec.245. n.2.5.& 6.
Salarium aduocato,& procuratori conſtituitur arbitrio iudicis.dec.226.n.3
Salarium debetur negotiorum geſtori ex conſuetudine regni, & ſeruatur Conſ. Bal.115.lib.5.dec.226.n.7
Scientia & patientia præſumitur ex præſentia præſidis in prouincia. dec.224. n.8
Scriptura non requiritur in locatione, ſed ſufficit contrahentium conſenſus. deciſ. 229.n.8.
Scriptura priuata ex cõuentione partium habet viam exequutiuam & vim inſtrumenti publici, dec.211. n.17. & clarius num.18.
Scriptura priuata appellatione inſtrumenti continetur.ibid. n.24
Scriptura libri habetur pro cõfeſſione partis.dec.243. n.31.
Secũdum decretum niſi ſequatur realis traditio non transfert dominium neque poſſeſſionem & quid in incorporalibus remiſſiue.dec.220.n.2
Senatus non habet authoritatem obligandi vniuerſitatem eiuſq; bona, ſed concilium. dec.217.n.5
Sententia non debet eſſe fruſtratoria,deciſ. 207.nu.3.
Sententia executioni non eſt demandanda pendente in integrum reſtitutione. dec.228.n.2
Sententia claudicat in eius executione, qa is in cuius fauorẽ lata eſt ei renunciare poteſt.ibid.n.15
Scientia præſumitur quando factum eſt notabile,dec.250.n.91
Scientia officialium cum tolerantia ſufficit pro ſciẽtia principis, ac ipſiuſmet principis præiudicium. ibidem nume.86. & 87.
Scire vel ſcire debere par eſt, ibidem nume. 89.
Sequeſtrum eſt concedendum quando de credito conſtat per publicum inſtrumentum,dec.247. n.1
Sequeſtrum regulariter eſt prohibitum. ibidem num.6.
Sequeſtrum deleri debet ceſſante cauſa ipſius ſequeſtri. ibid. n.10
Seruitium militare debetur non deducto aliquod onere feudi puta dotis, & ſimilium,dec.215.n.7
Seruitium militare debetur ſuper feudo vti tributum, & decima prædialis. ibid. num. 8.
Seruitium militare niſi pręſtetur,feudo priuatus feudatarius.ibid.n.22.
Seruitium loco conditionis debetur in feudo.ibid. n.23
Seruiẽtes in exercitu pro rebus neceſſarijs gaudent militum priuilegijs.deciſ.230. num.15
Seruus pro domino poteſt eſſe teſtis. deciſ. 238.n.2.
Sollemnitates leues iudiciorum in foro belli non admittuntur.deciſ.210. n.7
Soluens onera feudi circumſcripta fraude poteſt conuenire ſucceſſores in feudo, dec.215.n.10. & 12.
Spolians licet habeat ius in re, poſſeſſorem ſpoliando amittit. dec.216. n.3
Spolium locum habet nõ ſolum in eo, qui habet poſſeſſionẽ ciuilem,ſiue naturalẽ, ſed etiam in eo qui habet nudam detẽptationem. ibi.n.5
Spoliatus ſi de proprietate dixerat ſibi pręiudicat in ſpolio. ibid.n.8.
Statutum exorbitans ob publicam vtilitatem extenditur.dec.208.n.19
Statutum ob publicam vtilitatem recipit interpetrationem extenſam, & rigoroſam,quę alias inducenda non eſſet. ibi num.21
Statutum quod inſtrumenta executioni mandentur habet vim etiam in tacitis ſtipulationibus.dec.211.n.12
Statutum diſponens quod inſtrumenta publica habeant executionem paratam ita vt non poſſint contra ipſa opponi, niſi certæ exceptiones procedit etiam in ficta ſtipulatione.ibi.n.15
Statuta laicorum ſiue directe, ſiue indirecte non poſſunt afficere clericos ſiue eorum bona patrimonialia, ſiue eccleſiaſtica ex defectu poteſtatis. deciſ. 227. num.9.
Statutum etiã quod generaliter loquatur eccleſiam non comprehendit. ibidem num. 11.
Statuta impedientia laicis liberum commercium cum clericis ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.ibi.n.12
Statutum exorbitans,& correctorium proprie

Digitized by Google

prie eſt intelligendum, nec ad caſum fi-
ctum trahitur. dec.230. n.2

Statutum quod de pretio rei deductæ in cõtractum ſoluatur gabella reſtringitur ad contractum emptionis & vẽditionis tantum.dec. 236.n.8.& 9

Statutum determinans tempus ad retrahendum non ligat minores. deciſ. 244. num.1.

Statutum in regno pro compromittendis cauſis conſanguineorum ex c. Regis Caroli 85.dec.246. n.1

Statutum vt cauſæ compromittantur inter conſanguineos videtur fauorabile.ibid. num.2.

Statutum de compromittendis litibus inter conſanguineos eſt ampliandum.ibi. num.3.

Statutum contra ius commune eſt odioſum.ibid. n.5

Statutum de compromittendis litibus inter coniunctos, non habet locum vbi adeſt publicum inſtrumentum.ibi.n.12

Statutum limitans cauſam non extenditur ibid.n.13

Statutum contra ius commune ſtricte erit interpetrandum ibid.n.17.

Statutum erit interpetrandum ſecundum ius commune.ibid.n.18

Statutum contra ius commune licet ſit fauorabile ſtricte erit interpetrandum, ſecus ſi ſit præter vel ſecundam ius commune.ibid.n.19.

Stipulatio ficta a lege magis operatur quã præſumpta.dec.211. n.14

Subſtitutus qui ſit conſanguineus, & bonę famæ non excluditur ab educatione filiorum.dec.219.n.8

Subſtitutus ab eodem teſtatore, qui eum reliquit in tutorem non excluditur ab educatione filiorum.ibid.n.9

Subſtitutus vel ſubrogatus gaudet eiſdem prærogatiuis, & præeminentijs quibus principalis gaudere ſolet. deciſ. 224. num.9.

Subſtitutio ſeu fideicõmiſſum ſunt odioſa, ideo ſufficit dicere non loquitur de caſu iſto.dec.250. n.53

Succeſſio filiorum in parentes eſt contra eorum commune votum. ibid.n.60.

Sũmaria cognitio ſufficit in liquidanda conditione, nec opus eſt interloquutoria.dec.241.n.6.& 7.

Summus Pontifex poteſt diſpenſare ſuper voto paupertatis, ſicut & caſtitatis: & aperte declarat bulla Gregorij Papæ 13. dec.201.n.6.& 7.

Summus Pontifex non ſolet concedere licentiam alienandi bona eccleſiaſtica niſi ex cauſa euidentis eccleſiæ vtilitatis. dec.225.n.3

Suſpitio falſitatis habetur pro falſitate in ciuilibus. deciſ.243.num.23.

T

Tempus ſi adijciatur actui explicando inducit formam.dec.217.n.1.

Tempus à concilio præſcriptum, niſi ſeruetur non dicitur ſeruata forma concilij,dec.217.n.2

Tẽpus ad retrahendũ ẽt quod ſit elapſum minori competit ope reſtitutionis in integrum.dec.244.n.2. contra n.3.& 12.

Tempus belli,& peſtis æquiparantur. dec. 249.n.6

Terminus menſis vnius poſt aperta puncta,& concluſum in cauſa datur in cauſis feudalibus.dec.213.n.1

Termino ad allegandum dato, poſt terminum fieri poſſunt allegationes iuris.dec. 213.n.3

Terminus ad diſputandum in cauſis feudalibus non ex forma ritus, nec de iure cõmuni datur, ſed ex ſtylo in M.R.C. inueterato.dec.213.n.4

Terminus ad diſputandum ſufficit ſemel dari etiam mutatis iudicibus. dec. 213. num.6.

Terminus dierum quindecim poſt terminum menſis vnius ad diſputandum nõ eſt de ſubſtantia.dec.213.n.7.

Terminus ad diſputandum fuit validus declaratus etiam quod non fuerit ante termini dationem viſus per quartum iudicem.dec.213.n.11.

Terminus ad retrouendendum conuentionalis fuit in M.R.C. prorogatus à Principe. dec.218.n.9.

Tertius non debet eſſe deluſus autoritate principis. dec.217.n.15.

Traditio rei verę facta præfertur conſtituto, etiam quod per antea fuerit confectum.dec.214.n.8.

Tertia pars quæ mulieri contrahenti more latinorum competit ſuccedet loco dotis dec.221. n.17.

Tertius poſſeſſor qui comparet,& ſe opponit de dominio ne diſtrahatur eius propria res dicitur reus, quia venit laceſſitus etiam quod non ſit citatus. dec.225 num.13.

Tertius æſtimator quando eligatur à iudice.dec.241.n.11

Ter-

Teſta y alleg. 10. declaratur. deciſ. 230. nume. 17.
Teſtator qui peſtis tempore eſt in maximo vitæ periculo poterit coram duobus teſtibus teſtari. dec. 249. n. 9
Teſtator qui peſtis tempore non eſt in diſcrimine vitæ, ſed in loco vbi vrget peſtilentia teſtari debet ſaltem duobus teſtibus rogatis. dec. 249. n. 10
Teſtator ſi eſt extra locum infectum, & ſic in tuto, licet ſit tempore peſtis ſeruare debet ſollemnitates iuris. deciſ. 249. num. 11.
Teſtamentum facit ceſſare ſucceſſionem ab inteſtato. dec. 203. n. 17
Teſtamentum peſtis tempore confectum ad minus requirit quinque teſtes. deciſ. 244. n. 1
Teſtamentum etiam peſtis tempore confectum requirit ſecundum vnam opinionem numerum ſeptem teſtium. deciſ. 249. n. 2.
Teſtamentum tempore peſtis confectũ requirit duos, vel tres teſtes rogatos, ſecũdum aliquos dec. 249. n. 3
Teſtamentum tempore peſtis validę nõ requirit ſeptem teſtes, ſecus ſi peſtis non ſit valida. dec. 249. n. 4
Teſtamentum tẽpore peſtis confectum ab eo, qui peſte eſt correptus valet etiam cũ minori numero teſtium ſecus ſi peſte correptus non fuerit, & teſtium copiam habere poſſit. deciſ. 249. n. 3. & 12.
Teſtamentum militis valet abſq; teſtium rogatu. dec. 250. n. 21. & contra n. 22
Teſtamentum confectum à Marchionibus Ducibus, Comitibus reliquiſque regalẽ dignitatem habentibus valet ſine ſollẽnitatibus iuris ſi conſtet de eorum volũtate. dec. 250. n. 29
Teſtamentum confectum tempore peſtis non requirit iuris ſollemnitatibus. dec. 250. n. 129.
Teſtamentum peſtis tempore confectũ valet cum quinq; teſtibus in terris Imperij dec. 250. n. 130
Teſtamentum pro validitate cum minori numero quinque teſtium fuit deciſum. dec. 250. n. 131.
Teſtes examinantur ſuper ſignis veneni, & exinde examinantur medici ſuper morte ſequuta eorum iudicio ex dictis ſignis dec. 208. n. 30
Teſtes debent ſubſcribere eorũ diſpoſitiones alias eorum dictum non valet. deciſ. 210. nu. 4.
Teſtium repetitio quomodo ſit facienda, vt ſit valida. dec. 210. n. 5.
Teſtes qui ſignum nõ fecerunt (prout ſolet fieri) ſed vere fuerunt coram iudice repetiti fidem faciunt. dec. 210. n. 6
Teſtis ſocius nõ facit fidem qñ iniuria illata ſocio fuit ex propoſito. dec. 210. n. 11.
Teſtis inimicus nullam fidem facit. deciſ. 210. n. 12
Teſtis falſus in vno præſumitur etiam in omnibus. dec. 270. n. 15
Teſtibus contra producentem eſt credendum etiam quod deponant per verbum credo. dec. 244. n. 11.
Teſtium rogatio requiritur in teſtamento ad pias cauſas, & ita in teſtamento militum. dec. 250. n. 23
Teſtium rogatio requiritur in teſtamento cuius teſtatoris, & maxime militis dignoſcatur. dec. 250. n. 24
Teſtium rogatio non requiritur in teſtamento militum. dec. 250. n. 25
Teſtes domeſtici sũt idonei teſtes ſi tẽpore diſpoſitionis non ſint tales. dec. 250. n. 35
Teſtes duo ſufficiunt ad validitatem teſtamenti tempore peſtis. dec. 250. n. 132
Teſtimonium domeſticorum in teſtamẽtis an ſit ſufficiens. dec. 250. n. 33. & 36.
Theſauri deciſio 223. nunquam in Regnõ fuit obſeruata. dec. 234. n. 14
§. Theſaurus inſt. de rerũ diuiſ. ſuper inuentione theſauri examinatur. dec. 240. n. 5
Theſaurus etiam dicitur pecunia abſcondita, de cuius dominio, & memoria ignoratur. dec. 240. n. 4
Titulus honorabilis inſtitutionis non requirit in aſcendentibus. dec. 250. n. 145
Titulus poſſeſſionis mutari nequit in preiudicium alterius nec ſuperueniẽtiá tituli prodeſt. dec. 247. n. 3. & 8.
Titulus poſſeſſionis aduẽniente noua cauſa mutari poteſt. dec. 247. n. 7
Tortura militibus non irrogatur, nec eorũ capitaneis. quod dubium remanet. dec. 250. nu. 17
Tranſactio non poteſt fieri niſi aliquo dato vel retento. dec. 236. n. 12
Tutor qui conſequutus fuit liberationem calculatis rationibus & cum iuramento confirmatam, iterum rationem reddere non tenetur, dec. 202. n. 4
Tutor regulariter tenetur reddere computum. dec. 202. n. 11
Tutor tenetur reddere rationes denuo ſi male & in legitime redditę fuerunt. dec. 202. n. 12.
Tutor dẽt reddere rationes ordinatim de anno in annum, cũ appoſitione menſis, &

Digitized by Google

& dici,tam in receptis,quàm in expēſis, & non confuſim,& in diſtinctè alias ratio reddita nulla eſt, dec.202.n.15

Tutor qui minus expendiderit partitas introitus occultauerit, vel eas integre in ratiocinio non apponens,dicitur in dolo,& in eius vtilitatem conuertiſſe præſumitur.dec.202.n.18

Tutor qui non confecit inuentariū,vel nō cōfecit librum rationum, ex quo ratiocinium deſumi dēt callide præſumitur cōſequutum liberationem maxime ſi liberatio fuerit facta à minore, muliere, vel ruſtico.dec.202.n.20.& 21.

V

VAſſallus niſi præſtet ſeruitium militare caritā feudo.dec.215.n.5.

Vaſſallus eſt aſtrictus domino ad iuramētū fidelitatis:quę eſt ſpecies ſeruitutis.dec. 238.n.1.

Vaſſallus pro domino pōt eſſe teſtis, adducitur Affl. dec. 304. qui adducit omnes doctorum opiniones.ibi.n.3.

Vaſſallus poteſt eſſe teſtis ſuper facto vel dicto in ſtatu domini,cuius teſtis producendus eſt ſubditus.ibi. n.5.

Vaſſallus poteſt eſſe teſtis pro domino, de quo non timetur vaſſallum deponere iuſta eius voluntatem.ibi.n.6.

Vaſſalli an ſint integre fidei ſi deponāt pro eius domino.ibi.n.8.

Vaſſalli producuntur pro domino, & ita deciſum. ibi. nu.13.

Venditio aliud eſt quam promiſſio de uendendo,vel ſententia,quæ obliget ad vendendum. dec.207.n.11.

Venditionis contractus tria ſubſtantialia requirit res quę veniat, pretium quo vēditur, & conſenſus contrahentium ſimultaneos.dec.230.n.4

Venditionis appellatione venit ſolūmodo venditio proprie,quæ fit cū pretio. dec. 236.nu.10

Vendens domum ſeu predium an cenſeatur vendere pecuniam,& theſaurum ibi abſcōditum, & poſtea inuentum. deciſ. 240.n.5.

Vendita re modico pretio cum pacto de retrouēdendo tranſacto tempore redemi poteſt.dec.218. n.3

Veneni delictum quomodo probetur ſecūdum doctrinam Paul. de Caſt. dec.208. nu.28.

Veneno in genito non præſumitur quis mortuus aliquo extrinſicus apparente. ibid.n.31.

Veneni ſigna, mors ſubſecuta, & medicorum iudicium probant veneni delictum. ibi.n.35.

Venenum in corpore ingenitum paulatim facit eius effectum propinatum vero repente.ibi.n.37

Venenum propinatum,& non ingenitum præſumitur quando quis moritur incontinenti.ibid.n.39

Veneni in delicto ſtandum eſt medicorū iudicio,alias vix veritas haberi poteſt. ibid.nu.41

Venenatio præſumitur ſi ſtatim ſumpto cibo, vel potu cępit mutare ſtatus corporis.ibi.n.38.

Verbū (promitto) inducit ſtipulationē&ēt in ſcriptura priuata. dec.211. n. 25

Verbum (venditio) quādo comprehendat omnē alienationem.dec.236.n.5.

Verba in fine poſita debent ſupra expreſſata pariformiter cōprehendere. dec.230. n.31.ſecus ſimiliter diuerſa ratio.vt n.52

Verbum (reuertatur) quid operet.ibi.n.62

Verba cui non conueniunt nec etiā conuenit diſpoſitio. ibi.n.72

Verba bullæ cenſus non loquuntur niſi de contractu emptionis.dec.230. n.1.

Verba ſunt interpetranda ne correctionem inducant.dec.250.n.110

Verba vniuerſalia, & indefinite poſita reſpiciunt tantum proprium determinabile. ibid.n.111.

Verba (ad habendum,tenendum, poſſidendum,& quicquid placuerit faciendum) quid operentur.ibi.n.158

Verba in cōtractu appoſita non debēt eſſe niſi effectu operandi.ibi.n.160

Veriſimilitudo multum ſolet in negotijs attende.ibi.n.92.

Veriſimilitudo nimis attenditur ad probandam falſitatem.dec.243,n.17

Verſio præſumitur in modica ſummā.dec. 205.n.8

Verſio præſumitur ſi reperiatur ſatis factū illi cauſæ confeſtim quod pecunia data fuerit.ibi.nu.9

Vicarij Generalis deſtinati per Regnum à Prorege non cognoſcunt de cauſis militum Hiſpanorum.dec.224.n.20

Vicinus conſanguineus præfertur alteri nō vicino.dec.224.n.9

Vinculum ſeu fideicommiſſum vniuerſale ea,quæ in poteſtate diſponentis nō ſunt non afficit.deciſ.250.n.58

Vir quando agit ad commoditatem mulieris, vel filiorum habet priuilegia dotis. dec.206.n.11

Vir cōueniri nō poteſt propter bona ab eo

poſſeſſa iure familiaritatis, & ſe excipere poteſt etiam in prima inſtãtia. dec. 233. num. 2.

Viſione ſcripturarum proceditur etiam in feudalibus quando agitur de mero iuris articulo. dec. 201. n. 31

Votum paupertatis eſt vnum de ſubſtantialibus religionis votis. dec. 201. n. 1.

Vrbes habent maiorem authoritatem in miniſtros, quibus de proprio ſoluunt ſtipendia. dec. 224. n. 10.

Vſumfructum feudi habens tenetur exhibere ſeruitia. dec. 235. n. 20

Vſus loquendi diſponentis multum attenditur ad interpetranda verba cõtractus, ſiue vltimę voluntatis. deciſ. 250. nu. 69. & 70.

Vſusfructus poteſt per patrem filio renunciari, aut donari. ibid. n. 153

Vtilitas pupillorum eſt attendenda etiam in eorum educatione. dec. 219. n. 6

Vtens contractu ſeu ſtatuto tenetur ad omnia requiſita neceſſaria ab illo contractu, ſeu ſtatuto. dec. 230. n. 15

Vulneratus ſi deceſſerit propter eius malã curationem reus venit liberandus. dec. 210. n. 16.

Vxor poſt tranſitum ad ſecundas nuptias filias priori matrimonij odio proſequit̃, & affectat illos bonis priuare, vt ea omnia poſteriori coniugi relinquat. deciſ. 232. nu. 3.

Vxor ſi eſt domina, & habet legitimum titulum vir non conuenitur etiam ſtantibus teſtibus in vim extremorum de poſſeſſione viri. dec. 233. n. 3.

FINIS.

TABVLA ERRATORVM HVIVS TERTII VOL. DECIS.

Pag.	col.	lin.	Errata	Corretta
1	1	11	quo	quod
1	2	6	declarat	declaratur
3	In arg.		præiudicetur	pręiudicet
5	2	30	iuſt.	init.
7	2	15	irreuocabilem	irreuocabilem
10	1	2	inueniret	inueniretur
11	1	38	ært.	art.
17	1	14	aliјs	alij
23	1	11	lib.	lib. 2.
25	2	35	ſuccedeſe	ſuccedere
30	2	1	eretor	creditor
33	1	vlt.	dictarum	dictorum
49	1	3	dixi	dixit
49	2	1	ſequeſtrata	ſequeſtratam
52	1	29	iudiciarum	iudiciarium
54	2	23	extenſam	extenſiuam
72	2	1	Gratus	Gratianus
86	1	31	legima	legitima
89	1	vlt.	Menoth.	Menoch.
92	1	18	forma	à forma
94	1	6	vtilitati	vniuerſitati
99	1	14	Mantanus	Montanus
102	2	27	ſub	ſcilicet
104	2	21	doloſo	doloſe
105	2	20	tibi	ibi
106	2	7	caſus	caſum
119	2	3	expeditione	expeditio
120	2	27	prudentiam	pendentiam
120	2	30	ad	ac
220	2	32	ſeu	ſtet
124	1	2	debeat	debeatur
126	2	18	quod curiæ	per curiam
129	1	19	Eugenijs	Eugenij
133	1	3	ſententia	ſententiæ
136	1	14	caſu	caſu iſto
146	1	3	virtualia	victualia
150	1	13	per	pro
168	1	33	pro &	pro eo
169	1	6	contradictus	contractus
169	1	8	coniecturir	coniecturis
171	2	16	omnis	omnibus
172	2	11	remanent	remaneat
174	1	17	excuſandum	excuſandus
178	2	14	comniter	communiter
178	2	22	cu	cui
178	2	29	deponerent	deponeret
178	2	36	Marchionis	Marchionem
179	1	31	extrahendi	extrahi
183	1	37	dictum	dicta
185	1	3	maternam	matrem
189	2	21	audiantue	audiantur
210	2	6	probat	probat contra
216	2	18	vncias	vnciarum
216	2	27	abſoluuntur	abſoluantur
222	2	7	ſtati	ſtatuti
224	1	7	cumulati	cumulari.
225	2	13	vulnero	vulnere
226	2	6	riguroſe	rigoroſe
233	1	20	titulus	titulis
233	2	24	n. 37	titul. 37.
235	1	15	dec. 39.	dixi dec. 39.
237	2	34	dictam	dictum
237	2	vlt.	recepta	receptam
267	2	18	talia	tali.

Digitized by Google

DECISIONES
M. R. C. REGNI SICILIÆ,
QVIBVS ACCEDVNT ALIQVÆ CAVSARVM DELEGATARVM.

AVTHORE

IO. FRANCISCO DEL CASTILLO
EIVSDEM TRIBVNALIS IVDICE,
& Magiſtro Rationum Trib. Reg. Patrimonij,
Regioque Conſiliario.

Ordine Deciſionum dicti Authoris.

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Votum paupertatis eſt vnum de ſubſtantialibus religionis votis.*

2 *Monachi, & religioſi non poſſunt habere bonorum proprietatem.*

3 *Bona profitentium religionem ad monaſterium pertinent, quando illud bonorum ſtabilium capax ſit.*

4 *Religioſus per profeſſionem omni rerum dominio, & proprietate ſe abdicauit.*

5 *Religioſus quo attinet ad contractus, vel quaſi contractus in acquirendo æquiparatur ſeruo, & filiofamilias.*

6 *Summus Pontifex poteſt diſpenſare ſuper voto paupertatis, ſicut & caſtitatis: & aperte declarat Bulla Gregorij Papæ XIII. nume. 7.*

8 *Diſpenſationes habitæ à Summo Pontifice in voto caſtitatis pro cauſis grauiſſimis, & extraordinarijs.*

9 *Conſtitutiones S. Ignatij Loyola circa votum paupertatis emittendum per eius religioſos confirmata per Sedem Apoſtolicam.*

10 *Clericus, & fortius profeſſus & religioſus in feudo proprio & recto nō ſuccedit, & ſi illud poſſidet per religionis ingreſſum amittit.*

11 *Clerici & profeſſi ſuccedunt in feudo improprio, pro quo præſtatur ſeruitium reale.*

12 *Habitum recepiſſe non dicitur is, qui non perſeuerauerit.*

13 *Clericus admittitur in feudo, pro quo præſtatur ſeruitium, quod per ſubſtitutum præſtari poteſt.*

14 *Clericus qui ſtatim mortuo patre, vel agnato habitum dimiſit admittitur ad feudum.*

15 *Inueſtitura petitur infra annum iuxta formam capituli Regni.*

16 *Religioſi Societatis Ieſu poſſunt retinere feuda, ibique adducuntur exempla: quod intellige, vt ibidem num. 17.*

18 *Inſtrumentum ſi non fuerit liquidum, & in eo contenta altiorem requirant indaginem non erit exequendum.*

19 *Donatio facta primogenito, eoquè deficiente ſecundogenito, & ſic deinceps continet diuerſas donationes.*

20 *Reuendicatoria, vel perſonalis actio competit contra hæredes donatarij, non autem exequutiua, quandō ſecundogenitus donatarius habet poſſeſſionem in defectu primogeniti.*

21 *Caſus ommiſſus, & non cogitatus non habet viam exequutiuam.*

22 *Cauſa feudalis, quæ dicatur in Regno.*

23 *Actio perſonalis ex contractu ſuper feudo exequitur coram iudicibus ordinarijs, & non coram iudicibus feudorum.*

24 *Exceptio, quæ non eſt liquida non impedit exequutionem contractus.*

25 *Actio originaria eſt inſpicienda in iudicijs, ideo etiam quod exceptio ſit feudalis, ſi actio non ſit talis, cauſa non dicetur feudalis.*

26 *Bald. de feud. in tit. de pac. conſtant. §. ſi qua declaratur.*

27 *Actio principalis ſemper attenditur, non acceſſorium, quod forſan diſputaretur in conſequentiam.*

28 *Cauſa feudalis dicitur vbi ſit commemoratio feudi ad intentionem fundandam, coadiuuandam, vel repellendam ſecundum leges feudorum: & agitur conditione ex l. feudi.*

29 *Quæſtio pendens ex contractu quacunque actione dummodo de l. feudi non diſcutiatur ſemper erit allodialis.*

30 *Clericus, vel monachus an ſit capax feudi, an pendente à l. feudorum, dum principaliter diſcutiuntur conſtitutiones Summorum Pōtificum.*

31 *Viſione ſcripturarum proceditur etiā in feudalibus quando agitur de mero iuris articulo.*

32 *Deciſio M. R. C. confirmata per Tribunal Conſ. S. R. C.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Clericus Societatis Ieſu profeſſus trium votorum ſimplicium an ſuccedat in feudo, & ſit capax ipſius, & quid ſi exinde exeat à religione an præiudicetur ſecundogenito poſſeſſori.

DECISIO CCI.

1 VOTVM paupertatis † eſt vnum de ſubſtãtialibus religionis votis, cum enim ſtatus illius ſit quodam exercitium, & diſciplina, per quam peruenitur ad perfectionẽ charitatis, ad hoc obtinendum neceſſarium eſt, vt qui religioſus extiterit affectum ſuum totaliter obſtrahat à rebus mundanis, ex hoc enim quòd aliquis eas poſſideat, allicitur animus eius ad earum amorem, ideo Dominus Matthei 19. ait, Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & ſequere me: nec ideo vllum periculum imminere illis poterit, quia intentione omnia ſua reliquere Diuinæ prouidentiæ ſe committentes. Vnde *Hierony. dicit in Epiſtol. ad Ruſtic. Monach. de viuend. forma, in fine, tom. 1.* Chriſtũ *nudum nudus ſequere D. Tho. 2. 2. ar. 3. q. 186. & poſt illum omnes Nauarr. in tit. de regularib. comment. 1. n. 7. verſ. Primum vbi ex D. Thom. & Caiet.* ait quòd is dicatur benè diſpoſitus ad intrandum in religionem, qui omnem ſuam fiduciam ſuſtinẽndi onus religionis ponit in Deo, & interiori affectu verè vult relinquere omnia, ita ut non remaneat affectus ad honorem, non ad gloriam, non ad carnem & ſanguinem, neque ad id genus alia, quia in hac renuntiatione, ſeu ex proprietate cõſiſtunt ſumptus ędificandi turrim perfectionis in religione, vt ibi latè per eũ.

2 Hinc eſt quòd Monachi † & religioſi non poſſunt habere bonorum proprietatem *cap. non dicatis 12. q. 1.* eis enim eſt interdictum proprium habere *cap. monachi, & cap. cum ad monaſterium de ſtat. monach.* Abdicatio enim proprietatis adeo annexa dicitur Monachali Regulæ, vt contra eam nec Sũmus Pontifex valeat licentiam indulgere, *Azor. inſtit. moral. lib. 12. c. 9.* quod tamen intelligendum eſt, vt infra. Vnde ex Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 2. de Regular.* ſtatuitur, quòd nemini Regularium, tàm virorum, quàm fęminarum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunq; qualitatis fuerint etiam quouis modo ab eis acquiſita tãquam propria aut etiam neceſſaria conuentus poſſidere vel tenere, ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, & cõuen-

Digitized by Google

uentui incorporentur, & ſubdit, nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere etiã ad vſumfructum, vel vſum, vel adminiſtrationem, aut commendam, & habere propriũ ipſos religioſos peſtis dicitur, *Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 15. nu. 31.* vbi ſubdit, quòd ſi quis inueniatur habere proprium erit remouendus à communione altaris, & ſi in extremis digne non pœnituerit, non accipiet ſepulturam inter fratres, *cap. monachi, §. qui vero de ſtat. monach. Cened. qui plures cumulat collect. 124. ad decretal. nu. 2. & 3.* Immo ſi fiat profeſſio, vt bona propria poſſint retineri non valet profeſſio, quod declarat *Couar. de matrim. par. 2. c. 3. §. 1. n. 18. & Cened. vbi ſupra, nu. 2. in princ.* Et proinde bona profitentium
3 Religionem † tùm de iure Canonico, tùm etiam de iure ciuili ad monaſterium pertinent, quando monaſterium bonorum immobilium, ſeu ſtabilium capax eſt, & quando is, qui profeſſionem expreſsè vel tacitè fecit nihil de ſuis rebus, ac facultatibus ſtatuerat, *auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. eccleſ. auth. conuerſationis, §. illud de monach.* & in iure canonico, *c. quia ingredientibus, & c. nunc autem 19. q. 3.* Quibus tamẽ legibus alicubi vſus, & conſuetudo auctoritatem abrogauit, nam receptũ eſt more quibuſdam in locis, vt immobilia bona non ad monaſterium, ſed ad ꝓpinquiores cõſanguineos trãſferantur, & mobilia ad monaſterium pertineant immo *Couarr. de teſtam. c. 1. n. 21. ad fin.* refert, quod apud Gallos ex more abrogatæ ſunt huiuſmodi leges, & canones, apud quos vniuerſa bona profitentium religionem, niſi ex pacto monaſterio reſeruentur ad conſanguineos propinquiores ꝑueniunt, *Azor. vbi ſup. c. 8.*

Quibus præſuppoſitis cõpertum eſt cum ſollẽni paupertatis voto pugnare, quòd monachus proprium habeat, cùm per pro-
4 feſſionem † ſe omni rerum dominio & ꝓprietate abdicauerit, vt benè diſtinguẽdo aduertit, *Azor. vbi ſupra. Sanches tom. 2. in precept. decalog. lib. 7. c. 18. n. 25.* vbi diſcutit vota, quæ in Societate Patres
5 profitentur. Ideo † Religioſus quoad cõtractus attinet, vel quaſi contractus in acquirendo æquiparatur ſeruo, *Innoc. in c. cum olim, il 2. de priuil.* cuius opinio communiter recipitur æquiparari religioſum ſeruo, & filiofamilias, & iura de his loquentia habere locum in profeſſis in religione, dummodo in illis eadem ſit ratio, *Bal. in l. ſeruus, C. commun. de ſucceſſ. Dec. in l. cũ fundus, §. ſeruum, ff. de reb. cred.* ex quo ſequitur quòd quemadmodum ſeruus, aut filiusfamilias nõ ſibi, ſed domino & Patri acquirunt, ita etiam Religioſus ſeruus & filius ſpecialis Domini non ſibi, ſed monaſterio acquirit. *Azor. vbi ſup. c. 10. Euerard. in loco à ſeruo ad monachum fol. 190. & ſeq.* quod

in-

intelligendum eſt, vt vſus, vel ad-
miniſtratio ſit penes ordinem, vel
monaſterium, Dominiũ vero pe-
nes Deũ, adminiſtratio enim eſt
penes ipſas Eccleſiaſticas com-
munitates, ſiue earum Prefectos,
Deus, aũt eſt Dominus bonorũ
Eccleſiaſticorum, Non quod in-
cipiat aliquod habere, vt ſuum,
quod antea non habebat, ſed eo,
quòd res eo ipſo quod ſunt ſa-
cre, religioſæ, vel Sanctæ deſinũt
eſſe in bonis alicuius hominis,
nec poſſunt amplius quam diu
Sacra ſunt eſſe in patrimonio, vel
bonis hominum *§. nullius inſtit. de
rerum diuiſ. Azor. vbi ſup. d. cap. 10.
verſ. cæterum non eſt.* Sed ad verã
reſolutionem infrà dicendorũ, &
determinationem cauſæ de qua
agitur neceſſarium videtur diſſe-
rere an obligatio voti pauperta-
tis, ſicut etiam caſtitatis, & obe-
dientiæ ſint de iure diuino, vel
tantum poſitiuo, & eccleſiaſtico;
6 ita ut Summus Pontifex ꝓ poſſit
ex aliqua rationabili cauſa diſpẽ-
ſare ſuper ꝑdicto paupertatis vo-
to, ſicut etiam caſtitatis, & obe-
dientiæ, *Nauar. comment. 2. de regu-
larib. n. 17.* etſi concedat Pontifi-
cem diſpenſare poſſe in ſollemni
caſtitatis voto, negat tamen poſ-
ſe in ſollemni paupertatis voto,
non quidem defectu eius poteſtã
tis, ſed quia cum ea diſpenſatio
grauiſſimã cauſam deſideret, cre-
dit talẽ ſubeſſe non poſſe ad pau-
pertatis votum diſſoluendũ, be-
nè tamẽ ad votum caſtitatis, ma-

trimoniũ enim poteſt eſſe neceſ-
ſarium in filio Regis profeſſo, vt
totius Regni bonum cõſeruetur,
& ideo poterit iuſta in eo voto
caſtitatis cauſa dari, ſed poterit
monaſterio egreſſus, ac matrimo
nio inito eſſe Rex cum ſola Re-
gni adminiſtratione abſque eius
dominio, & ideo non erit iuſta di
ſpenſandi in paupertate cauſa.
Sed verior & tutior, immo vt
mox dicam, indubitabilis eſt, vt
poſſit Summus Pontifex in eo, ſi-
cut in ſollemni caſtitatis voto di-
ſpenſare; quia non eſt maior ra-
tio de vno quàm de alio, ideo mul
ti cenſent monachum creatũ Epi
ſcopum liberari paupertatis vo-
to; & ſatis iuſta cauſa eſt diſpen-
ſandi in paupertatis voto, quæ
iuſtam reddit diſpenſationem in
voto caſtitatis, non enim confor-
me eſt ſtatui coniugali, & diſpo- 7
ſitioni neceſſariæ inter liberos, vt
ille ligatus maneat voto arctiſſi-
mæ paupertatis, quale emiſerat
in religione ita, ex *P. Petro Riba-
deneyr. in lib. de inſtit. Societat. Ieſu,
c. 18. §. pero para reſponder, & in ſo-
lut. ad 1. Azor. lib. 12. inſtit. moral.
c. 7. q. 2. Vaſqu. 1. 2. q. 96. art. 4. diſp.
165. c. 9. nu. 104. Sanchez tom. 2. in
precept. decalog. lib. 5. c. 2. n. 8. 9. vbi
nu. 10.* ſubdit quòd ſi abſque iu-
ſta cauſa Pontifex diſpenſat, va-
lebit diſpenſatio, & tenebit quo-
ad voti ſollemnitatem reddẽtem
profeſſum incapacem acquirẽdi
dominij, & illius transferendi,
quare verum dominium bonorũ
acqui-

acquiret, & in alium id verè tranſferre poterit, nam ſolo iure eccleſiaſtico votum ſollemne paupertatis ad hæc inhabilem profeſſum reddit. At non valebit diſpenſatio quoad ſubſtantiam eius voti obligantis iure diuino naturali; & ideo peccabit mortaliter is p̄feſſus acceptando, vel transferẽdo rei alicuius dominium contra paupertatis votum.

Quod idem dixerat idem *Sanchez d.lib. 5.d.c. 2.n. 3. & de matrimonio lib. 8.diſp.* 18.loquens in diſpẽſatione voti caſtitatis, qui alios more ſuo allegat, *Gratian.diſcept. 457.lib. 3.Gutierrez de matrim. cap. 123. Cened.d.collect.* 124.*nu.* 4.& in voto obedientiæ, *Azor.lib.* 12. *inſtit.moral.cap.* 7.*q.* 3.*Sanchez d.cap.* 2. *num.* 10.

7 Sed indubitabilis redditur dicta cõcluſio ex Bulla † Apoſtolica Sanctiſs. D. Gregorii Papæ XIII. quæ incipit aſcendente domino edita in anno 1584. 8. Calẽdas Iunij in fauorem Patrum, & religioſorum Societatis Ieſu ibi; (nõ conſiderãtes voti ſollemnitatem ſola Eccleſiæ conſtitutione inuẽtam eſſe, &c.) quã adducit *Azor. Inſtit. moral. lib.* 12. *c.* 7. *Sanchez idem firmans lib.* 5. *c.* 1. *n.* 9. *& d.c.* 18. *lib.* 7. *Molin. diſput.* 139. *Rodrig. de regular. to.* 1. *art.* 9. *q.* 2. *Oter. diuerſ. q. iur. p.* 1. *q.* 9. *Berous conſ.* 29. *nu.* 13. *cum ſeq. vol.* 1. *Gabr. conſ.* 28. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1014. *lib.* 11. *Rebell. de obligat. iuſtitiæ* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 4. *vbi nu.* 5. adducit Bullam prędictam, *& c. vnicum de vot. in* 6. & ibi reſpõdet ad rationes, & fundamenta in contrarium, & n. 8. pro iſta opinione allegat *Petrum Sotũ lect.* 5. *de matrim.* Ideo non ſemel à Se-

8 de † Apoſtolica ob extraordinarias cauſas cum religioſis Profeſſis diſpenſatum fuit, ut de Rege Aragoniæ, refert *Paludan.* 4. *diſt.* 38. *q.* 4. *concl.* 11. quod intelligit non ſolum de voto caſtitatis, ſed etiam quoad reliqua duo. Similiter cum Conſtantia Regis huius Regni Rogerij filia factum fuiſſe videmus, illam enim Gualterius Archiepiſcopus Panormitanus ex prouiſione Papæ Celeſtini III. monialẽ à monaſterio eduxit, & eam in Alemaniam traſportauit, & matrimonio collocauit Henrico Imperatori filio Fiderici Barbaruſſæ de domo Sueuiæ, quæ Cõſtantia ſucceſſit in Regno, & vna cum eodem Henrico viro ſuo in Siciliam reuerſa potius diuino nutu, quam naturali virtute grauida facta peperit Federicum Imperatorem in medio plani maioris Eccleſiæ Panormi cunctis admirantibus propter eius prouectam ætatem, *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p.* 5. *q.* 1. *n.* 8. & de hoc meminit etiam *Rebell. vbi ſup. in fin. n.* 8. *Valenz. conſ.* 96. *n.* 16. & ſimilia exempla adducit *Cened. d. collect.* 124. *nu.* 5. Et proprius accedendo ad caſum, de quo in præſenti cauſa erit diſcutiendũ, ſciẽdum eſt quod in Conſtitutionibus S. Ignatij † Loyola fundatoris

So-

Digitized by Google

Societàtis Ieſu in examine *c. 4. ſ. 1. 2. & 3. & 3. p. c. 1. ſ. 7. in declarat. litera G*, quas cõfirmauit Gregorius XIII. in pdicta Bulla aſcẽdente, determinatur & conſtituitur quòd quamuis alij religioſi, vtpote, qui ſollemne paupertatis votum emittunt reddantur incapaces dominij acquirendi, & retinendi, at in prædicta Societate non reddũtur incapaces, niſi qui ſollemni profeſſione, aut ſimplicibus coadiutorũ votis adſtricti ſunt, cæteri autem qui ſola biennij vota emiſere retinent ad tempus dominium bonorum, quæ in ſæculo habebant, aut in quod tãquam neceſſarij hæredes ſucceſſere, at non habent liberam illorum diſpoſitionem, ſed parati eſſe tenentur ad abdicandum ſe bonis illis, quando ſuperiori videbitur, & ex ipſius licentia, & non aliter; nec poſſunt tunc quomodocũq; diſponere, ſed tenentur in pauperes diſponere, vt virum ſpiritualem decet, & hoc pro ſua deuotione eligendo hos, aut illos; & ſi voluerint diſponere in conſanguineos, id fieri debet iudicio vnius, vel duorum, vel trium virorum; qui doctrina, & pietate commendentur, quos vnuſquiſque cum Superioris approbatione elegerit, & eis acquieſcere debent. *Sanch. lib. 7. c. 27. n. 32.* & in Bulla prædicta inter alia adducitur ratio, quare bonorũ ſuorum ius & dominium retinere poſſunt dicitur enim ibi (tùm alias ob iuſtas cauſas, tùm etiam vt maiorem Societas habeat libertatem illos ſi opus fuerit cum minori offenſione dimittendi) *Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 1. c. 3. n. 76. Bart. à Sancto Fauſto alias Pirra in theſaur. relig. lib. 8. de voto paupert. q. 28. n. 3.*

Quibus omnibus ſic præhabitis caſus, qui agitabatur in M. R. C. erat grauis, ſed ex prædictis pendebat deciſio, cũ enim in anno 1614. inter Arias Giardino, & D. Didacum eius filium fuiſſet facta tranſactio, inter alia dictus Arias donationem fecit irreuocabilẽ dicto D. Didaco de baronia, ſiue feudo Gibillinorum, & voluit quòd poſt mortẽ dicti D. Didaci ſuccederet eius primogenitus, & ipſius maſculi in infinitũ, & deficiente maſculo primogenito ſuccedat ſecundogenitus excluſis fẹminis præſente D. Aloyſio filio primogenito D. Didaci.

Qui D. Aloyſius ingreſſus in Religionem Societatis Ieſu elapſo biẽnio emiſit tria vota ſubſtãtialia quidẽ Religionis, Paupertatis, videlicet Caſtitatis, & Obedientiæ, quæ tamen per eorũ cõſtitutiones ſimplicia vocantur, ibiq; ſtetit annos nouem circiter, & dum in Societate prædicta adhuc permaneret D. Didacus eius pater mortuus fuit relicto eius vniuerſali hr̃de D. Mariano eius ſecundogenito; & adita hæreditate patris, D. Aloyſius primogenitus poſt menſes duos circiter à morte D. Didaci cõmunis parentis,

tis, egreſſus à Religione prædi-cta cum abſolutione votorũ ſimplicium iuxta ſtylum, & morem eiuſdem Societatis iudicium inſtituit contra D. Marianum ſecũdogenitum hæredem pro recuperatione dicti feudi, ſiue baroniæ: & hoc exequutiuo modo per viã iniunctionis, & pcepti; aduerſus quã petitionẽ fuit ex parte d. D. Mariani oppoſitũ, tã circa merita quàm ẽt circa modũ procedẽdi.

Et quod attinet ad merita dicebatur quòd vna ſemel quòd in morte D. Didaci patris dictus D. Aloyſius reperiebatur religioſus in dicto feudo nullo modo potuit ſuccedere, ſed vigore dictæ donationis, & ex forma iuris debuit ſuccedere D. Marianus ſecundogenitus, nec egreſſus de religionẽ ius quæſitum dicto ſecundogenito recuperat, omnia enim per religionis ingreſſum deperdidit; Sed multo fortius hæc procedũt in feudo, quia nec perſonaliter ſeruire poterit; nec iuramentum fidelitatis præſtare, ideo clericus

10 † & fortius profeſſus, & religioſus in feudo proprio & recto non ſuccedit, & ſi illud poſſidet per religionis ingreſſum ammittit, & de magis communi teſtatur *Menoch. de arbitr. caſu 23 1. nu. 1. in nouiſſim. addit.* vbi quinquaginta tres enumerat Doctores pro iſta opinione, & pro contraria 17. tantum, & ibi *nu. 4. & 6. declarat c. Imperialem §. firmiter de prohib. feud. alien. per Federic.* quòd poſſit ſeruire per ſubſtitutum, & dat plures reſponſiones quas videre poteſtis, alios adducit *Craſſ. de effect. cleric. effectu 4. n. 2. cum ſeq. & n. 17.* beneuerum quòd ſuccederent clerici, & pro-

11 feſſi † in feudo improprio, pro quo præſtatur ſeruitium reale, vt puta annuus cenſus, *Menoch. vbi ſup. n. 46. & 56. Craſſ. nu. 7 9. & 15. Molin. diſput. 140. verſ. regulam.* Et in profeſſis trium votorum in Societate Ieſu emiſſorum quòd non ſuccedant in feudo, ſi ſeruitium in feudo petitum ſit perſonale, & tale quale non poteſt decenter à religione exhiberi, dixit *Sanch. to. 2. lib. 7. c. 5. n. 36.* cũ ergo in feudo prædicto requiratur ſeruitium perſonale, & iuramentum fidelitatis vtiq; prædictus D. Aloyſius ſuccedere non potuit.

Sed ex parte D. Aloyſij dicebatur obſtare omnia ea, quę in principio ſunt dicta, præſuppoſito enim quòd ij, qui in prædicta Societate Ieſu vota ſimplicia emiſerunt poſſint retinere dominium eorum bonorum; & quòd hoc nõ repugnet ſtatui religioſo iuxta eorum Conſtitutiones approbatas per Sedem Apoſtolicam, vt dictum eſt, vtiq; mortuo D. Didaco ex forma donationis prædictę ius fuit quæſitum ipſi D. Alyſio tamquam primogenito, qui cum exinde fuerit ſolutus à votis prædictis à Superioribus; qui huiuſmodi legitimam habent poteſtatem potuit, & debuit in eum continuari dominiũ pdictæ baroniæ.

Ne-

Digitized by Google

Nequè obſtat quòd Clericus,& fortius religioſus profeſſus non poſſit in feudo ſuccedere, tũ qa ſeruitium perſonale præſtare nõ poteſt,tum quia iuramentum fidelitatis, prout ſolitũ eſt exhibere; Etenim quotieſcunq; quis habitum deſerit,ſiue monachalem, ſiue clericalem ſuccedit, & illud retinet, quia non dicitur habitũ

12 † recepiſſe, qui nõ perſeuerauit, *Aponte dec.4.n.4.5.& 6.Intrigl de feud.cent.2.art. 1.nu.140. Craſſ.de effect.lib.cler.effect.4.n.10.*

13 Item ſi pro feudo† debetur aliquod ſeruitium,quod per ſubſtitutum præſtari poteſt vtiq; clericus non prohibetur, & admittitur ad huiuſmodi feudi ſucceſſionem, *Iſern.Iacob.de Franch. Vinc.de Franch. & alij per Craſſ.d.effect. 4. n.333.* & maximè ſi dominus nõ cõtradicit *Craſſ.vbi ſup.n.66.23 231.* Et vbi ſeruitium poteſt honeſtè præſtari per clericũ, *Craſſ. vbi ſup n.79.Aponte d.dec.4 n.2.*

Sed hoc indubitanter proce-

14 dit, quando clericus† ſtatim mortuo patre, vel agnato clericatum depoſuit, tunc enim admittitur ad feudi ſucceſſionem, *Aponte d. dec.4.n:6.& Craſſ.d.effect.4.n.85* benè *Camill.de Medicis conſ.2.n.114 & ſeq.* vbi loquitur in his terminis de clerico beneficiato, *& licet Thor.in verb.clericus an ſuccedat, to.1.* dicat contrariũ fuiſſe deciſum,attamen adducit *à Ponte d. dec.4.& de poteſt.Proreg.tit.7.§.4 n.7.& ſeq.* qui cõtrarium firmat vt dixi,& refert fuiſſe deciſum.

Et quando qs dicatur diu ſtetiſſe in religione, *Menoch.de arbit. caſ.231.n.40. Craſſ.d.effect.4.nu. 85. in fin.* prout euenerat in caſu propoſito,vt ſup.diximus.

Item quia feudũ hoc erat venditum francum à prædicto ſeruitio, quod ſemper eſt petitum à Marchione Fabariæ, & in contractu venditionis aderat ſeruatio indemnitatis à prædicto ſeruitio, *Intrigl.cent.2.art.1.nu.195. Craſſ. d.effect.4.nu.246.limit.14.* quæ quidem vẽditio fuit per Regiam Curiam approbata, dum ex parte fiſci fuit in ſtatum pro decima ſoluenda,prout fuit condemnatus, Arias Giardino ſoluere, vt in deciſ.236.dicemus,& cũ effectu ſoluta fuit prædicta decima Regię Curiæ.

Præterea erit cõſideranda alia ratio in caſu prędicto,quòd dict' D. Aloyſius poterat inueſtiturã

15 petere † infra annum iuxta formam, *cap.Regni Regis Alfonſi 452. Joannis c.12.* qui annus non ſolũ non erat elapſus,quinimmo ipſe dimiſit habitum religioſum, vt ſupra diximus infra duos menſes,& cum inuenerit feudum occupatum à ſecundo genito non poterat illam habere, niſi præcedẽte prius ſententia M.R.C.quæ poſſeſſionem ei concederet,& ſic tẽpore habili erat iam laicus, & dominus tenebatur eam illi concecedere,nec poterat denegare inueſtituram,dum illam petendo,

nec clericum, nec religioſum inueniret ; ex quo ceſſare videbantur omnes quæſtiones, quæ ſuper his per aduocatos vtriuſq; partis adducta fuerunt.

Quæ omnia etiam comprobari videbãtur ex ſimilibus, quæ in regno ſeruata vidimus in eiſdẽ Societatis Ieſu religioſis, † &
16 Collegijs, vt in feudo Paſſanitelli, quod retinuit ad tempus Collegium Ciuitatis Minei, & illud exinde ſuo commodo vendidit; Item Collegium Ciuitatis Noti eodem modo habuit feudum vocatum Saccolino, & vltimo loco P. Ludouicus Florius Procurator Generalis Collegiorũ huius regni iuramẽtum fidelitatis præſtitit ſub die 4. Februarij 5. Ind. 1612. & ad præſens dictum Collegium eſt Baro prædictæ Baroniæ, ſeu feudi Saccollini, ſeruitiũq; militare præſtat. Idem quoque vidimus ſeruatũ cum P. Vincentio Galletti in Baronia fluminis ſalati, qui cum eſſet primogenitus retinuit baroniam prædictã & de ea cepit poſſeſſionem quã exinde renuntiauit eius fratri ſecundogenito contẽplatione matrimonij per eũ cõtracti cũ domina Camilla Machingi die 26. Octobr. 1599. Et prædicta procedunt in facto, & in praxi ſeruari videmus ex prædictis deciſionibus, ac etiam ex latè traditis per *P. Ludouic. Molin. to. 1. de iuſt. & iur. diſp. 140. col. 2. verſ. regulã Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 41. dubit. 10. n. 84.* qui loquitur etiam poſt profeſſionẽ quod cedat monaſterio modo Francum
17 ſit, ideſt liberum † ab obſequio, vel conceſſum fœminæ, vel cum onere obſequij, quod monaſteriũ præſtare poſſet, vel cum facultate præſtandi per alium. *Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 8. §. quinto quæritur ex Abb. & alijs in cap. in præſentia de probat.* intelligit tunc locum habere, quando ratione feudi miniſterium reale debetur, nimirum pecuniaria penſio, vel alia quæcunq; ſit res, vel qñ perſonale quidem ſeruitiũ debetur, vel tale, quod honeſtè poſſit à monaſterio præſtari per ſe, vel pᷣ alium ſui loco ſubſtitutum, non tamen vt perpetuo apud monaſterium remaneat, ſed tantum ad vitam eius, qui religionem fuerit profeſſus, idem rurſus diſputat *P. Molin. de iuſt. & iur. tom. 3. de maioratib. diſp. 604. & diſput. 623. Rodrigu. de regular. tom. 1. q. 38. art. 3. & tom. 2. q. 62. art. 10. vbi allegat Luc. de Penn. in l. fi. colum. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. & eod. tom. 2. q. 78. art. 12. col. 2. & Thom. Sanch. lib. 7. c. 15. nu. 3. & ſequ.* Ex quibus omnibus auctoritatibus, & rationibus nõ videbatur dictum D. Aloyſium incapacem feudi pᷣdicti, & conſequenter vti primogenitum non eſſe priuãdum eius poſſeſſione.

Quo vero admodum procedendi exequutiuo modo dicebat ex parte D. Mariani nullo modo

eſſe prædicta via procedendum, quandoquidem cum tot,& tanta eſſent diſcutiẽda circa ſucceſſionem in dicto feudo nõ erat liquida actio D. Aloyſij contenta
18 in inſtrumento,† ſed altiorem requirebat indaginẽ,& inſtrumentum offuſcatum remanebat,quo caſu nullo modo exequi debebat ex trad. per *Blanc.dè compromiß.q. 4.Lancellot.de attentat. c.12.limit. 9 n.7.Intrigl.ſing. 36.lib. 3.Giurba deciſ.79.n.26. & nos diximus dec. 5. num.61.*

Inſuper dicta via exequutiua non cõpetit,quia in prædicta donatione dictus Arias Giardina donans dicto Don Didaco donauit feudum prædictum, & poſt eius
19 mortem voluit, quòd † ſuccederet primogenitus,& eo deficiẽte ſecũdogenitus, & ſic deinceps; quo caſu dicuntur diſtinctæ donationes, & ſucceſſiuè fieri, ex trad.per *Menoch.conſ.*1153.*nu.*1. *cum ſeq.* vnde vnuſquiſque venit ex ſua propria vocatione,nec legitur quod D. Didacus donatarius ſe obligauerit reſtituere feu-
20 dum primogenito, ideo† non poteſt D. Aloyſius agere via exequutiua cõtra hæredes D.Didaci donatarij, ſed tantum vigore prædictæ donationis competeret actio reiuẽdicatoria, vel perſonalis iuxta *tex.in l.quoties C.de donat. quæ ſub mod. cum alijs per Peregr. de fideicommiß.art.51.n.19. cum ſequ. Marta vot.49.Vinc.de Franch.dec. 74.cum ſimilib.* & ex forma ritus 101.& 110.non conceditur via exequutiua, niſi inſtrumentum contineat obligationem expreſſam & prçſentem.

Præterea dicebatur dictã viam exequutiuã non competere,quia cum in morte D. Didaci repertus fuerit incapax dictus D.Aloyſius, & ſucceſſerit D. Marianus fuit exequuta donatio mortuo D.Didaco,& ſi D. Aloyſius prçtendit vigore priuilegiorum ſuæ religionis, vel de iure feudorum eſſe capacem,& poſſe ſuccedere, iſte non eſt caſus comprehenſus in donatione, nec de eo fuit co-
21 gitatum,&† caſus omiſſus,& nõ cogitatus exequi non poteſt,nec paratam habet exequutionem, *Bald.conſ.348.n.2.& 3.vol.1.& conſil.190.verſ. & eſt conſiderandũ lib.2.*

Vltimo, quia negari non poterat prædictam cauſam eſſe feu-
22 dalem! in Regno etenim † cauſa feudalis dicitur vbicunque fit cõmemoratio feudi ad intentionẽ fundandam,vel coadiuuandam, vel repellendam ſecundum leges feudorum, prout de communi, & practicata in Regno teſtatur Illuſtr.Regens de Corſetto in *Add.ad conſ.Patris conſ.vltimo,* etiã ſi feudum petatur actione perſonali, *Maſtrill.deciſ.117.lib.2.* In caſu autem prædicto dicebatur ad fundandam intentionem D. Aloyſij, & D. Mariani ad eam repellendam de neceſſitate vnũquéque eorum ad leges feudorũ

Digitized by Google

recurrere debere, vt puta ſi clericus, nouitius, vel profeſſus ſint feudorum capaces; Ideo ſi feudalis cauſa, ceſſat exequutiua; & coram iudicibus feudorum agendum, & non iſto modo exequutiuo per viam præcepti.

Sed ex parte D. Aloyſij dicebatur prædicta nullo modo procedere in caſu iſto, quia hēt D. Aloyſius fundatam intētionem in prædicto contractu donationis factæ per d. Arias Giardino dicto D. Didaco eius filio primogenito, ac etiam ipſius D. Didaci primogenito, qui eſt D. Aloyſius, eodemq; præſente acceptante, & ratificante, ac notario ſtipulante pro omnibus; In qua donatione pro obſeruatione prædicta fuit obligatum, & in ſpecie hypothecatum feudum Gibillinorum, & ſic fuit facta ſtipulatio quod mortuo D. Didaco donatario, qui tunc feudi prædicti nactus fuit poſſeſſionem reſtitueretur feudum D. Aloyſio primogenito etiā donatario in caſu mortis D. Didaci, cui D. Didacus poſſeſſor tenebatur in caſu prædicto reſtituere iuxta ſtipulationem prædictam.

Ex quo ſequitur quòd quan-
23 do † agitur actione perſonali ex contractu ad feudum non agitur coram iudicibus feudi, ſed corā ordinario conuenti, ita *Innoc. in c. cæterum, num. 4. de iudic. Imol. n. 7. Bellam. n. 15. q. 5. Dec. n. 45. & ſeq. Butr. n. 9. Abb. n. 13. Hoſtieſ. & alij per Anch. n. 3. de communi Felin. ibid. nu. 8. & 11. Alex. conſ. 79. n. 5. lib. 1. Curt. iun. de feud. 7. p. ad finem, Pariſ. de Puteo de reintegr. feud. tit. an citatus n. 10. Surd. conſ. 193. nu. 13. & 14. lib. 2. Greg. de iudic. cauſ. feud. q. 1. & 2.* qui dicit tunc cauſam dici feudalem quando agitur ad feudum, *ex l. feudi, Milanenſ. dec. 6. nu. 15. & ſeq. & dec. 217. n. 27.* vſque ad finem vbi refert ita fuiſſe deciſum, *Roſentall. de feud. c. 12. cō cl. 2. n. 3. & ſeq. & concl. 12. n. 105. & ſeq. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 94. n. 82. & 83. Marta de iuriſd. caſ. 89 n. 21. & 22. Craſſ. de effect. cler. effec. 1. n. 744.* Et ſtantibus prædictis ita determinat in pacto de retrouendendo etiā ante capitulū nouiſſimū, *Greg. de iud. cauſ. feud. q. 20 n. 2. & 3.* ſuper qua doctrina, & concluſione exinde fuerunt fundata, *c. nouiſſima Imperatoris Caroli 214. & 256. Muta dec. 70. n. 20* vbi alios adducit.

Non obſtant in contrariū adducta, nam quoad primum quod remaneat inſtrumentum offuſcatum, & requirat altiorem indaginem, cum tot, & tanta veniant diſcutienda ſucceſſionem feudi cōcernentia negatur, etenim attenta ſtipulatione facta pro D. Aloyſio primogenito præſente, eodēque acceptante non erit diſputandum de l. feudi, ſed ipſe habet intentionem fundatam ex cōtractu donationis, & ſi pars replicet quod ipſe erat incapax, quia profeſſus Societ. Ieſu, iſta exceptio

tio requirit altioré indaginem, quia D. Aloyſius replicat non eſſe iam profeſſum, & quod eius ſuperiores ſtantibus Bullis Pontificijs, & auctoritate eis à Sede Apoſtolicâ indulta illum à votis prædictæ religionis abſoluere potuerũt, & quod ipſe D. Aloyſius etiam tunc profeſſus eiuſdem religionis votis ſimplicibus, vt diximus fuerit capax feudi, quæ leges non ſunt feudales, ſed Ponti-
24 ficiæ, ideoq; cum iſta † exceptio non ſit liquida, nec verè fundetur in l. feudorum non poteſt impedire exequutionem cõtractus. *Soc. in l. pecuniam quam ſi cert. pet.*

Vnde dixit *Alex. conſ. 79. n. 1. vol. 1. & Surd. d. conſ. 193. nu. 13. circa med. & Roſentall. de feud. c. 12. concl. 2.* quod quando cauſa non
25 eſt feudalis, † etiã ſi de exceptione concernente feudum, vel legẽ feudi excipiat reus, cauſa non dicetur feudalis, quia in iudicijs eſt inſpicienda actio originaria, ex qua agitur, *Bald. in tit. de feud. prohib. per Feder. §. præterea, n. 5. Giurb. dec. 31. n. 1.* & quia in præſentiarum ex contractu agitur, in quo fuit ſtipulatum pro D. Aloyſio primogenito eo præſente, & acceptante ideo D. Marianus hæres D. Didaci eorum communis patris rectè potuit conueniri per viam præcepti ad reſtitutionem feudi dicto D. Aloyſio primogenito, cui fuerat ſtipulatum, & ipſo acceptante, & non ipſi D. Mariano pro quo nulla aderat ſtipulatio, nec ipſe fuit præſens in prædicta donatione.

26 Et ita eſt intelligendus † Bald. *de feud. tit. de pac. Conſtant. §. ſi qua:* loquitur enim, quando via ordinaria agitur de inueſtitura facta, vel fienda, vel de poſſeſſione ablata, vel turbata, non autem, quando agitur ex ſtipulatione ex contractu, & reus excipit, & ita ipſemet Bald. ſe declarat ſi bene aduertatur *in d. §. præterea de feud. probib. per Feder. Muta dec. 70. nu. 19.* vbi quòd ordinarius eſt Iudex, quando agitur de violentia illata ratione poſſeſſionis feudi.

Et quando cauſa principalis eſt ex cõuentione fundata, licet agatur ad feudum non eſt feuda-
27 lis, nec attenditur niſi actio † principalis, non acceſſoriũ, quod forſan diſputaretur in conſequentiam *Caſſan. conſ. 45. n. 16. Gramm. dec. 103. nu. 148. Craß. de effect. cler. effectu 1. n. 744. Milanenſ. dec. 6. nu. 75. lib. 1. Muta dec. 56. nu. 9. in fi. & dec. 70. n. 10. & ſeq.*

Quo verò ad id quod dicto D. Aloyſio competeret tantum actio reiuendicatoria negatur ſtãtibus prędictis, & ſtipulatione facta, vt diximus, & conuentione facta inter D. Didacum patrem D. Aloyſij, & dictũ Arias eius auum, in donatione enim vocatus non ſolũ fuit, ſed pro eo pręſente, & acceptante, vt dixi ſtipulatum, ideo ceſſant ex aduerſo deducta.

Ad illud vero quod inſtrumẽ-

tum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

tum donationis non loquitur de D. Aloyſio incapaci tãquã profeſſo ex prædictis patet reſponſio, negatur enim fuiſſe incapacem etiam à principio, & ſic inſtrumentum, & ſtipulatio in eo debet verificari, & fortius, quia tempore petitionis, & infra annum petendæ inueſtituræ ipſe D. Aloyſius iam erat laicus, & iniquum videretur, vt primogenitus feudo ſit priuandus, & ſecundogenitus inueſtitus, & Baro.

Ad vltimum quod cauſa prædicta ſit feudalis ex prædictis reſponſio appareret, ſed ad maiorẽ veritatis dilucidationem aduerte

28 quòd † cauſa feudalis illa dicitur vbicunq; ſit commemoratio feudi ad intentionem fundandam coadiuuandam, vel repellendam ſecundum leges feudorum, & in effectu vbi agitur conditione, ex *l. feudi ex Bald. in d. c. 1. de inueſt. in mar. fact. & in c. Imperialem, §. pe. prohib. feud. alien. per Feder. quẽ Petrus de Greg. alleg. de iud. cauſ. feud. q. 1. & ſequitur Milanenſ. dec. 6. per totam, lib. 1.* ad quem ſe remittit Ill. de Corſetto *in Addit. ad conſil. patris d. conſ. vlt. vbi in fine,* ait indubitatum eſſe, quod licet ad feudum agatur, & ſuper corpore ipſius

29 quæſtio † penderet vigore tñ contractus quacunque actione, dummodo de lege feudi non diſcutiatur, cauſa ſemper erit allodialis, & allegat ad materiam, *Roſentall. d. c. 12. concl. 2. lit. A, Hieronym. Leon. dec. 77. nu. 13. & 19. vbi allegat Milanenſ. d. dec. 6.* At in caſu iſto cauſa non pendet à lege feudi, ſed ex ſtipulatione facta in contractu donationis, vt ſupra dixi, nec lex feudi principaliter diſcutitur, ſed an profeſſio votorum ſimplicium in Societate Ieſu faciat huiuſmodi profeſſum inca-

30 pacem, † quod non pendet à legibus feudorum, ſed à conſtitutionibus Summorum Pontificum, & licet perfunctorie etiam fuerit diſcuſſum an clerici, vel monachi ſuccedant in feudis, non eſt hæc intentio fundata actoris, nec eliditur hoc ex parte rei cum legibus feudorum, nam actor, qui petit tempore actionis erat laicus, & replicabat reus tempore profeſſionis fuiſſe incapacem feudi, actor excipit huiuſmodi profeſſionem eum, non feciſſe incapacem ſtantibus Bullis Pontificijs, & ſic nec actio, nec exceptio fundanť in lege feudi, ſed in contractu p̃dicto donationis, & in prędicta ſtipulatione ĩ fauorẽ ipſius D. Aloyſij pręſentis, & acceptantis, & in determinatione Sũmorum Pontificum, eorumq; conſtitutionibus, & Bullis, vnde iure merito potuit procedi per viam præcepti, & non coram iudicibus feudi, ſed iudice ordinario; tanto magis, quia agebatur de mero articulo iuris, & non erat diſcutiendum, niſi an profeſſio prædicta faceret eum incapacem feudi, vel fuerit capax ipſius; quo † caſu procedi poteſt, & debet

bet per viſionem ſcripturarum, ex trad. *per Pet. de Greg. de iudic. cau cauſ. feud. q. 21. & not. per Oct. Corſett. q. forenſ. lib. 2. q. 12. late Muta dec. 99. per totam*, qui tamen non eſt caſus noſter de quo agit: ideo de eo non diſcutio.

Per quæ omnia ita diſcuſſa, & examinata, fuit deciſum in fauorem D. Aloyſij, & ſuper articulo quod non audiatur in dicto modo procedendi fuit interlocutũ,
32 quod † audiatur, & procedatur; & ſuper meritis cauſæ, quod oppoſitiones per d. Marianum præſentatæ reijciãtur præſtito prius per d. Aloyſium de ſeruando indemnem d. Marianum pro debitis per eum forte contractis afficientibus feudum.

Quæ interlocutoriæ fuerunt confirmatæ in Tribunali Conſiſtorij Sacræ Regiæ Conſcientiæ, & p Iudices in cauſa Ill. D. Ioſeph de Neapoli tũc Præſidem Trib. Reg. Patrimonij, & ad pſens meritiſſimũ Regentem in Supremo Conſilio Suæ Catholicæ Maieſtatis, & per Ill. Io. Bapt. de Blaſch. Præſidẽ M.R.C. & per Sp. D. Cataldum Fimia, & D. Antonium Claramonte, quæ ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & D. Marianus exinde ſe direxit pro eius vita militia, licet cum eius proteſtationibus, & reſeruationibus.

SVMMARIVM.

1 *Ratione ſemel reddita amplius peti nõ poteſt.*

2 *Ratio iterum reddenda non erit, ſi interueniat calculatio, abſolutio, & pactum de non contraueniendo.*

3 *Ratio iterum reddenda non eſt, ſi ſolus error interueniat.*

4 *Tutor qui conſequutus fuit liberationem calculatis rationibus, & cum iuramento confirmatam iterum rationem reddere non tenetur.*

5 *Dolus præſumptus non ſufficit ad hoc tutor iterum rationes reddat, ſed requiritur dolus verus.*

6 *Ratio reddita non facta calculatione, etiam quòd fuerit facta remiſſio, & renunciatum cum iuramento exceptioni erroris nihil operatur.*

7 *Dolus excluditur ſi tutor conſignauit computa cũ proteſtatione, quod illa inſpicerent, quia paratus erat rationem fidelem reddere, erroreſque omnes ſi qui adeſſent corrigere, & emendare.*

8 *Læſio ſi conſtat reſpectu calculi non rite facti contractus nõ reſcinditur, ſed ſuppletur id, quod deficit.*

9 *Reſtitutio datur in quantum quis fuerit læſus.*

10 *Error ſi adſit in aliquibus partitis, nõ ideo tota ratio denuo reddenda eſt, ſed tantum partitæ erroneæ reuideri, & retractari debent.*

11 *Tutor regulariter tenetur reddere compotum.*

12 *Tutor tenetur reddere rationes denuo, ſi malè, & illegitimè redditæ fuerint.*

Ra-

13 *Rationes malè compoſitæ, & doloſè redditę ad veram compoſitionem, & veritatem ſunt redducendæ.*

14 *Paria ſunt rationes non fuiſſe redditas ac non benè, & ſufficienter.*

15 *Tutor debet reddere rationes ordinatim de anno in annum cum appoſitione menſis, & diei, tàm in receptis, quàm in expenſis, & non confuſim, & indiſtinctè, aliàs ratio reddita nulla eſt.*

16 *Liber rationum debet cõtinere annum diem, & menſem, alias habetur, ac ſi confectus non eſſet.*

17 *Ratiocinium debet eſſe integrum, & in eo non debent partitæ occultari, nec apponere debet tutor minus, q̃ exegerit, nec apponere expenſas, quas non expendiderit.*

18 *Tutor qui minus expendiderit, partitas introitus occultauerit, vel eas integre in ratiocinio non apponens dicitur in dolo, & in eius vtilitatem conuertiſſe præſumitur.*

10 *Ratiocinium falſum in aliquibus partitis, in alijs falſum præſumitur.*

20 *Tutor qui non confecit inuentarium, vel non confecit librum rationum, ex quo ratiocinium deſumi debet callidè præſumitur conſequutum liberationem. maximè ſi liberatio fuerit facta à minore, muliere, vel ruſtico, nu. 21.*

22 *Renuntiationes factæ etiam cum iuramento in liberatione, quæ legitimè confecta non fuerit nullius ſunt roboris.*

23 *Clauſula appoſita in ratiocinio, quòd ſi aliquæ partitæ appoſitæ apponi non debeant habeantur pro non appoſitis, & habeantur pro appoſitis illæ, quæ apponi debent nihil operatur.*

24 *Clauſula quòd non habeantur pro appoſitis partitæ, quæ apponi nõ debẽt, & partitæ, quæ debent apponi pro pro appoſitis operantur in ſimplici errore alicuius partitæ, non in his, quæ calliditate, verſutia, vel dolo tutoris apponuntur, vel apponi deſinit ipſe tutor.*

25 *Deciſio M.R.C. in fauorem pupillorum, quòd non obſtantibus liberationibus cogatur tutor reddere compotum.*

ARGVMENTVM.

Tutor, qui ſemel computa reddidit an iterum computa reddere teneatur, & quando.

DECISIO CCII.

D. Vita de Ferro, & conſortes ſe direxerũt cõtra Petrum del Nobile earum tutorem, & curatorem, vt illis compotum tutelæ redderet; qui ſe oppoſuit aliàs tẽpore quo nuptias contraxerunt illis computa reddidiſſe, eiquè quietantiã in

in ampliſsima forma per acta publici tabellionis feciſſe.

Dubitatum fuit an tutor ſeu curator, qui ſemel computa reddidit teneatur iterum computa reddere ſequuta ſemel quietatione.

Et primo ex parte tutoris dicebatur nullo modo teneri ad huiuſmodi computa tradendum ex
1 Regula quòd † ratione ſemel reddita amplius peti non poteſt, *l. ſemel C. de appell. publ. lib. 10. Io. Monach. Archid. Io. Andr. & alijs in c. vnico de cler. ægrot. Soc. conſ. 92. n. 10 lib. 4. Dec. conſ. 94. n. 4. lib. 1. Berous conſ. 193. in fi. lib. 2. Pariſ. conſ. 89. n. 2. lib. 1. Menoch. in tract. de arbitr. iud. caſu 209. n. 37. Herichmann. cõſ. 5. n. 2. lib. 1. Rota Genuenſ. dec. 24. n. 1. & dec. 165. n. 2. Felic. de Societ. c. 38. n. 62. Cancer. lib. 3. c. 15. n. 300.*

Quod fortius procedit quan-
2 do interuenit † calculatio, abſolutio, & pactũ de non contraueniendo, *Menoch. d. caſu 209. n. 37. & 38.* non enim prætextu ſolius erroris † rationes iterum ſunt reddendæ, *Bart. in l. 2. in fi. de iure fiſci lib. 10.* quem ſequitur *Soc. d. conſ. 92. n. 4. & Ruin. conſ. 16. in fi. lib. 5. dixi in Addit. ad dec. 22. n. 1.*

4 Et maxime ſi tutor † conſequutus fuerit liberationem calculatis rationibus, & cum iuramento confirmatam, *gloſ. in l. 3. §. 1. verb. liberationem, ff. de contr. & vtil. act. tutel. quam alleg. Caſtrenſ. conſ. 342. aduertendum eſt, in prin. lib. 1. & gloſ.* ait idem procedere in minore ex *auth. ſacramẽta puberum, C. ſi aduerſ. vend.* & illam ſingularem dixit *Tiraquell. de ll. cõnub. poſt l. 3. n. 7. Dec. conſ. 94. nu. 4. & in l. 1. nu. 8. C. de errore calculi.*

5 Nec ſufficit probare † dolum præſumptum, ſed opus erit dolũ verum demonſtrare, *Soc. d. cõſ. 92. & Menoc. vbi ſup. & conſ. 22. n. 17. Honded. conſ. 34. n. 75. li. 2. Theſaur. deciſ. 260. Azeued. l. 22. tit. 6. lib. 3. Recopil. n. 4. Riminald. iun. conſ. 338. n. 15. lib. 3. & conſ. 484. n. 51. lib. 5. Burſat. conſ. 104. num. 16. lib. 1. Thob. Non. conſ. 63. Ceph. conſ. 562. nu. 2. lib. 4. Caualc. de tutor. & cur. n. 205. Marcheſ. p. 2. §. 4. corã Pãphilio n. 2 f. 367. Rota Rom. dec. 184. n. 3. p. 2 in recentioribus per Farinat. Add. ad Gregor. XV. deciſ. 136. nu. 5. & Farin. conſ. 96.*

Et licet *Roland. conſ. 49. per totũ, & Felic. de Societ. d. c. 38. n. 79.* videantur contrarium tenere pluresq; afferant auctoritates, & rationes, tamen intelligendi ſunt,
6 quando non fuit reddita † ratio facta calculatione, & poſtmodum inter partes facta hincinde remiſſio, & renuntiatum cum iuramento exceptioni erroris, prout erat in caſu iſto.

Pro quibus faciunt optimè dicta per *Honded. conſ. 105. n. 33. & ſeq. lib. 1.* vbi quod coniectura excluſiua doli eſt, † quando quis conſignauit computa cum proteſtatione quòd illa inſpicerent, quia paratus erat rationem fidelẽ reddere, erroreſque omnes, ſi qui ad-

eſſent corrigere, & emendare, ex iſta enim declaratione eius bona fides, & volũtas colligitur, omniſq; doli, & fraudis pręſumptio remouetur, *Pariſ. conſ. 169. nu. 52. verſ. ceſſabit & nu. 61. & conſ. 130. n. 21. lib. 4. Paul. de Caſtro in L. quãuis ff. de cond. & demon. & not. Bar. in l. 2. n. 7. C. de iure fiſci, lib. 10.*

Hinc dixit *Honded. conſ. 34. nu.*
8 *81. lib. 2.* quòd † ſi conſtat de læſione reſpectu calculi non ritè facti, & eſſemus in caſu, quo reſtitutio concedi poſſet per hoc cõtractus non reſcinderetur, ſed ſuppleri deberet id, quod deficeret, alleg. tex. *in l. quod ſi minor §. 1. ff. de minor.* ibi non ſemper ea, quæ cum minoribus gerũtur reſcinduntur, ſed ad bonum & æquum ſunt redigendа, & reſtitutio † datur in quã-
9 tum quis eſt læſus, *Gozad. conſ. 44. n. 9. Natta conſ. 343. n. 3. lib. 2. Mugnos de ratiocinijs c. 41. n. 30.* vbi loquendo de ratiocinio tutorũ ait, quod ſi adſint † aliquæ partitæ er-
10 roneæ, non propterea tota ratio denuo reddenda ſit, ſed tantum partitæ erroneæ reuideri, & retractari debent.

Sed ex parte pupillarum dicebatur quod † tutor regulariter te-
11 netur reddere compotum adminiſtrationis tutelæ, *l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. diſtrah. vbi DD.* Et quod † dicitur rationes ſemel redditas amplius reddi non deberi procedit, ſi rationes fuerint benè redditæ, legitimè, & ſufficienter iuxta iuris diſpoſitionem, ſecus, ſi malè, & illegitimè redditæ ſint, *Caſtrenſ. conſ. 342. n. 2. verſ. eſt tamen aduertendum, Roland. conſ. 49. nu. 47. lib. 1. Menoc. de arbit. iud. caſu 209. n. 38. Pariſ. conſ. 89. n. 19.* vbi quod tali caſu iterum veras reddere tenetur, & nu. 31. concludit
13 † rationes malè compoſitas, & doloſè redditas ad veram compoſitionem, & veritatem eſſe reducẽ-
das, *Ruminald. iun. conſ. 338. nu. 40* 1
Cephal. conſ. 678. n. 43. Soc. ſen. conſ. 190. n. 3. lib. 2. Montan. de tutela c. 38. n. 133. & ſeq. Felic. de ſociet. c. 38. n. 79. vbi reddunt rationem, quia † paria ſunt actiones nõ fuiſſe redditas, ac non bene & ſufficienter, *Felic. de ſociet. c. 38. n. 81. & 83. Conuerſ. de tutel. tit. 20. §. 2. n. 45. Galganet. lib. 3. de tutel. q. 59. n. 4. & ſeq.* vbi ſubdit ſatis conſtare nõ eſſe rationem legitimè redditam, ex quo de actuali, & præſenti redditione rationis non cõſtat, non obſtante quod contrarium aſſeratur.

Et vbi adeſt dolus non obſtante iuramento, *Felic. loco cit. nu. 82. & 86. Conuerſ. vbi ſupra, num. 54. & ſeq.*

Et in caſu iſto apparebat quòd
14 † tutor nõ reddiderat rationes ordinatim de anno in annũ cũ appoſitione menſis, & diei tam in receptis, quàm in expẽſis, ſed eas reddidit confuſim, ac indiſtinctè, ex quibus concludens ratio colligi non poterat, ex quo fit, quod habetur, ac ſi rationes redditæ non eſſent, *Paſqual. de uir. patr. poteſt.*

par.

16 *p.3.c.9.n.3.* vbi quòd liber † rationis debet continere annũ menſem, & diem, alias habetur, ac ſi liber confectus non ſit, *Ant. Piag. citatus per Gutier. de tutel. p. 3. c. 1. ſ. 208. n. 31. & ſeq. Gratia diſcep. 567. n. 32. lib. 3. Plotus de in lit. iur. ſ. 5. n. 36. Coſta de iur. & facti ignor. inſpect. 6. Gutier. de iuram. confirm. c. 40. n. 25. Marſil. ſing. 429. Rol. vbi ſup. n. 38. Felic. d. c. 38. n. 23. & 34.*

Item apparebat in facto in prædicto ratiocinio nonnullas pecu-
17 niarum † quantitates exactas occultaſſe, & nonnullas minus quã exegerat apposuiſſe, & nõnullas apposuiſſe in expenſis, quas non expenderat; ex quibus ſequitur rationes iterum reddendas, *Montan. d. c. 38. nu. 140. Sol. d. gl. 3. nu. 6. Farin. d. conſ. 96. Pariſ. conſ. 89. n. 19. Caſtrenſ. conſ. 342. nu. 1. verſ. ſed vti particularius, Socin. ſen. conſ. 109. n. 13. & conſ. 190. n. 2. vol. 2. Cephal. d. conſ. 678. n. 44. Gozad. conſ. 17. n. 12. Coſta de iuris, & fact. ignor. inſpect. 16. num. 21.*

18 Quas quidẽ partitas † de iure pſumit tutorẽ cõuertiſſe in eius vtilitatẽ, & à pupillis ſubripuiſſe doloſè, & animo furãdi, ita *Soc. d. cõſ. 190. n. 74. Rol. vbi ſup. n. 35. Gutier. de iuram. confirm. n. 24. Caſtrenſ. d. cõſ. 342. n. 1. Farin. d. conſ. 96. n. 6.*

19 Ideo cum ratiocinium † in pluribus partitis erroneũ, & falſum fuerit repertũ in reliqs falſum pręſumit̃, Gutier. *de tutel. vbi ſup. n. 37. Eſcobar de ratiocin. c. 40. n. 7. Farin. vbi ſup. n. 15. Gratia diſcep. 563. n. 25*

Non obſtãt cõtraria, quia procedũt quotieſcunq; rationes fuiſſent legitimè, & rationabiliter redditæ, & ſine fraude, & in aliqua partita adeſſet error, tunc iudex non debet irritare quietationes, & liberationes factas maximè cũ iuramento, & vt bonus vir poteſt arbitrari, quòd tutor potuit capere aliquem errorem; ſed quando in tot, vel pluribus partitis error
20 apparet manifeſtus, & tutor † vel non fecit inuentariũ, vel non confecit librum rationũ, ex quo ratiocinium deſumi dẽt, tũc pſumit̃ callide cõſequutũ liberationẽ, &
41 maximè † ſi fuerit facta à minore muliere, vel ruſtico, & tutor fuerit homo expers, & ĩ negotijs verſatus, & ita bene loquitur Eſcobar de *ratioc. c. 41. n. 33. & ſeq. vſq; ad n. 37. ſi mihi 308. & Hond. d. cõſ. 34. n. 82.* qui loquit̃ in trãſactione facta ab adulto de vnico debito.

22 Nec obſtãt iuramẽtum, † & renuntiationes factæ, q̃a pſumuntur dolo extortę ſicut, & ipſa liberatio, Anchar. *conſ. 330. Gutier. de iuram. confirm. c. 40. n. 10. & de tutel. p. 3. c. 2. n. 13. Menoch. d. caſu 209. n. 39. Cacher. dec. 18. n. 32. Mõta. d. c. 38. nu. 133. Farin. d. cõſ. 96. Galga. Felic. Cõuerſa in locis ſup. alleg.* alijq; ab eis & ſupra per me adducti.

Nec ſimiliter poteſt tutor ſe tueri allegando bonam fidem ex illa
23 clauſula † poſita in ratiocinio q; ſi aliquæ partitę non ſint appoſitæ, q̃ apponi debeãt qđ habeãtur p appoſitis &c. nihil enim pdeſt

Digitized by Google

dicta clauſula, qñ de erroribꝰ cõſtat, & dolus tutoris apparet, eſſet enim deſtruere dictas iuris concluſiones, & cum prædicta clauſula non teneretur conficere librũ rationis diſtinctum, & clarum, prout de iure tenetur, ideo potius ex dicta clauſula colligitur verſutia, & dolus contra tutorem, & ita ſi benè conſiderentur loquuntur etiam Honded. *conſ. 109. n. 33. &* *Pariſ. conſ. 169. nu. 52. & 62.* Et
24 dicta clauſula † operaretur tantummodo in ſimplici errore alicuius partitæ, quę ſine verſutia, calliditate, vel dolo apponeretur, vt puta quia in libro confecto iuxta iuris diſpoſitionem per tutorem, in quo fuerunt deſcripta diſtinctè omnes partitæ introitus, & exitus, ſi exinde in ratiocinio à libro deſumpto aliter in aliqua partita fuiſſet deſcriptũ, non tñ cum dolo tutoris, non ppea liberatio euaneſceret; ſed qñ etiam in libro partitæ non fuerunt deſcriptę, & ita etiã fuit præſentatum ratiociniũ, tunc non põt niſi calliditas, & dolus tutoris argui, ideo denuo ſunt reddendæ rationes non obſtantibus liberationibus etiam cum iuramento, & alijs renuntiationibus etiam prægnantiſſimis firmatis, *Menoc. caſu 209. n. 39. Maſcard. concl. 253. n. 15. Galganet. lib. 3. q. 59. n. 8. &* 9. vbi quod conſtito de errore ſit iterũ ratio reddenda, & ita fuiſſe deciſum refert alias in Rota Romana, ideo Iaſ. *conſ. 219. n. 8.* admonet iudices q̃ tali caſu nõ reddãt ſe difficiles in talibꝰ rationibꝰ denuò reddẽdis.

Et nihilominus p M.R.C. † fue
25 runt cũ partibus examinatæ oẽs partitæ, quæ ommiſſę fuerũt à tutore, & non potuit legitimã exonerationem aſſignare in maiori parte illarũ, quæ partitæ erat plures, & maximę quantitatis. Ideo ſub die 4. Maij 1624. fuit p M.R.C. determinatũ q̃ habitis pro reſciſſis actis, quietationũ, ac earũ rationibꝰ declaretᷣ ipſis actoribus nullã obſtare exceptionem, & tutor conuentus condẽnetur & cogatur ad reddendum iuſtum, & legale compotum tutelæ, & curæ per eum adminiſtratæ vna cum reſtitutione reliquorũ iuxta formam iuris: à qua ſententia neſcio quòd fuerit reclamatum.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata de bonis paternis, & maternis, & de toto eo, quod ſuper illis ſibi competeret, amplius petere non poteſt, & actione caret.*

2 *Renuntiatione facta per filiam cæteris ab inteſtato venientibus hæreditas accreſcit.*

3 *Mater non tenetur dotare, ideo in dotatione cenſetur interuenire, vt fideiuſſor.*

4 *Mater quæ contemplatione dotis filiæ conſtituta aliquid ſoluit poteſt cogere maritum actione negotiorũ geſtorum ad reſtituendum ſibi ſoluta.*

Ma-

Digitized by Google

5 *Matris promiſſio facta in dotatione filiæ non præiudicat, quin poſſit petere portionem contingentem ſuper bonis ipſius matris.*
6 *Patris officiũ eſt dotare filias in proprijs bonis, ideo dotãdo de bonis maternis, vel filiæ ei non præiudicat.*
7 *Filius ſuccedit in bonis patris ab inteſtato mortui.*
8 *Filia ad hoc, vt dicatur congruenter dotata ſunt conſideranda bona tempore mortis patris, non autem dotationis.*
9 *Filia licet ſit dotata pro omni, & quocunq; iure, nõ ideo dicitur renuntiaſſe expreſſe hæreditati paternæ, ſeu maternæ.*
10 *Filia quæ non renuntiauit expreſſe conferendo dotes poteſt ſuccedere.*
11 *Renuntiatio debet fieri cum iuramẽto, quod habet uim expreſſi.*
12 *Jus ſucceſſionis, ſubingreſſio, ac repræſentatio habet locum vſq; ad deſcendentes in infinitum.*
13 *Fratre mortuo ab inteſtato ſuccedunt fratres, & ſorores vtrinq; cõiuncta*
14 *Cauſa teſtati, & inteſtati eſt incompatibilis, & vna electa, altera dicitur excluſa.*
15 *Electio ſuccedendi ab inteſtato aperit viam omnibus ab inteſtato ſuccedentibus.*
16 *Legata ſunt ſoluenda etiam ex teſtamento nullo.*
17 *Teſtamentum facit ceſſare ſucceſſionem ab inteſtato.*
18 *Caſus quatuor in quibus aperitur via, & modus ab inteſtato ſuccedendi.*
19 *Hæredes, qui relicto teſtamento velint ab inteſtato ſuccedere tenentur adimplere ea, omnia, quæ in teſtamento continentur.*
20 *Lex ſemper proſpicit, vt voluntas morientis adimpleatur.*
21 *Confeſſio hæredum, quòd teſtamentum ſit nullum, ſi de cõtrario apparet nihil operatur.*
22 *Hæres ſcriptus ſi velit hæreditatem renuntiare ad fauorem vnius non operatur ad fauorem aliorum ab inteſtato venientium: ſecus ſi eſſet mera repudiatio, n. 23.*
24 *Diuiſio hæreditatis operatur quod hæredi[t]as non dicatur repudiata.*
25 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*
26 *Parum & nihil æquiparantur.*
27 *Modicum, ſeu minimum relictum in teſtamento nihil operatur, & debet ſaltim regulari vſque ad quantitatem legitimæ.*
28 *Deciſio cauſæ in M. R. C. in cauſa ſucceſſionis.*

ARGVMENTVM.

Multa in materia ſucceſſionis parentum, & renuntiationum factarum in dotatione, & quando quis in teſtamento inſtitutus poſſit relicto teſtamento ab inteſtato ſuccedere.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO CCIIII.

EX Nicolao Morſo ſeniore, & Margarita
Turano iugalibus nati fuerunt quinq; filij
legitimi,& naturales quatuor mares, & Caterina fœmina, ex qua
orti fuerunt tres filiæ, quarũ filij
actores ſe direxerunt cõtra Nico
laũ Morſo iuniorẽ,& conſort. tãquam poſſidentes bona ad dictos
actores ſpectantia vti repreſentantes Caterinam, quæ debebat
ſuccedere in bonis Nicolai Senioris,tamq; vna ex filijs in eius
quinta portione, & tamq; ſoror
Petri vnius ex filijs dicti Nicolai,
qui ab inteſtato fuerat mortuus.
Et tertiò in portione ei contingente bonorum hæreditariorum
Margaritæ matris dictæ Caterinę
In quà cauſa plures fuerunt conſideratę iuris concluſiones.

Primo quòd cum fuiſſet dicta
Caterina dotationis tempore dó
1 tata† de bonis paternis,& maternis,& de toto eo quòd ſuper illis
ſibi competeret amplius petere
non poterat,& actione carebat,
Roman.conſ.22.n.2 cum ſeq. & ce-
2 teris † ab inteſtato venientibus
hæreditas accreſcere debebat ex
pluribus, *Afflict.dec.* N 1. *Hieron.*
Gabr.conſ.135.n.2. Menoch.conſ.6.
per totum, vbi dicit, quòd accreſcit
in fauorẽ patrui. Vel ſaltim tenebãtur iſti actores dotes receptas
conferre iuxta tex. *in l.pactum dotale vbi Doctores, C.de collat.*

Sed ex parte actorum dicebatur qđ licet Caterina appareret
dotata de bonis paternis, & maternis, tñ non dicitur dotata niſi
de bonis paternis tñ, cùm filia nihil præſumat cõſequuta fuiſſe de
3 bonis maternis, ipſa† enim mater
interuenire præſumitũ pro fideiuſ-
ſore,& non vti principalis; non
enim tenetur dotare, *l.neque mater*
C.de iure dot.l.fin. C.de dot.promiſſ.
Bal.Nouell. de dote par.6. priuil. 60.
Menoch.conſil.169.nũ.54.lib.2.&
de præſump.præſumpt.15.lib.3. Ludou.dec.Peruſ.22.n.8. 2.par. Minſing.obſer.85.nu.6. Surd.conſ.192.
n.2.lib.2. Affl.dec.178. Maſtril.dec.
186.per tot.par.2. Ant.Faber in ſuo
Cod.tit.de dot.promiſſ.defin.7.lib.5.
Fontan.de pact.nupt.clauſ.9.gl.vnica
par.vnica,n.2.& ſeq.to.2.Paſchal.de
patr.pot.p.2.c.6.n.31. Amat.reſol.23
n.10.& ſeq. Giurb.ad Conſuet.Meſſa.
c.3.gl.1.n.10. & gl.3.n.47. vbi ampliat etiã ſi mater patre ſit ditior.

Quinimo ſi mater†cõtẽplatio
4 ne talis dotationis aliqđ ſolueret,
põt cogere maritũ actione negotiorũ geſtorũ ad reſtituendũ ſibi
ſoluta, *Raudenſ.dec.3.n.9.Maſtril.d.*
dec.186.n.9.Paſchal.de patr.pot.d.p.2
c.6.n.31.Giurb.vbi ſup.ad cõſuet.Meſſan.c.3.gl.6.n.1.Amat.d.reſol.23.n.12
& huiuſmodi promiſſio † matris
5 non præiudicat filiæ, quin poſſit
petere portionem cõtingentẽ ſuper bonis maternis, *Bald.Nouel.de*
dot.par.6.priuil.6.Caroc.tract.diuerſ.

tit.

Digitized by Google

tit. de patre filiam ſimpliciter dotante
q. 10. verſ. contrarium eſt verius fol.
31. Maſtrill. d. dec. 186. n. 16. Ete-
6 nim cum patris† officium ſit do-
tare in proprijs bonis non debet
dotare, neque de bonis maternis,
neque de bonis filiæ, & dotando
non præiudicat filiæ, *l. fi. C. de dot.*
promiſſ. text. eſt in l. neque mater C. de
iure dot. Vinc. de Franch. dec. 115. Hon
ded. conſ. 110. nu. 16. lib. . Peregr. de
fideicommiſſ. art. 42. nu. 7. & 8. Ma-
ſtrill. vbi ſup. n. 3. Ant. Faber. titu. de
de dot. promiſſ. lib. 5. defin. 7. Ant. The
ſaur. q. forenſ. 80. n. 1. lib. 4. Amatus
d. reſol. 23. n. 9. & 10.

Fundata ergo videbatur intẽ-
tio ſuper bonis Nicolai ſenioris
patris ab inteſtato mortui; † per
7 tex. *in l. 1. C. de ſuis, & legit. hæredib.*
l. inteſtatus, C. de verb. ſignific. auth.
in ſucceſſione, C. de ſuis & legit. hæ-
red. §. cum filius inſtit. de hæred. quæ
ab inteſt. defer. glo. in l. Lucius la 2. ff.
de hæred inſtit. Couar. in cap. Raynu-
tius §. 3. nu. 2. de teſtam. Lud. Molin.
de primogen. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 1.
Gomes de teſtam par. 1. c. 1. n. 3. Gra-
tian. in diſcept. cap. 438. n. 6. lib. 2.

Nec prædictis obſtabat Cate-
rinam filiam fuiſſe congruenter
dotatam ſuper bonis patris, & cõ-
ſequenter non debere in eius bo-
nis ſuccedere.

Quoniam vltra quod in facto
non ita euidenter apparebat; At-
8 tamen vt filia† dicatur congruẽ
dotata conſideranda ſunt bona,
& quantitas patrimonij paterni
reſpectu temporis mortis ipſius
patris, non autem reſpectu tem-
ris donationis, *l. etiam §. fin. ff. de*
bon. libert. l. cum quæritur C. de inoffi.
teſtam. Alex. conſ. 103. nu. 15. vol. 2.
& conſ. 57. n. 4. vol. 3. Dec. conſ. 16
n. 6. Paul. de Caſt. conſ. 265. n. 1. vol.
1. Gram. dec. 57. Bal. Nouell. in tract.
de dot. p. 6. priuil. 17. nu. 4. Marta de
ſucceſſione legal. p. 1. art. 3. n. 16. & 17
q. 14. n. 16. col. 323. Mantic. de
tacit. & ambigu. conuent. lib. 12. tit.
24. nu. 7. verſ. verum. quod tamẽ
intelligunt, quãdo filia congruen-
ter non dotatur habito reſpectu
ad facultates tempore nuptiarũ,
Mantica vbi ſup. nu. 8. Fontanell. de
pact. dotal. clauſ. 4. glo. vnica n. 18. &
ſeq. par. 1. Amatus d. reſol. 23. nu. 3.
& 5. D. Corſett. in Addit. ad conſ. 16
nu. 19. Gratian. diſcept. 148. num. 9.
& 10.

Non obſtant *Roman. conſ. 22.*
Affl. dec. 161. Gabr. conſ. 135. Menoc.
conſ. 6. vol. 1. cum simil. qui poſſent
allegari: loquuntur enim quando
filia expreſſe hereditati paternæ,
& maternæ renunciauit cum iu-
ramento recipiendo congruam
dotem aſcendentem ad ius legiti-
mæ; quod non erat in caſu iſto;
quia licet fuerit dictum pro om-
9 ni & quocunque iure, † attamen
iſta verba non operantur effectũ
expreſſe renunciationis, & quãdo
10 non eſt facta expreſſa † renuntia-
tio poteſt filia conferendo dotes
receptas retinere, & petere ſuc-
ceſſionem calculatis dotibus cũ
eius quota, & portione, *l. quoniã*
nouella C. de inoffic. teſtam. Ripa in l.
in

in quartam,n. 146.& ſeq.ff.ad l.falcid.Peregr.de fideicommiß art. 36.n. 232. Paul in d.l.in quartam,n. 170 & ſeq. Theſaur.dec. 237.nu.1. Ant. Fab.in ſuo Codic.tit.de inoffi.teſtam. def. 31. Fontanell.de pact.nupt. clauſ. 5.glo.8.1.par.num.12.& 13.tom.2. vbi ita deciſum fuiſſe teſtatur. Et

11 fortius,quia renuntiatio † debet fieri cum iuramento quod habet vim expreſſi, & ſcientiæ eorum, quæ fiunt, *l.ſi quando C.de inoff.teſtam. Peregrin.de fideicomm. art. 36. num.17.*

12 Et iſtud ius ſucceſſionis, † & ſubingreſſio,ac repreſentatio nõ tantum eſt permiſſa vſq; ad pronepotes,ſed vſque ad deſcendentes in infinitum poſt alios *Mart. de ſucceß.legal.p.1.art.4.n.1.& ſeq. & maximè nu.5. Couar. pract. quaſt. c.38.n.5. Molin.de primogen. Hiſpa. lib.3.c.7.num.6. Portules de conſor. & fideicomm.legal.cap.1.nn.50.* licet aliud ſit in tranſuerſalibus, in quibus non datur repræſentatio vltra nepotes, quando cum patruis ſuccedunt, Auth.poſt fratres fratrum, C.de legit.hæred. *Craſſus §.ſucceſſio ab inteſtato, q.21 nu.4. Marta de ſucceß.legal.par.1.q. 23.Portules,vbi ſup.n.80.* Et hæc adducebantur proportione contingente Nicolai Senioris.

Quo vero ad quintam portionem bonorum remanſorum poſt mortem Petri fratris mortui ab inteſtato.dicebatur ex parte actorum fundatam eſſe eius intentio-

13 nem,quia mortuo † fratre ab inteſtato ſine filijs ſuccedũt alij fratres vna cum ſorore vtrinque cõiuncta, *§. igitur defunctus inſtit.de hæred.ab inteſt.venient. Auth.defuncto, C. ad Tertullian.*

Non obſtat quòd dictus Petrus fuerit cum teſtamento mortuus vbi Caterina ſoror non eſt vocata quoniam hæredes voluerunt adire ab inteſtato, & ita ſucceſſione ab inteſtato remanente fuit aperta via omnibus ab inteſtato ſuccedentibus, & conſequenter Caterinæ ſorori, *tot.tit.ff.ſi quis ommiß.cauſa teſtam.* ea ratione,qa

14 cauſa † teſtati, & inteſtati eſt incompatibilis, & de directo contraria, quæ non poteſt ſimul ſtare, & vna ſemel quod vna eſt electa,alia dicitur excluſa, *Alex.cõſ. 121.n.8.lib.1. Aponte conſ.42.n.16 & 17. Boerius dec.33.n.22.* Et in pũto quòd iſto caſu dicatur aper-

15 tat via omnibus ab inteſtato ſuccedentibus allegabatur Crauet. *conſ.24.nu.2.& ſequ.& conſ. 324. per totum, Ariſininus Tepatus in tit. ſi quis ommiſſ.cauſa teſta.fol.mihi 128 1 lib.11.*

Nec his obſtare videbat̃ quòd ſoluta fuiſſent legata relicta in teſtamento, & conſequenter per alios actus factos inter hæredes non fuiſſe renunciatum ſucceſſio

16 ni ex teſtamento, & maximè ad cõmodum Caterinæ ſororis; nã Reſpondebat̃ ex parte actorũ qđ

17 etiam ex teſtamento † nullo ſoluenda ſunt legata, *l.ſi non ſolus,ff.ſi quis ommiſſ. cauſ. teſtam. Crauett. d. conſ.*

Digitized by Google

conſ.324.n.1. & vna ſemel q̃ hæredes declarauerunt inter ſe teſtamentum eſſe nullum fuit aperta via alijs ab inteſtato ſuccedẽtib.

Sed ex parte conuentorum dicebatur nullo modo dictam Caterinam admittendam fore ad huiuſmodi ſucceſſionem ab inteſtato, quandoquidem Petrus eius
17 frater condidit teſtamentum † nõ vitioſum, ſed ex omni ſui parte completum, ideo ſucceſſio ab inteſtato nullo modo locum habere poteſt, *l. quandiu ff. de reg. iur. l. quandiu, ff. de acq. hæred. l. antequam commun. vt de ſucceſſ. Capra cõſ.15. n.1. conſ.20.n.4. conſ.85.nu.1. conſ. 102.n.1. Ioſeph de ruſtic. in l. cũ auus de cond. & demonſtr. lib.3. cap.3.n.17 Decian. reſp.49.n.7. & 8. vol.5.*

Non obſtat quòd hæredes dicti Petri non obſtante eius teſtamento voluerint ab inteſtato ſuccedere; quoniam ſunt conſiderandi quatuor caſus, † videlicet ſi nul-
18 lum fuiſſet factum teſtamentum; ſecũdo ſi factum quidem fuiſſet, ſed quia ab initio vitioſum nullũ redderetᷣ; tertio ſi iure, & rite factum fuiſſet, ſed per natiuitatem poſthumi, aut quid ſimile rumperetur, quarto ſi ritè factum ſit teſtamentum non ipſo iure, ſed per ſententiam teſtamentum ruptũ fuerit, quod accidit per contra tabulas, vel querelam à filio propoſitam, vel quid ſimile; iſtis ſanè caſibus aperitur via, & datur ſucceſſio in hæreditate morientis ab inteſtato, primo caſu quãdo nullum fuit conditum teſtamentum ait *Dec. in l. filiæ dotem, n.3. C. de collat.* ſuccedere teſtatori immediatè, & ſecundũ voluntatẽ eiuſdem teſtatoris, in trib⁹ ſequentib⁹ mediatè ſuccediᷣ teſtatori, q̃a teſtm̃ impugnari, & prius rũpi, & teſtõ rupto abinteſtato ſuccediᷣ, & ſic licet cõtra volũtatem teſtatoris, nihilominus ſucceſſio fit ex diſpoſitione legis, vt ex multis trad. *Ferdi. Vaſq. de ſucceſſ. creat. progr. & reſo. lib.2. §.17. requiſ.27. n.104. & ſeq.*

Sed in caſu iſto ceſſabãt p̃dicta, q̃a d. P. Petrus fuerat mortuus cũ teſtõ nõ ab raſo, nec abolito, nec alio vitio viſibili apparẽte, ſed oĩ iuris ſolẽnitate cõfecto, ideo ſucceſſio ab inteſtato p̃tendi nõ pote-
19 rat; hinc ſequiᷣ q̃ licet hęredes † relicto teſtõ velint abinteſtato ſuccedere; nihilominus teneņᷣ adimplere ea oĩa, quæ in ipſo teſtõ cõtinenᷣ *tot. tit. ff. C. ſi q̃s ommiſſ. cauſ. teſta. ab inteſt. & præſertim Bar. in l.*
20 *fin. ff. ſi q̃s ommiſſ. teſta.* lex † enim ſẽper p̃ſpicit, vt voluntas morientis adimpleaᷣ, q̃cq̃d inde faciant hr̃des ad eorũ præiudiciũ, ſed q̃a
21 iſta cõfeſſio † hr̃dum, q̃ teſtm̃ erat nullum non iuſtificabaᷣ ex actis, nec apparebat, ſed de contrario, ideo venientes ab inteſtato, ad quorum beneficium nõ fuit facta p̃dicta cõfeſſio, nec actus ĩter eos cõfecti operaᷣ, vt alij etiã ſuccedere poſſint p̃ter eorũ intentionem *ad not. p Bar. in l.1. ante n.1. ff. ſi q̃s ommiſſ. cauſ. teſta.* & ita ſi benè cõſidereᷣ intelligendus eſt *tex. in l. ſi nõ ſolus, in prin. ff. ſi q̃s ommiſſ. cauſ. teſt.* vbi *glo.* req̃rit enim ibi factũ hr̃dis

Digitized by Google

ſcripti, vt hr̃dibus abinteſtato acquirat̃ hæreditas,& ita *Bar. apertè intelligit in d.l.fi.n.2.ff.ſi qs ommiſſ. cauſ.teſta.* nã ſi hæres † ſcriptus noſ
22 lit hr̃ditatem repudiare,niſi ad cõ modũ vnius bene põt,ſicut dicimus de repudiatione facta per ſororem,nã oĩbus non prodeſt, ſed tm̃ ei,in cuius in fauorẽ fit renunciatio,& cuius cõtemplatione fuerit facta donatio, *Paul. de Caſt. in l. 1. §. Neratius, ff. ad Trebell. & conſ.*
23 *135.n.3.lib.1.* ſecus † ſi eſſet mera repudiatio, tũc.n. ꝓdeſſet ẽt alijs *ad not. p Seraph. de priuil.iuram.priu. 109.n.4.& 5. Crot.in repet.l.reconiuncti,n.156.cum ſeq. ff.de leg.1. Alex.cõſ.149.n.5.vol.7.Corn.cõſ.272 n.5.vol.3.Ruin.cõſ.170.n.8.& 9. vol.1. & Crauet.conſ.288.n.2.* At in caſu iſto fuit tranſactio inter hæredes ſcriptos,inter quos nõ adecrat Caterina,& fuit inter eos diuiſa hr̃ditas,& bona hr̃ditaria,& cõſequẽter nõ fuerunt p̃dicta bona & hæreditas repudiata, *Paul. ſequitur Greg. Lopez p.6.tit.6.l.18.n.4.&* dixit *Bald in l.pactũ n.13.C.de colla.*
25 ea ratione, q̃a tactus agentiũ non operatur vltra eorũ intentionẽ, *l.vlt. ne vxor p marit. & l.1.§.ſi qs interdicto, & ibi Bar. n.2. de itin.actuq; priu. cũ alijs p Mantic. de tac. & ambig. li.6.tit.11.n.20.li.5.tit.5.n.1.*

Hinc eſt quod *Crauet. d.cõſ.324. & Ariſminus Tepatus*, qui eũ ſequũt nõ bene loquuntur, ſed debent intelligi eo caſu, quo hęres ſcriptus fecerit verã repudiationẽ hr̃ditatis, tunc.n. oẽs ab inteſtato ſuccedentes admittunt̃, ſecus vero ſi ex particulari cõuentione hęredes inter eos conueniãt de hæreditate, & bonis hæreditarijs, etiã q̃d aſſerãt velle ſuccedere non ex teſtõ, ſed ab inteſtato, q̃a hęc conuentio facta inter eos, & ad eorum cõmodum non debet operari vltra eorũ intentionem, & hoc non contradicit voluntati teſtatoris, dum eius legata adimplentur, vt ſup. dixi, & ita ſunt intelligendi, *Pet. de Bellapert. in rubr. C. ſi qs ommiſſ. cauſ. teſta. & Odofr. in l. eũ qui C. eod. tit. & tex. in l hæres C. de impub. & alijs ſubſtit.*

His accedebat q̃ à die aditæ hæreditatis d. Petri erant elapſi anni 66. nec p̃dicta hæreditas à Caterina ſorore fuerat petita, nec ab eiꝰ hęredibꝰ, quo caſu, q̃a agitur non inter deſcendentes, vt ſup. firmauimus, ſed inter collaterales vtiq; prædicta hæreditas, nec ius adeundi tranſmittitur, *ad not. per Surd. conſ. 408. vol. 3.*

Quo verò ad hr̃ditatẽ Margaritę matris d. Caterina fuit inſtituta ĩ veſte lugubri tm̃, q̃ vulgo vocãt in regno (Chiucca) quod reputat̃
26 ac ſi fuiſſet pręterita, parum.n. & nihil ęquiparant̃ *l. quæuis, ff. de cõd. & demõſt. Alex. in l. ſi paternus, n. 36 ff. de hær. inſt. Doctores in auth. præterea C. vnd. vir & vxor. Surd. cõſ. 197 n. 2. lib. 1. & dec. 293. n. 8.*

Et cum huiuſmodi veſtis ſit q̃d minimum non ſufficiens ꝓ iure legitimę ſibi competẽte non dr̃ inſtituta, *Alex. i l. humanitatis, n. 2. C. de impub. & alijs ſubſt. & in l. nã q̃d §. nõ oĩbus, n. 11. ff. ad Trebel. & cõſ. 70. n. 7 & 8. li. 2. Dec. cõſ. 632. n. 6. Neguſ.* in

Digitized by Google

in ſilu.q. 180.n.20.& ſeq.benè Gugl. de Bened.in c. Raynutius ī verbo in cōdē teſtamento relinquens,il 1.nu.17. Couar.ibidem §.1.n.5.& alij. Vnde
27 ſaltim † debet regulari ad quantitatem legitimæ, ex not. *per prædictos,& Alex. conſ.70.n.10. & cōſ. 17.nu.20.lib.3. Neguſant.poſt alios vbi ſup. num.* 24.

Quibus omnibus bene perpēſis,& cōſideratis die 5. Decemb. 8. Ind. 1624. fuit per M.R.C. de-
28 claratum † ſpectare, & pertinere ad ipſos actores totam, & integram portionem omnium,& ſingulorum bonorum hæreditariorum remanentium poſt mortem cōdā Nicolai morſo ſenioris vna cum fructibus à die litis conteſtatę tantum, quàm etiam legitimā dictis actoribus dictis nominib⁹ quibus ſupra competentem ſuper omnibus & ſingulis bonis hæreditarijs remanentibus poſt mortem condā Margaritę Morſo vna cum fructibus à die eius mortis; quo declarato ipſi conuenti condemnentur, & cogantur ad reſtituendum & aſſignandum dictam quintam portionem, & legitimā prædictam vna cum dictis fructibus modo quo ſupra, facta tamen prius collatione omnium & ſingularum dotium receptarum per dictam condā Caterinam Morſo tàm de bonis paternis, quàm maternis vigore eius contractus matrimonialis, quā extra, ita qđ de bonis maternis ſolum legitimam vna cum dictis fructibus conſequantur, ſolutis tamen & factis bonis in fauorem ipſorum conuentorum omnibus, & ſingulis pecuniarū ſūmis legitimè debitis, & ſolutis pro omnibus & quibuſcunque cauſis afficientibus bona prædicta vna cum melioramētis forte factis ſuper bonis prędictis, quorum fructus cedāt pro ipſis conuentis, & hoc pro concurrenti quantitate dictæ portionis,& legitimæ p̄dictæ, ita quòd fructus prędicti pro concurrenti quantitate compenſentur cū creditis prædictis omnibus ex proceſſu, vel extra legitimè liquidatis, vel liquidandis, à reliquis verò abſoluantur, & liberentur, abſoluendo eos etiam ab expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam ad refectionem, vel ad emendum aliquid præfertur alijs creditoribus, ſi pecunia tamē in illam cauſam conuertatur.*

2 *Dos an præferatur creditori habenti priuilegium, l.interdum, vel l.licet, ff. & O qui pot.in pign.& examinatur text.in §. his conſequens auth. de æqual. dot.*

3 *Creditor qui mutuat pecuniam ad refectionem, vel emptionem prædiorum opus habet, vt cōueniat de hypotheca,& obligatione rei,& quòd pecunia conuerſa fuerit in illam cauſam.*

4 *Priuilegia, quæ habet mutuans pecuniam*

niam ad reficiendam, vel emendam aliquam rem ex Bart. doctrina.

5 *Conuentio acquirit ius in pignore, non acquiſitio ipſius rei.*

6 *Dos ſecundum vnam opinionem præfertur mutuanti ad reficiendum, vel emendum aliquod prædium.*

7 *Mutuans pecuniam ad refectionem, ſeu emptionem rei præfertur doti, ſi de expreſſa, & ſpeciali hypotheca ſuper re ſibi prouiderit.*

8 *Petrus Rebuffus vir magnæ auctoritatis.*

9 *Mutuans pecuniam ad refectionem, ſeu emptionem rei, ſi de expreſſa & ſpeciali hypotheca ſibi prauiderit præfertur doti ſecundum tutiorem & æquiorem opinionẽ, & ita fuit deciſum in M.R.C.*

10 *Intertuſuria redditum habent idem priuilegium, quod habet capitale, ſeu ſors.*

11 *Cõtractus cenſualis iuxta formã Bullæ eſt licitus, & omni iure permiſſus.*

ARGVMENTVM.

Dos an præferatur creditori habenti priuilegium, l. interdum, & l. licet ff. & C. qui pot. in pignor. hab.

DECISIO IV.

Dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt, *l. 1. vbi omnes Doctores, ff. ſolut. matr.* ideo dubitatum fuit in cauſis vertentibus in M.R.C. inter D. Annam Montenegro cum D. Aleonora de Afflicto, & D. Ioſeph Lionti cum Antonino Scribani an dos præferatur ei, qui dat pecuniã pro reficiendo, vel emẽdo aliquod prædium, & quid ſi p pecunia data ad hunc effectũ fuerit cõſtitutus annuus cenſus iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragmaticæ.

Et quidem licet *tex. in l. interdũ ff. qui pot. in pignor. & l. licet C. eod.*
1 videantur concedere † prælationem ei, qui mutuat pecuniam ad refectionem, & ſimiliter ei, cuius pecunia prædium comparatum probatur, nihilominus hoc non
2 procedere in dote † ait text. *in §. his conſequens Auth. de æqualit. dot.* Pro quarum legum interpretatione Doctores variè ſcripſerũt, ideo eos adducere volui pro vera determinatione, & veritate cauſæ, *gl. in d. l. interdum, in verb. Item hoc eſt verum* intelligit, niſi prior habeat hypothecam, & priuilegium inter perſonales actiones, vt in dote dicitur & allegat *d. §. his conſequens*, & ſubdit quòd tunc ꝓfertur mulier propter duo ſcilicet propter priuilegium, & propter tempus, alias ideſt iure communi vel niſi hæc duo eſſent pro ea potior

tior

Digitized by Google

tior eſt hic, quam mulier, cum hic priori habenti expreſſam præfeㆍratur, mulier non, *glo. verò in d. l. licet in verb. conuenit*, vbi tex. dat prę lationem ei cuius pecunia prædiũ comparatum probatur, ait quòd ei pignori eſſe ſpecialiter obligatum ſtatim cõuenit, omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur, ait, inquam, gl. prædicta, conuenit ſcilicet contrahentibus, ſecus ſi non conuenit, & ſubdit, licet alij dicãt *ex d. l. licet, & l. interdum*, quòd eo ipſo quod ex mea pecunia comparatur mihi eſt obligata, quod eſt falſum, ſi autem non conuenit inter perſonales actiones habet priuilegium ſecundum lo. licet alij contra, & cum iſta glo. concordat alia in d. §. his conſequens in verb. agrum, vbi eadem glo. in verb. poſterior ait, quod poſterior creditor, qui mutuauit pecuniã ad refectionem, vel emptionem prędiorum non præfertur mulieri, ait gloſ. ſed ſi prior eſſet forte præferretur mulieri, quia quando duo priuilegia concurrunt, qui potior eſt in tempore potior eſt in iure, vt in fiſco, & muliere dicitur, vt *C. de priuileg. fiſci, l. quamuis*.

Ex glo. in prædictis legibus haberi poteſt veritas prædictæ concluſionis, nam preſupponendum eſt pro veritate, quòd ad hoc vt is, qui mutuat pecuniam ad refectionem alicuius prædij, vel emptionẽ ipſius, vt præferatur alijs creditoribus anterioribus neceſſe

3 eſt, † vt conueniat cum eo, cũ quo contrahit de hypotheca, & obligatione rei, quæ reficitur, vel prędij, quod ex eius pecunia emitur, & tunc pręfertur, ſed iſta conuentio non operatur in præiudicium dotis *d. § his conſequens*, niſi expreſſa, & ſpecialis fiat conuentio per mutuãtem, vt ſup. tunc enim iſte mutuans duo habet priuilegia contra dotem, ſcilicet ſpecialem hypothecam & expreſſam, & quod eius pecunia fuerit conuerſa in illam causã, & non fit præiudicium mulieri pro eius dote, q a illa bona empta ſunt, vel refecta non cum pecunijs viri, ſed mutuãtis, qui tunc debet habere potiora iura; & licet text. *in d. § his conſequens*, videatur contradicere, loquitur quando mulier pro dote habet expreſſam, & ſpecialẽ hypothecam anteriorem, quo caſu mulier voluit ſibi proſpicere, & fauore mulierum eis indulgendo voluit Imperator ibi huiuſmodi prælationem concedere, quod non eſt extendendum ad alios caſus, eſſet enim dotibus cum aliena iactura fauere: quod dicendum non eſt.

Sed quidem iſtæ rationes non videntur concludere, quando quidem, *Bart. in d. l. interdum, num. 4.*

4 quærit quotnam priuilegia † habeat ille, qui pecuniam dedit ad rem conſeruandam; & ex prædicta glo. dicit, quod habet tria, primo quod in perſonali alijs præfertur: item quòd habeat tacitũ pignus

gnus, item quia illa tacita præfertur etiam prioribus habentibus expreſſam, & iſta gloſ. dicit ipſe, eſt vera, ſubdit tamen, quod quia iſtud eſt aliquando difficile, ideo dic, quòd quandoq; quis mutuat pecuniam ſimpliciter non exprimendo ad rem emendam, tamen ex ea res emitur, tunc non habet priuilegiũ, neq; in perſonali, neq; in hypothecaria, *l. procurator §. plane, ff. de tribut.* Quandoq; quis mutuat pecuniam ad rem emendam non expreſſo quòd illa res ſit ei obligata, & tunc habet priuilegium in perſonali non in hypothecaria alleg. tex. *in l. quod quis ff. de priuil. cred.* Quandoq; quis mutuat ad rem emendam pacto expreſſo, quod illa res ſit ei obligata, & tunc habet priuilegium in perſonali, & tacitam hypothecã, & prioribus præfertur, *l. licet C. eo.* niſi ſit mulier, quæ præcedit in pignore ex cauſa dotis, vt *auth. de æqual. dot. §. his conſequens*, & ita tenet ibi *gloſ. licet aliter dicat in Auth. quo iure C. eod.* & ita videtur intelligere gl. in l. proxima circa prin. & ita reſidet *Bar. ſed in l. licet eo. tit.* non loquitur de dote expreſſum, adducit tamen concluſionem, & totam vim facit in pacto, & conuentione, ait enim ibi in fine,
5 quòd conuentio eſt illa, quæ acquirit ius in pignore, non acquiſitio ipſius rei, *d. l. ff. de pignor. act.* Vnde debet inſpici conuentio tanquam principalior, nec debet inſpici acquiſitio rei, & ſic circum-

ſcripta conuentione, primus creditor debet præferri in poſtea quęſitis, etiam quod fuerint quæſita pecunia mutuantis, niſi fuiſſet cõuẽtum inter mutuantem, & emẽtem rem cum eius pecunia de ſpeciali hypotheca, ſecundum opinionem Iacobi Butricarij, cuius opinionẽ credit Bartolus, quòd ſit ipſa veritas.

Ex prædicta doctrina Bartoli colligitur quod mutuans pecuniã vel habet inter actiones perſonales potiſſimam cauſam, vel hypothecam tacitam de iure, quia cũ eius pecunia, vel reficitur prædium, vel emitur, huic tamen priuilegio de iure introducto occurrit Imperator *in d. §. his conſequens*, quod mutuans non vtatur huiuſmodi priuilegio ſumma ęquitate introducto in dote, vt videlicet mulier præferatur, & non poſſit mutuans talia priuilegia ei opponere, ait enim ibi Imperator, *infirmitatem nanque muliebris naturæ ſatis nouimus, & quia facile circumuentiones fiunt aduerſus eas, minui autem eis dotes nullo ferimus modo*. Sunt verba text. Vnde ſi agimus in actione perſonali, vel hypothecaria iure introducta ſemper dos erit prefereda, at vbi nulla adeſt circumuentio,
+ ſed mutuans conuenit de ſpeciali hypotheca ſuper re, quæ reficitur, vel emitur cum eius pecunia, quæ vere & cum effectu ſit conuerſa in refectionem, vel emptionẽ illius rei, ſuper qua inter par-

tes

Digitized by Google

tes fuerit conuentum de ſpeciali, & expreſſa hypotheca, tunc prædictæ conuentioni erit ſtandum, & mulier non erit pręferenda, nec prædictus tex. *in d.* §. *his conſequens* loquitur, non enim adeſt circumuentio, nec diminutio dotis, quia ſi agitur de refectione. iuxta *terminos, l. interdùm,* dos periret ſi nõ reficeretur prædium, & ſi in emptione, vt *in d. l. licet* non emitur de pecunijs obligati ad reſciſſionẽ dotium, ſed mutuantis, qui aliter nõ mutuaſſet, niſi illa res fuiſſet ſpecialiter & expreſſe ei obligata, & hypothecata, vt pote qa refecta, vel empta cũ eius pecunijs, quæ aliàs vel perirent ſi non reficerẽtur, vel non emerentur, & Imperator noluit tollere ius conuentum inter partes, ſed tãtum priuilegium de iure introductum, & hoc fauore mulierum, & ibi clare ſubditur in text. *prædicto* §. *his conſequens*, dum mulier habet hoc priuilegium ẽt cum illis, qui militant cum aliorũ pecunijs, ſancit enim quod ſi quis credit aurum occaſione militiæ, ſiue ſtatutum fieri, vel pro alijs q. buſdam talibus cauſis, & expreſſim hoc ſcribatur in inſtrumento, & in hoc fiat pactum, vt caſu prouenięte prior ſit ſolus, qui ad hoc credidit, huic ſolo caſui cedere mulierem, dicit ergo text. vel pro ſimilibus talibus cauſis, quis enim intelliget, quod is qui reficit nauem, vel armandam curauit, ſi expreſſim de hypotheca trãſegit mulier præferatur in dote, & quid p pecunia domus, vbi ſunt repoſitę res ad conſeruationẽ ipſarum iux. doctrinam *Bart. in d. l. interdum n. 2*

Hęc quidem dubiam reddebãt deciſionẽ cauſæ, ideo deuentum fuit ad examinationẽ eorum, quę à Doctoribus ſuper hac materia ſcribentibus adducuntur. Pro parte enim mulieris, & ſic pro dote

6 †adducebatur doctiſs. *Couar. qui latè diſputat ad partes quæſtionem var. reſol. c. 7. n. 2. & 3. lib. 1.* & ibi adducit plures doctores & præſertim, *Affl. dec. 3 0 6.* & plures rationes confirmantes *text. in d.* §. *his conſequens*, idem etiam confirmat, & tenet Gutierez *pract. qu. q. 9 9. per totam, Surd. iun. conſ. 1 0. & maximè n. 1 1. per totum*, vbi reſpondet contrarijs, & iſtam eſſe cõmunẽ pro dote, *idem Morot. conſ. 5 4. n. 8. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 1 1. tit. 2 3. n. 7. & 8. & lib. 1 1. titu. 2 6. n. 17. & ſeq.* vbi reſpondet ad contraria *Mata dec. 6 6. n. 4. 5. & 6. Caſtillo contro. iur. lib. 3. c. 8. n. 2 7. Cancer. var. reſol. reſol. 9. n. 4. tom. 1. tit. de dot. & donatione propter nuptias. Amator Rodriguez p. 1. art. 1. Valenzuela conſ. 5 6. in fi.*

Et prædicti doctores loquuntur etiam quod mutuãtes ad refectionem, vel emptionẽ prędij habeant expreſſam hypothecam, & ita etiã loquitur P. Molina *de iuſtit. & iure tit. de cõtractibus diſput. 4 3 8. col. 5. verſ. eſt vero non parua controuerſia.*

Et pro iſta opinione etiam con ſuluerunt Alciatus *conſil. 2 6. lib. 8. Burſat. conſ. 5 6. n. 1 3. lib. 1. Decian.*

reſp.

reſp. 50.n.4.lib.3.& dixere Aſin.de execut.§.7.c.13. verſ.ſublimitatur Theſaur.q.forenſ.71.nu.3.& 6. in fi. lib. 1.Gomeſ.ad l.50.Taur.n.39.verſ. quarto facit.Flores de Mena var.reſol. lib. 1.q.6.§.3.n.12.& 13.

7 Sed pro mutuante † ad refectionem prædij, vel ipſius emptionem & maximè ſi de expreſſa ſibi hypotheca præuiderit tenuerunt *Neguſ.* qui in materia de pigno.eſt magiſter *de pignor.2.membr. 5.p.n.17. & 18.* vbi quòd doti præferē etiā quòd habeat dos non ſolum tacitam, ſed expreſſam hypothecam: quicquid dixerit *Bar.in d.l. interdū ex gl.in §.his conſequens*, quia cōtrarium dicit de iure verius eſſe ſtante conuentione, & pacto, *iuxta not. in l.vnica, §.vt plenius, C.de rei vxor. act.* & rationibns ibi per eum adductis, quas videre poteris. Idem firmat Bald.Nouell.*de dot.p.10.priuil.1.& præſertim,n.3. Greg.Lopez 5. p.tit.13.l.31.in gl.in verb.el poſtrimero, qui allegat Bald. Nouell.* & tenet hoc ſtante conuentione, videtur enim iuſtū, vt qui ſic credidit etiā anterioribus, & etiam mulieri, & fiſco in iſtis pręferatur *per d.l.licet, C.de pignor.* licet ſecus in tacita hypotheca inducta à lege, vt ibi per eum adnotatur. *Greg.Lopez citat Io. Matienz.lib.5.tit.16.de oblig.& ceſſ. bonor.l.7.glo.5.n.5.* & illum ſequiē *Felicianus de Solis de cenſib.p.1.lib.3. c.5.n.22. & Fontanell.de pact.lib.2. clauſula 7.glo.2.p.9.& præſertim,nu. 18.& ſeq.* & maxime ſtantibus clauſulis in inſtrumentis apponi ſolitis & ſpeciali hypotheca, vbi teſtaē ita bis fuiſſe deciſum nu.33. & ibi Collegium habebat cenſum creatum ex pretio rei venditæ cum ſpeciali hypotheca, & alias etiam in alia cauſa idem reſolutum teſtatur *Cepoll.cautel.124.ad fi.& Rodriquez de ann.redditib.lib.2.q.20. Maſtrill. ad Greg.de cenſib.q.5.n.56.* Sed me-

8 lius omniū *Petrus Rebuff.* † in iudicijs vir magnę auctoritatis *ad cōſt. Gall.in tit.de conſt.reddit.n.26.fol.mihi 406.* vbi ponit cōcluſionem qđ quando quis mutuaret ad rem emendam hoc expreſſo, vt illa res empta ſit ei ſpecialiter pro illa pecunia obligata, tūc iſte creditor in ī illa re præfertur alijs creditorib⁹ habentibus etiā priorem hypothecam, *per l.licet C.qui pot.in pign. & allegat Afflict.d.dec.306.* Subdit non obſtante doctrina *Afflicti* hoc etiā procedere in dote allegat *Cepollam d. cautel.124.* Et dat rationem, qꝛ res iſti eſt affecta, ergo etiam doti anteriori præfertur, allegat *Neguſ. vbi ſup.licet Bar. in d.l.interdum contrarium teneat adhærendo gloſ. in d.§. his conſequens*, cuius opinioni *Rebuffus* non ſe ſubſcribit, ea ratione quia iſte ſua pecunia rem acquiſiuit, ob id niſi ille mutuaſſet, res nō fuiſſet acquiſita, ideo ſibi proſpicere potuit, nec poteſt (vt ipſe ait) dos conqueri, quia illam rem non habebat, antequam is mutuaret quia ſibi mutuauit, & ſibi prouidit, nec eſt quod ſibi imputari debeat.

Vnde Vrſillus ad Affl.*d.dec.306 n.5.*

Digitized by Google

nu. 5. verſ. circa ſecundam concluſionē ponendo quæſtionem ait cogitā ſuper his, & vide *Bald. Nouell. de dot. in 12. p. 12. col. 7. in verſ. tertio quæro, & allegat Neguſant.*

Quibus omnibus per M. R. C.
9 conſideratis tutior, & æquior viſa fuit opinio pro mutuante eius pecuniam pro refectione, vel emptione prædij, dum is de ſpeciali hypotheca ſibi proſpexit, & appareat pecuniam vere conuerſam in illam cauſam, tunc enim nullū fit doti præiudicium, quæ non debet prætendere hypothecam ſuper re, quæ non fuit acquiſita cū pecunijs viri, vel alterius ad dotes reſtitutionem obligati, ſed mutuantis, vt ſup. ad emptionem, vel refectionem rei. & ita fuit determinatū die 25. Februarij 1625 via contrarii Imperii, & confirmata interlocutoria alias lata per eādem M. R. C. quòd ſtent oppoſitiones dictę de Afflicto poſſidētis vigore ſecūdi decreti interpoſiti ex cenſibus decurſis cenſus cōſtituti pro refectione domorū, & aduerſus executionem cauſatā ad inſtantiā d. de Montenegro pro cenſibus bullaribus eius dotis, poſt hæc ſcripta vidi *Anton. de Amato reſol. 3. n. 23. & ſeq.* vbi affert iſtam concluſionem, & facit mentionem de iſtis noſtris deciſionibus.

Nec fuit dubitatum in cauſa prædicta interuſuria dictarū red-
10 dituum† habere idem priuilegiū, quod habet capitale, per tex. *in l. lutius, ff. qui potior. in pign. hab. Barz. dec. 108. n. 5. & ſeq. Maſtril. dec. 119. n. 11. & 14. & ad Greg. de cenſib. q. 6. n. 94. 95. reprobata opinione Cancerij Milan. dec. 8. n. 380. & ſeq. in 1. p. & dec. 9. nu. 68. p. 2. Apont. dec. 93. n. 45. & ſeq. Rebttan. de cēſib. lib. 3. c. 5. n. 17. verſ. pro cuius explicatione tom. 2. fol. 202. vbi nos diximus deciſ.*
11 *17. n. 51. & ſeq. quā ſequitur Io. Bap. Thoro in compēd. dec. Neapol. in verb. prælatio fol. 391. tom. 1. & in verbo ceſſionarius iuris tom. 2. Paſchal. de viribus patr. poteſt. c. 7. nu. 40. & ſeq. & n. 61. & ſeq. p. 2. Giurba ad conſuet. Meſſanenſ. c. 9. gl. 2. n. 48.* vbi de eo qui mutuauit ad refectionem, & *Maſtrill ad Greg. q. 1. n. 56. verſ. ſed q. vbi diſtinguit.* contractus enim
12 † cenſualis iuxta formam bullæ eſt licitus, & omni iure permiſſus, & non vſurarius, immo introductus cum tot priuilegijs Summorum Pontificū, & Regum ad euitandas vſuras. Ideo fuit determinatum modo prædicto, priuilegium enim conceſſum ſorti pro refectione, & emptione prędij intelligitur etiām conceſſum, & interuſuriis reddituum pro huiuſmodi cauſis conſtitutis.

Alia cauſa inter d. Ioſeph Leonti, & Antoninum Scribani non fuit determinata, quia partes inter eos ſe concordarunt, & illam compromiſerunt.

1 *Conuerſio pecuniarum iuxta terminos, l. interdum, ff qui pot. in pign. & l. licet, C. de pign. iuris probationibus, nō autem coniecturis eſt probanda.*

2 *Conuerſio probatur ex pecunia exburzata ad illum effectum, & ex effectu ſubſequuto, & quod prædium, ſeu res indigebat huiuſmodi reparatione.*

3 *Bona Eccleſiæ non obligantur ex mutuo facto Prelato.*

4 *Bona Eccleſiæ ex mutuo facto Prelato concurrentibus tribus obligantur.*

5 *Bona ciuitatis quando obligentur.*

6 *Emptor maioratus non debet eſſe ſollicitus de cōuerſione pretij in aliam rem, ſed ſufficit ſi ea lege contrahat, & pretium ſoluat.*

7 *Eccleſia, Ciuitas, ſeu alius qui indigebat pecunia, ſi illā eo tempore indigentiā habuerit, verſio præſumitur.*

8 *Verſio præſumitur in modica ſumma.*

9 *Verſio præſumitur, ſi reperiatur ſatisfactum illi cauſa cōfeſtim quòd pecunia data fuerit.*

10 *L. interdum, & l. licet non habent locum niſi pro ſumma pecuniarum expenſarum.*

11 *Quantitas mutuata iuxta l. interdum, & l. licet tota debet conuerti in illam cauſam.*

12 *Quātitas non expenſa, pro qua conſtitutus eſt cenſus minuit ipſum cenſum.*

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur conuerſio pecuniarum iuxta l. interdum, & l. licet C. de pignor.

DECISIO V.

IN prædictis cauſis fuit dubitatum quomodo probetur cōuerſio pecuniarum datarum ad cenſum, vel aliter pro refectione, vel emptione prædiorum iuxta terminos *l. interdum ff qui pot. in pign. & l. licet, C. de pignor.* & cui incumbat onus probandi. Et quidem non leuis eſt quæſtio inter doctores etenim ſi per inſtrumenta publica appareret de conuerſione nulla eſſet hæſitatio, ſed ſi per præſumptiones, quę nam illæ ſint dubitari contingit.

Dicebatur enim quod ſi agitur de pecunia exburzata, ſeu mutuata pro refectione domus, vel alterius ædificij debeat probari concludenter quòd † in eam cauſam
1 fuerit conuerſa ex tex. *in d. l. interdum,* ibi, ſi in rem iſtam conſeruandam impenſum eſt, *Rebuff. in conſtit. Gall. tom. 2 tit. de conſtit. reddit. art. 1 gl. 8 n. 29. Amad. Rodrigo de priuil. cred. p. 1 art. 1 nu. 29. Gratian. diſcept. 107. n. 19. lib. 1. Matuaſ conſil. 55 ſub n. 1.* vbi veris probationibus, non autem cōiecturis debet probari. *Ludou. concl. 13. illat. 2. Ceuall. commun. contra commun. 743. num. 13.*

Sed

Sed è contra dicebatur ſuffi-
2 cere probari † quòd domus ſiue prædium indigebat huiuſmodi reparatione, quòd pecunia ad hunc effectum fuerit exburzata, & qd̄ obſtendatur effectus ſubſequutus ſcilicet reparatio domus, vel prædij, ita *Bal. in auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. eccl. n. 23.* vbi dicit, qd̄
3 bona eccleſię † non obligantur ex mutuo facto Prælato, niſi obſtenſo quòd pecunia ſit cõuerſa in vtilitatem Eccleſiæ, & reſoluit, qd̄
4 ſi conſtet de tribus † videlicet Monachos indiguiſſe veſtimentis, itē quod quis mutuauit in iſtam cauſam, item quod Monachi, exinde fuerint reperti veſtiti, dicitur probata conuerſio. Idem tradunt *Doctores in l. ciuitas, ff. ſi cert. pet.* quando ageretur de obligando bona ciuitatis, vel eccleſiæ, vel alterius cuiuſuis rei, vel perſonæ priuile-
5 giatæ, nam docto quod † ciuitas indiget pecunijs pro ſoluēdo creditoribus, docto etiam de mutuo in iſtā cauſam, & tandem obſtenſa ſolutione facta creditoribus ciuitatis præſumitur ſolutionem fuiſſe factam ex pecunijs ad hoc mutuatis, ita poſt *Roman. & alios tradit Iaſ. in d. l. ciuitas, n. 18.* vbi dicit communem, *ff. ſi cer. pet. Sfortia de reſti. in integr. q. 51. nu. 57. Pract. Papienſ. in forma libell. in act. hypoth. n. 10. verſ. ſub eadem* vbi benè loquitur *Dec. conſ. 330. n. 2. poſt Bar. in auth. hoc ius porrectum, & idem Dec. conſ. 36. n. 8. Roman. conſ. 440. poſt Innoc.* & alios vbi teſtatur de communi, *Surd. dec. 156.* vbi loquitur in bonis alienari prohibitis, & ait emptorem non debere probare pretij conuerſionem in illam cauſam, & teſtatur de magis communi quam ibi ſequutus fuit Senatus, *Molin. de hiſp. primogen. lib. 4. c. 4. n. 20. & ſeq.* vbi quod em-
6 ptor † maioratus non debet eſſe ſollicitus de conuerſione pretij in aliam rem, ſed ſat eſt, ſi ea lege cõtrahat & pretium ſoluat, *Caball. cõſ. 141.* vbi multos allegando teſtatur de magis communi, *Giurba dec. 79. n. 29. & dec. 88. n. 15.*

In tãtum quòd ſi tempore acceptæ pecunię is, qui accepit ſiue
7 Eccleſia, † ſiue ciuitas, ſiue alius indigebat pro tali effectu præſumitur verſio, *Menoc. de præſump. lib. 3. præſumpt. 55. n. 5. Bellon. de poteſt. ear. quæ fiunt in continent. c. 1. num. 4. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 8. tit. 15. n. 1. & ſeq.*

8 Idem ſi fuerit † modica ſumma, ea enim præſumitur verſa in illam cauſam, *Menoch. caſu 432. nu. 37. & de præſump. vbi ſup. n. 7.*

Et multo fortius prædicta procedũt ſi confeſtim quod pecunia
9 data fuerit † reperiatur ſatisfactũ illi cauſæ, ob quam pecunia fuit accepta, *Menoc. de arbit. d. caſu 432 n. 38. Bald. conſ. 125. lib. 5. Menoch. d. præſump. 55. nu. 8. lib. 5. Io. Maria Riminald. in l. creditor 25. ff. ſi cert. pet.* vbi allegat *Bar. in d. l. interdum, & in l. ſi ventri,* vbi latè.

Et quidem ſi prędictæ concluſiones benè conſiderentur vtique

verum eſt vtraque opinio, nam verum eſt, & negari nõ poteſt priui
legium dictarum *l. interdum, & l. licet non habere locum*, niſi pecunia
conuertatur in illam cauſam, ſed
hoc probari ex prædictis præſum
ptionibus, & coniecturis videtur
conſentaneum, & æquum, ſed quia
non habent locum dictæ ll. niſi
10 † pro ſumma pecuniarum expen
ſarum in fabrica, vel emptio-
nem prædiorum, & non in alium
vſum, vt dixerunt *Caſtrenſ. & Iaſ. in l. creditori, ff. ſi cert. pet. Addit. ad Bart. litera D, in d. l. interdum Dec. in l. creditor n. 4. verſ. ſecunda regula, Ripa in l. ſi ventri, §. diuus n. 4. de priuil. cred. & in l. 1. ſub n. 6. verſ. tertio declaratur ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrahatur Neguſ. & Rebuff. quos allegat Rodrigu. d. tract. de priuil. cred. p. 1 art. 7. Caroc. de locato par. 7. concl. 49. Caſſan. in Catal. glor. mund. p. 12. conſider. 99. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 23. Miſinger. cent. 1. obſeru. 60. Aſin. de exequut. §. 7. cap. 13.*

Ideo dicendum eſt debere con
11 ſtare † quòd tota illa pecuniarum
quantitas exburzata fuerit neceſ-
ſaria ad refectionem, vel emptio-
nem predij, & quod prædium il-
lud fuerit refectum illico, vel em-
ptum, & quod is qui accepit pe-
cuniam tunc illa verè indigebat,
nec dubitetur de aliqua fraude,
vel ſimulatione tunc enim præ-
ſumetur verè pecuniam conuer-
ſam in illam cauſam; in cauſa ta-
men dictæ Donnæ Annæ de Mon
tenegro cum dicta de Afflicto cõ-
ſtabat de conuerſione per relatio-
nem magiſtrorum fabrorum, &
aliorum, ſolum dubitabatur de
quantitate modica vnciarũ triũ
circiter, quæ non fuit habita in
conſideratione.

Et hic intrat alia quæſtio ma-
ximè in maioratibus, feudis, &
fideicommiſſis an facta alienatio-
ne pro cauſa legitima, ſi adſit ali-
qua quantitas, quæ non fuerit le-
gitima venditio in totum cor-
ruat, & ſic an vtile per inutile vi-
tietur, de qua nos alias latè ſcrip-
ſimus, & in cauſa Baroniæ Aſpri-
montis inferius Deo dante dice-
mus, in iſtis enim cauſis ageba-
tur de cenſu impoſito ex cauſa
refectionis domorum, in quibus
12 ſi aliqua † quantitas non eſſet ex-
penſa minueretur cenſus, ex no-
tat. *latè per Milanenſ. dec. 2. n. 12. & ſeq. lib. 2.*

Et propterea vt dixi fuit de-
terminatum in fauorem dictæ de
Afflicto: nam cauſa dicti de Scri-
bani cum dicto de Leonti fuit cõ
promiſſa primo loco, & exindè
partes ſe concordauerunt.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium competens mulieri circa exactionem dotis, ſiue eius intereſſe competit etiam & filijs.*

2 *Priuilegium dotis non tranſit in hæredem mulieris, niſi ſit filius, vel alius deſcendens.*

3 *Priuilegium dotis contra l. interdum, & l. licet eſt merè perſonale ipſius mulieris.*

4 *Priuilegium dotis contra l. interdum, & l. licet ad filios, & deſcendentes extenditur.*

5 *Maritus conſtante matrimonio in exactione dotis, eiuſque intereſſe habet priuilegia dotis.*

5 *Maritus diſſoluto matrimonio habet priuilegia dotis in exactione illius pro filijs illius matrimonij.*

7 *Priuilegia dotis in eius exactione an competant viro, eiuſq; hæredibus diſſoluto matrimonio, & quid vxori, eiuſque hæredibus remiſſiuè.*

8 *Ceſſionarius dotis, quæ fuit æſtimata reputatur, vt extraneus, & non habet dotis priuilegia.*

9 *Priuilegia dotis competunt ſoli mulieri, cuius fauore fuerunt introducta.*

10 *Priuilegia de quibus in l interdum, & l. licet competunt ſolis mulieribus.*

11 *Vir quando agit ad commoditatem mulieris, vel filiorum habet priuilegia dotis.*

12 *Ceſſionarius habet priuilegia dotis, quando ceſſio eſt ex cauſa neceſſaria, & concernit commoditatē mulieris, eiuſq; filiorum.*

13 *Cenſus annui conſtituuntur pro conſtitutione, & reſtitutione dotium, & bona fideicommiſſo ſubiecta alienantur.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium dotis an competat tantum mulieri, vel ceſſionarijs, & quid contra priuilegium, l. interdum, ff. qui pot. in pign. & l. licet C. de pignor.

DECISIO CCVI.

FVIT etiam dubitatum in prædicta cauſa D. Anne Montenegro cū D. Aleonora de Affli-cto an priuilegium dotis competens mulieri competat viro, filijs, hæredibus, vel ceſſionarijs mulieris, & quid aduerſus prælationem, *l. interdum, & l. licet, ff. & C. qui pot. in pign. hab.* prout erat caſus, de quo agebatur.

1 Et quidem priuilegium† competēs mulieri circa dotis, ſeu eius intereſſe exactionem competit ēt & filijs cū eodem priuilegio prælationis eſt, text. *in Auth.* Vt exa-

ctio ne

ctione inſtante in principio, ibi, Non enim alijs dedimus dudum & damus hoc priuilegium, aut hæredibus, aut creditoribus, niſi ſolis filijs, & *glo. ibi in verb. aut hæredibus*, ait hoc priuilegium in perſonalibus, & hypothecis pro dote, neque extraneis hæredibus mulieris datur per illum text. *& l. 1. C. de priuil. dot.* cum ſit perſonale, nec creditoribus mulieris, ſed filijs ſic, *& l. aſſiduis, §. exceptis, C. qui pot. in pignor. hab.* quod quidem intelligit tex. *in d. auth.* procedere in nepotibus, pronepotibus, & deinceps ſucceſſoribus cuiuſcunque naturæ fuerint, quia vt ait gl. ibidem in verbo naturæ poſſunt filij, vel liberi appellari, *l. liberorum ff. de verb. ſignif. Neguſ. de pignor. 4. membr. 2. p. n. 94. & 95.* vbi communiter hoc à Doctoribus comprobari affirmat *Bald. Nouell. de dot. priuil. 10. n. 26.* vbi ex prædicto tex. quod non habeat † locum in hærede mulieris, niſi ſit filius, vel alius deſcendens, *Menoch. conſ. 40. n. 35. late Barboſ. in l. 1. p. 6. n. 13. & ſeq ff. ſol. matr. vol. 1. Gomes ad l. 50 taur. n. 41. Theſaur. q. forenſ. 5. lib. 1. Amator Rodriguez de concurſ. cred. p. 1. art. 1. nu. 17. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 26. nu. 15. lib. 2. Decian. reſp. 58. in princ. lib. 4. Ignat. del Villar in ſilua reſp. 16. c. 3. nu. 38 & ſeq. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. p. 6 q. 3. n. 18.*

2 (margin, beside "cto tex. quod non habeat † locum")

Sed in terminis caſus de quo agebatur quod non tranſeat hoc

3 priuilegium † prælationis dotis contra, *l. interdum ff. qui pot. in pign. & l. licet, C. eod.* dixit *Barboſ. vbi ſup.* prope prĩcipium, vbi ait, & tenebis menti hoc priuilegium prælationis ſoli mulieri concedi, ita ut tamquam merè perſonale, neque poſſit alteri cedi, neque ad hæredem mulieris tranſire, *§. fuerat inſtit. de action. l. vnica, C. de priuileg. dot. & Iaſ. in d. §. fuerat vbi communem, n. 49. Ripa, & alij per Barb. vbi ſup.* vbi teſtatur de recepta opinione, & ab ea non eſſe recedendum, *Fab. de Anna conſ. 90. nu. 52 Molin. de contract. lib. diſput. 438. n. 3 & 4. Molfeſ. & Villar, vbi ſup.*

Sed expreſſe hoc firmat text. *in §. his conſequens, Auth. de æqual. dot.* vbi hoc priuilegiũ concedit mulieribus propter infirmitatẽ muliebris naturæ, & ad euitandum corporis quæſtum.

4 Quod quidem ad filios, † & deſcendentes extendi congruum eſt, quia dos pro matrimonio contrahendo, ex quo filij nati ſunt fuit conſtituta; & iſta eſt vera ratio ſi benè attendatur.

Ex quibus apparet quod ſoli mulieri, eiuſq; filiis, & deſcendentibus datur huiuſmodi priuilegium prælationis maximè contra *l. interdum & d. l. licet.*

Sed remanet difficultas quid procedat in viro, & quidem con-

5 ſtante matrimonio † quando maritus agit maritali nomine in exactione dotis, ſiue intereſſe ipſius non eſt dubitandum, quin habeat omnia priuilegia doti cõpetẽtia, qui-

quinimo ipſi viro acquiritur a-
ctio ad exigendam dotem cũ om-
nibus eius priuilegijs, cum deſer-
uiat pro onerib' matrimonij ſub-
ſtinẽdis, licet enim videat muta-
ta perſona quoad actionis exerci-
tium, quoad effectum mutata nõ
dicitur, dos etenim ideo cõſtitui-
tur, vt ex ea mulier vna cum viro,
eorumq; filijs alatur eſt tex. *in l. ſi
pater marito, C. de dot. promiſſ. Vinc.
de Franch. dec. 33. n. 1. Menoch. de ar-
bitr. iud. caſu 39. n. 19.* qui alios al-
legant latè *Fontanell. de pact. dotal.
clauſ. 6. gl. 1. n. 4. & ſeq. tom. 2. Paſ-
qual. de vir. patr. poteſt. p. 2. c. 7. n. 67
Rodriguez de ann. reddit. lib. 3. q. 7.
num. 70.*

6 Quod idem procedit in marito
petente dotes diſſoluto matrimo
nio pro filijs illius matrimonii
per ſupradicta.

Sed quid ſoluto matrimonio
per mortem viri an competat a-
7 ctio hæredibus † viri, vel vxori,
eiuſque hæredibus diſputat, *Fon-
tanell. ibidem nu. 12. & ſeq.* & non
erat caſus de quo agebatur, quia
dictus de Montenegro agebat ad
dotis exactionem tamquam ceſ-
ſionarius vxoris, & dotes fuerant
illi conſtitutæ in prætium æſtima
8 tæ, † quo caſu reputabatur, vt ex-
traneus, & fuerat facta emptio, &
venditio, ex *Bal. in l. quoties, C. de
iur. dot. nu. 2. vbi Barbat. ad eum ibi
Cohar. pract. q. c. 28. n. 2. Soc. ſen. cõſ.
17. n. 8. lib. 1. Cephal. conſ. 331. n. 43.
lib. 1. Thob. Non. conſ. 52. nu. 6. Jo.
Franc. de Ponte conſ. 71. nu. 10. ampl.
§. Grallan. dec. March. 12. n. 2. Natta
conſ. 656. vol. 4. cum pluribus alijs.*

Ideo in iſto caſu procedere vi-
debat doctrina *Bald. Nouell. de do-
te p. 10. n. 27.* vbi per *tex. in d. §. fuerat
inſti. de act. & tex. in d. l. aſſiduis*, vbi
cõceditur mulieribus dictum pri
uilegium, & dicit tex. *in d. §. fuerat*,
ibi, præferri autem aliis credito-
9 ribus cenſuimus cum ipſa † mu-
lier de dote ſua experitur, cuius
ſolius prouidentia hoc induxi-
mus, & in terminis, *l. interdum, &
10 l. licet*, † de quo in præſenti cauſa
agebatur dixit expreſſe, text. *in d.
§. his conſequens*, ſed dictum *Bald.
Nouell* & quod ipſe dixit commu
niter teneri non intelligas quan-
11 do vir agit † ad commoditatem
mulieris, vel filiorum, ſed quan-
do agit ad commoditatem tantũ
propriam, quia eſſet deſtruere, &
controuertere iura, & concluſio-
nes prædictas.

Quinimo quãdo cauſa ceſſio-
12 nis eſt neceſſaria, † & concer-
nit commoditatẽ mulieris, eiuſq;
filiorum idem dicendum erit, vt
videlicet ceſſionarius conſequa-
tur omnia priuilegia dotis, ex la-
tè trad. per *Fontanell. clauſ. 7. glo. 3.
p. 8. nu. 20.* vſque ad finem vbi ad-
ducit vtramque opinionem, eo-
rũmq; rationes, & iura, & tandẽ
reſidet in iſta opinione, & dicit
eſſe indubitabilem, licet *Bart. in l.
ſi cum dotem, num. 35. ff. ſolut. matr.*
non audeat reſolutionem dare in
huiuſmodi difficultate; ſed in Re
gno in dies videmus, quod tàm
pro

Digitized by Google

13 pro conſtitutione dotium, quàm etiam pro earum reſtitutione red ditus annui conſtituuntur, quinimo bona fideicommiſſo ſubiecta, & feudalia alienantur cum priuilegio ipſarum dotium, vt latè tradunt *Milanenſ. dec. 8. n. 367. lib. 1. dec. 7. n. 17. & 47. lib. 2. Giurba dec. 24. n. 25. & dec. 31. nu. 3. & 4. Ill. Regens de Corſett. in Addit. patris eiſ. 1. in fine vbi latè.*

Sed in caſu præſenti dictus de Montenegro vir dictæ Annæ erat ceſſionarius, ad commoditatem propriam, tantum, & nullum cõcernebat mulieris, nec filiorum commodum: & agebatur de prælatione contra tex. prędictos *l. interdum, & l. licet*; ideo determinatũ fuit modo p̄dicto, vt diximus.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum eadem eſt diſciplina.*

2 *Regula parium eſt eadem, & habet locum etiam in pœnalibus.*

3 *Sententia non debet eſſe fruſtratoria.*

4 *Litis renuntiatio inuito aduerſario fieri non poteſt, ſi ipſi aduerſario interſit etiam propter ſumptus litis.*

5 *Iudicia habent vim contractus, ideo dicitur, quod in eis quaſi contrahitur.*

6 *Contractus licet ab initio ſint voluntatis, tamen exinde fiunt neceſſitatis.*

7 *Conſanguineus, vel vicinus petens retractũ, in eo tenetur perſiſtere, eius enim periculum eſt, ſi res pereat: contra num. 22.*

8 *L. ſi iudex ff. de minor. declaratur, & num. 22.*

9 *Dilationem obtinens non poteſt ei renuntiare in præiudicium aduerſarij.*

10 *Retrahere volens ad retrahendum tenetur, ſicut emptor ad reuenditionem.*

11 *Venditio aliud eſt, quam promiſſio de vendendo, vel ſententia, quæ obliget ad vendendum.*

12 *Promittens vendere, ſi illum cui facta eſt promiſſio pœniteat emere, ad nihilum tenetur.*

13 *Alienatio non dicitur facta per promiſſionem de vendendo, nec purè, nec conditionaliter.*

14 *Pœnitentia habet locum in contractibus innominatis ex parte eius, qui adhuc non eſt obligatus.*

15 *Sententia claudicat in eius executione, quia is, in cuius fauorem lata eſt, ei renuntiare poteſt.*

16 *Dominium, & poſſeſſio non poteſt ex ſola ſententia abdicari, ſed requiritur traditio.*

17 *Retrahere volens, ſi pœniteat tenetur ad damna, intereſſe, & expenſas.*

18 *Ius prothomiſeos eſt ius ſpeciale, quod non competit de iure communi.*

19 *Æqualitas ſeruanda non eſt in his, quæ iure ſpeciali competunt, vti ius prothomiſeos.*

20 *Retrahere volens poteſt pœnitere, tàm ante, quàm poſt ſententiam.*

21 *Alienatum non dicitur quod adhuc remanet in dominio venditoris.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Retrahere volens an poſt ſententiam latam poſſit pœnitere.

DECISIO CCVII.

FVIT controuerſum inter Franciſcum Fontana cum venerabili Monaſterio Sãcti Spiritus an vicinus poſt latam ſentẽtiam ſuper retractu in eius fauorẽ potuerit pęnitere, ſuper qua quidem quæſtione fuerunt adductæ plures rationes, & auctoritates pro vtraque parte, quas breuiter adducere volui pro deciſione cauſæ, & veritatis indagine.

Pro parte negatiua quòd ſcilicet vicinus, vel conſanguineus non poſſit pœnitere. dicebatur. Primò ſicut ipſe emptor ex vi, & vtilitate conſuetudinis Panormitanę, & conſtitutionis ſancimus, ac etiam vigore ſentẽtiæ tenetur & compelli poteſt reuendere proximiori, & vicino, ita etiam vicinus & conſanguineus compellendi ſunt ad rem recipiendam, cũ correlatiuè ſe habeant † quorum eadem eſt diſciplina, *l. ſi cum dies §. pen ff. de arbitr.* & regula parium eſt eadem *Bald. in l. cum te, C. ſi cert. pet. vbi allegat l. Iulianus, §. ſi procurator, ff. de actio. empt. & vẽd.* quæ quidem regula etiam † in pœnalibus locum habet, alias ſententia † eſſet fruſtratoria, & illuſoria, quod eſſe non debet, *l. ſi prætor, ff. de iudic. & l. moris, ff. de pœn.*

Secundò non poteſt quis re-
4 nũciare liti † inuito aduerſario, ſi ipſius aduerſarij intereſt, vel propter fructus, vel propter ſumptus litis, *gl. in l. vtique circa med.* ibi, itẽ quid ſi actor, quam ſingularem dixerunt *Bart. & Ang. ff. de reiuend. & ſic ſecundum Ang. limitatur l. poſtquam liti, C. de pact.* quòd intelligatur aduerſario conſentiente, vel quòd ſua non interſit, *& Iaſ. in d. l. poſtquam liti latè firmat in 3. limit.* Vnde ſi appellationi quis adhæreat non poteſt principalis appellationi renuntiare, vel alio modo deſiſtere, & non poteſt præiudicare ei, qui appellationi adhęſit, *Surd. dec. 143. n. 2. & ſeq. Giurba dec. 30. n. 24. Muta dec. 55. nu. 19.* Immo ſi clericus actor reconuenitur coram laico ſi poſt petitam reconuentionem liti cędat ſuæ actioni, non ideo euitabit iudiciũ reconuentionis, *Afflict. dec. 173. n. 3. Menoch. de arb. q. 44. Franc. dec. 349. n. 2.*

5 Tertiò, quia in iudicijs † quaſi contrahitur *l. 3. §. idem ſcribit, ff. de*
6 *pecul.* & licet contractus † ab initio ſint voluntatis, tamen conſumati fiunt neceſſitatis, *l. ſicut C. de action. & oblig. & l. in cõmodato, §. ſicut*

F

cut ff. commod. cum ſimil. quæ iura licet loquantur in contractibus, idem eſt in quaſi contractibus, cũ quaſi contractus dicantur cõtractus, *l. interdum, §. vltimo, ff de iud. & l ſed & cum aliquis, ff. de neg. geſt.* Igitur qui litem proſequutus & conteſtatus eſt, & qui deniq; ſententiam impetrauit non poteſt libere abire, quin remaneat obligatus.

Quartò ſi res quæ per retractũ petitur interim perierit, tenebi-
7 tur tamen conſanguineus, vel vicinus perſiſtere in ſuo retractu, ipſius enim eſt periculum, ita per tex. *in l. id quod poſt, vt l. ſi vendita ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. quod ſæpe §. in his quæ ff de contrah. empt. dixit Ferron in comment. conſuetud. Burdugalenſ. in tit. de retract. & ei quem allegat Tiraq.* infra adducendus; & ſi hoc verum eſt, vt etiam ante ſententiam, & re perempta conſanguineus, vel vicinus teneatur emere, quid dicendum poſt ſententiam, & re ipſa ſalua, & integra.

Nec prædictis obſtat tex. *in l. ſi*
8 *index ff de minor.* vbi quòd ſi minor nolit vti ſententia reſtitutionis in integrum, quam is obtinuit, exceptionem vtilem aduerſus petentem pretium quaſi ex cauſa iudicati habere poterit, ea ratione, quia vnicuique licet contemnere ea, quæ pro ſe introducta ſunt, vbi *Bal.* aſſerit in omnibus his, quæ ſunt quæſita iure quopiam ſingulari, ſiue extraordinario, ac ſpeciali, non inquam obſtat prædictus text. quia in eo ſpeciale eſt fauore minorum, & reſtitutio in integrum propriè nõ dicitur ſententia condemnatoria nec ex ea oritur actio in factum.

Hinc *Bal. in l. ſi arrogator in fi ff. de adopt.* dicit quòd qui dilationem obtinuit non poteſt ei renuntiare in præiudicium aduerſarij, quia tunc propter æqualitatem ſeruandam dilatio communis facta eſt beneficio legis, quod quidem beneficium non eſt in poteſtate eius, qui dilationem impetrauit, quia in pari iure non poteſt vnus alteri præiudicare, *§. ſi poſt mortem, ff. vlt. ff. de bon. poſſ. contra tab.*

Et ita per prædictas rationes dicit fuiſſe deciſum *Boer. dec. 48.* licet ipſe videatur in contrariam inclinare opinionem; prædictam *Boerij deciſionem ſequitur Pappon. lib. 11. tit. 7. Arreſto 7.* licet ipſe nõ alleget *Boer. ſed Addit. & allegat aliud Arreſtum Pariſ. in anno 1576. & Papponius.* mouetur ea ratione,
10 quoniam vt † emptor præciſe reuendere tenetur, *glo. in § pretium in verb. tradatur inſtitu. de rerum diuiſ.* ita retrahens ex natura correlatiuorũ ad retrahendum tenetur *arg. l. ſi cum dies §. penult. ff. de recept. arb. & regula parium iuncta l. Julianus, §. ſi quæratur ff. de act. empt. & vend. Amendula in additi. ad Vinc. de Franch. dec. 346. ſequi videtur deciſionem Boerij, & refert Papponium, vbi ſup. Muta ſuper conſuet. Pan. 28 n. 17. vſque ad n. 21.* ponit quæ-

ſtionem

Digitized by Google

ſtionem, & ſequitur dictam *Berij deciſionem. Anſmin. Tepat. rubr. de iure conſang. volum. 2. verſ. Vicinus*, qui petijt, idem firmat *Bertachin. in verbo pænitentia, verſ. 23.*

Ad confirmandum prædicta allegabatur etiam *Caualc. dec. 1. n. 16. & Gratian. diſcept. 572. nu. 26. vol. 3.* qui loquuntur inter actorem & reum, ſi detur pœnitentia, & an teneantur proſequi iudicium ceptum, & per *Caualc. allegatur prædicta deciſio Berij*.

Sed cõtraria opinio, quòd immo liceat retrahere volenti, tàm ante, q̃ poſt ſentẽtiã penitere pluribus rationibus, & fundamentis ex parte dicti de Fontana turbat.

11 Primo, quia aliud eſt de facto vendere, † aliud teneri ex promiſſione, vel ſtipulatione, aut per ſententiam alicui vendere, *l. 1. C. de pact. pignor. vbi Iacob. de Butrio,* infert ad gabellarios, & facit text. *in l. quod ſæpe § ſi quis amico, ff. de cõtrah. empt.* vbi mandatum de vendendo non eſt vẽdere, & illud reuocare poteſt, vt tenet *glo. vlt. in l. 1. quemadmodum ibi ſequuntur. ff. eod. tit.* & plura ſimilia adducit ad propoſitum *Boer. dict. dec. 48. n. 2. & ſequ.*

12 Secundò, ſi quis promiſit vendere, illum cui facta eſt promiſſio ſi aliquid nomine pretij ſoluit pro venditione futura poteſt pœnitere, & nõ emere & repetere quod datum eſt, ſi non ſtetit per promiſſorem quominus vendat *Paul. de Caſtro pater veritatis in l. in bonæ fidei, ff. de eo quod cert. loc.* nec obſtat quod vẽditor & emptor correlatiuè ſe habeant, quia hoc verum eſt in vera & perfecta venditione non autem in pacto de vendendo, ideo dicit *Bar. in l. fi. de indict. vidui. tollend.* quod ſi emptor liberauerit vẽditorem, ſtatim intelligitur emptor liberatus à venditore, quia per promiſſionem

13 † de vendendo non dicitur facta aliqua alienatio rei, nec purè nec conditionaliter, Alex. *conſ. 168. incip. veris. bis lib. 6. & conſ. 76. verſ. circa tertiam dubitationẽ, vol. 5. n. 16 & in addit. ad Bart. in l. Iulianus §. offerri in tertia apoſtill. incip. de fundo dotali, ff. de act. empt.*

14 Tertiò in contractibus innominatis habet locum † pœnitentia ex parte eius, qui non eſt adhuc obligatus, licet alter obligatus ſit, quia ſibi eſt adimpletus contractus, ideo licet offeratur, per condemnatum, vel promiſſorem tradere, & adimplere ex parte ſua, nõ propterea habetur pro perfecta cum ab eadem is cui facta eſt poſſit, vt dictum eſt reſilire, quia quod eius fauore factum eſt, non debet in eius odium retorqueri, *l. quod fauore, C. de legib.* Et prædicta confirmantur, ex text. *in l. ſi iudex circumuento, & ibi per Doctores, ff. de minor.* quę non eſt alibi ſecundũ *Bald.* quia ſecundum eã

15 ſententia claudicat quantum ad eius executionẽ, cum is in cuius fauorem lata ſit poſſit ei renunciare. Inſuper facit quia ſententiæ in fauorem libertatis latæ re-

nuntiari poteſt, *l. in ſeruitutem, §. ſi petierit, ff. de bon. libertor. Lud. Rom. conſ. 367. verſ. quoad ſecundum n. 3.*

Quarto ſententia condemnat emptorem ad aſſignandum, & tradendum rem emptam conſanguineo, vel vicino ſoluto prętio, & expenſis, quæ dum non ſunt ſoluta ſtat in arbitrio retrahentis an velit ſoluere, nondum enim contractus, nec ſententia dicitur perfecta, & eſt conditio, quę pendet ab eius mera voluntate, quia poteſt eam non implere, & ſic non perficitur venditio, *Paul de Caſtro conſ. 93. incip.* in cauſa, quæ vertitur coram nobili viro, *nu. 4. vol. 2.* vbi reſpondet ad, *l. labeo ſcribit, ff. de contrah. empt.* Ratio eſt, quia emptor habet eius dominiũ, & poſſeſſionem rei emptę translatum in eum per venditorem, quod q. dem dominium, & poſſeſſio, non
16 poteſt ab eo abdicari ex ſola ſententia, ſed requiritur traditio, ſola. n. ſententia non transfert, nec dominiũ, nec poſſeſſioně. *Gurba dec. 64. n 8. & 6. q alios adducit.*

Vnde ſequitur quòd retrahẽs non habet actionem aliquam ad cogendum emptorem pro re empta, cuius ipſe habet eius dominium & poſſeſſionem, ſolum ha-
17 bet actionem ad petendum damna intereſſe, & expenſas erogatã in lite, quæ omnia ſine dubio deberi emptori à retrahere volente, quem pęnituit non eſt dubitandum, vt firmat idem *Boer. d. deciſ. 48. n. 12. & n. 24. circa finem.* Ideo nil mirum ſi regula correlatiuorũ & aliæ ſimiles non procedunt in caſu iſto, quia nõ eſt par ratio retrahere volentis, & emptoris.

18 Quintò iſtud ius prothomiſeos competens vicino, ſeu conſanguineo eſt ius ſpeciale tum ex forma conſuetudinis Panor. vel conſtitutionis ſancimus, non autem de iure communi, & tunc in iudicijs eſt ſeruanda æqualitas, quando agitur de re ſeu actione competente de iure communi, non autem de iure ſpeciali, quod datur ſingulari fauore illius, pro quo priuilegium eſt introductũ. Et ita per iſtas rationes concludit, *Boer. d. dec. 48.* qui iſtam opinionem firmauit, & ipſe ait *n. 24. verſ. & iſta vltima pars videtur mihi de iure verior*: eamdem opinionem addductis argumentis pro & contra tenuit *Tiraqu. de retract. lignag. ad finem titu. n. 28. in fine*, vbi ait, conſanguineum cui ius retrahendi competit ex beneficio ſingulari extraordinario, & ſpeciali poſſe huic iuri etiam poſt ſententiam renuntiare, vel inuito emptore; credit tamen eum eſſe condemnandum in expenſis litis; & miror quomodo fuerit allegatus in contrarium cum ipſe tam clare & reſolute loquatur, & licet exinde n. 29. 30. & 31. adducat aliqua argumenta, quæ in contrarium poſſent adduci illa reſoluit, & ſic reſidet in prædicta opinione, & hoc nullo modo tergiuerſari poteſt, idem firmat, & reſoluit alle-

Digitized by Google

allegando *Boer.* & *Tiraqu. Doctiſs. Vinc. de Franch dec. 346. per totum.* vbi tenet hoc procedere † quod
19 retrahens, videlicet poſſit pęnitere, tàm ante quàm poſt ſententiã, licet in caſu illo ſententia non pręceſſerat, quem ſequitur & alios allegat, *Rouit. ſuper Pragm. regn. Neapolit. q. fin. n. 13.* & *16.* & prædictam opinionem ſequitur *Viſcont. in addit. ad dictam deciſionem Vinc. de Franch. dec. 346. qui allegat Benedell. in tract. de iure congrui in rubr. n. 65.* & *Rendell. in quæſtione ſancimus* §. *voluerit alienare fol. mihi 36. n. 2.* vbi loquitur in vicino; & ponit quæſtionem, & ait quod ex dicta quæſtione nemo compellitur ad vendendum, aut aliter contrahẽdum, niſi ipſe alienare voluerit, *l. nec emere, C. de iure delib.* Eſt bene verum, quòd cũ decreuerit quis effectiuè rem, quam habet immobilem in alium transferre, vicini præferuntur; qui nec etiam ipſi inuiti ad id tenentur, *l. inuitum, C. de contrahend. empt.*

Simili modo ait ex *Bellapert intelligi tex. in l. qui Romæ* §. *coheredes, ff. de verb. oblig.* inquit enim intelligi, ſi ipſi emere velint allegat *Cephal. conſ. 423. nu. 56.* & *ſeq. vol. 3.* Et eo uſque ex voluntate dependet, vt interdum poſt abſolutum contractum liceat pęnitere in pręiudicium vicinorum, prout ipſe declarat latius *in* §. *ſcriptum eſt autẽ in verſ. in venditione* & *ſubdit, n. 2. d. fol. 36.* Et è contrario vicinis, qui contra extraneos emptores in iudicio obtinuerunt ex hoc iure licet nolle vti ſententia allegat *Boer. d. dec. 48.* & *Vinc. de Frãch. d. dec. 346.* Et ratio eſt, quam ponit & latè diſcutit *in d.* §. *ſcriptum eſt autem ver. in venditione fol. mihi 305.* & *maximè n. 13.* quia alie-
21 natum † non dicitur quod adhuc in dominio venditoris remanſerit antequam res traderetur allegat *Tiraq. de retract. conuent.* §. *2. glo. vnic. n. 9. Doctores in l traditionibus C. de pact. l. alienatum, ff. verb.* & *rerum ſign.* & *idem firmat Rendell. in* §. *in primis, nu. 16,* & *17. verſ iuſtum pretium fol. mihi 132* quem locum allegauit tantum aduocatus, vbi non tam exacte tangit quæſtionem, ſed allegat *Boerium,* & *Vincentium de Franch. pro iſta opinione. Riccius collect. 6. lib 1.* allegat tantum *Vincent. de Franch.* & *ſicco pede pertranſit,* & *collect. 924. lib. 4.* ait, qđ quando vicinus petit ius congrui poteſt pœnitere, & recedere à ſua petitione allegat *Vinc. de Franch. vbi ſup.* Quamuis (ait ipſe) contrarium referat deciſum quod ſcilicet non poſſit pœnitere, *Pappon. lib. 11. tit. 7. arreſt. 9. Boerius dec. 48.* & ſic etiam videtur, quòd colligendo doctores loquatur, & per tranſennam, *Jo. Bapt. Thoro in compend. dec. verb. vicinus f. 527.* & *ſequitur Vincẽt. de Franch. Benedell.* & *Riccium.*

Non obſtant argumenta in cõtrarium adducta, quia regula correlatiuorum, & parium nõ habet locum in caſu iſto, quo iſtud priuile-

uilegium datur vicino,& conſanguineo eius fauore,& nõ in odiũ, & ſic licet à retractu ipſi recedere, dum non ſoluit pretium,& res illi cum effectu non fuerit tradita, vt ex præcitatis auctoritatibus & præſertim *Tiraq. vbi ſup. n. 27. in fine, Boerius deciſ. 48. n. 24. cum alijs vt ſup. allegatis.*

Ad ſecundum quod quis non poteſt liti renuntiare inuito aduerſario iam ex prædictis patet reſponſio, procedit enim in his, quæ de iure communi procedunt & non his, quæ de iure ſpeciali,& fauore alicuius tantũ, is enim poteſt renuntiare iuri ſuo etiam inuito aduerſario, cui nullum ius ſit deterius ex petitione retractus petita, ſed tantum in expenſis,& damnis, quas retrahere volens, ſi pœniteat tenetur integrè ſoluere.

Ad tertium quod in iudicijs quaſi contrahitur, verum eſt, ſed contractus, qui reſultat ex petitione, & ſententia lata ſuper retractu non eſt perfectus, niſi retrahere volens ſoluat prætium, & expenſis, & ſic non facta ſolutione prædicta non dicitur quaſi cõtraxiſſe, ideo poteſt pœnitere, quia emptori, à cuius poſſe retractus fieri debet nulla fit iniuria, dum illi ſoluuntur damna, & intereſſe.

22 Ad quartum quod facta petitione retractus periculum ſpectet ad retrahere volentem non eſt verum, quia dum venditio non eſt facta, & ſolutum pretium à retrahere volente,& res tradita periculum eſt emptoris, & ita in ſpecie reprobando Ferronum, qui contrarium dixit determinat *Tiraqu.*

23 *vbi ſup. n. 31. tex. verò in l. ſi † iudex ff. de minor.* licet vt apparet loquatur in minoribus, procedit ta-

15 men vt dixit *Bald.* in omnibus his quæ ſunt quæſita iure quopiam ſingulari, ſiue extraordinario, ac ſpeciali,& ita intelligit *Tiraquell. vbi ſup. n. 24. n. 27. in fine, & n. 28. Vincent. de Franch. & alij per me ſupra adducti.*

Ex quibus ſi bene aduertatur iſta ſecunda opinio eſt de iure verior, & tenenda, quicquid alij dixerint.

Sed in caſu iſto erat hoc magis indubitatum, quia dictus de Fonſano petebat id, quod ei debebatur ex contractu venditionis initorum monaſterio, & ipſe venditor non litigauerat, nec ad eum ſpectabat litis euentus, ſed ad monaſterium emptorem, à quo retractus fuerat petitus, ita tantum quod dum monaſterium poſſidet, nec ab eo eſt ablata res vendita non poterat recuſare ſolutionem, ad quam tenebatur ex contractu, & ipſum monaſteriũ, ſi aliquod ius forte haberet debebat cogere retrahere volentem, vt teneretur ſtare ſententiæ quod dum non facit retinendo poſſeſſioné rei venditæ tenetur ſoluere id, ad quod ſe obligauit.

Nec prouiſio facta quod poſſit monaſterium exigere abſq; præiudi-

iudicio quicquam facit, quia vẽditori nõ nocet, qui iudicium retractus non poteſt prohibere, & ipſe emptor, ſeu monaſterium tenebatur proſequi, & finire litem cum retrahere volente, quod cum non fecerit ſibi erit imputandum, & interim ſoluere habet id quod promiſit, & ſe obligauit.

Quibus omnibus ita perpenſis fuit per me deciſum, quod oppoſitiones aduerſus executioné cauſatam per dictum de Fontana vnc. quinquaginta contra dictum monaſterium reijciantur præſtito de reſtituẽdo in forma, & hoc ſub die 16. Ianuarij 10. Ind. 1627 à qua interlocutoria, vt audiui, Monaſterium reclamauit.

SVMMARIVM.

1 *Peſtis eſt flagellum Dei propter peccata hominum.*

2 *Delicta peſtis ferro, igne, & furcis ſunt punienda.*

3 *Relaxatus ſub certa pœna, ſi peruenerit ĩ fortijs curię, cenſetur liberatus ipſe, eiuſque fideiuſſores.*

4 *Nouatio nunquam cenſetur facta, niſi id expreſſè agatur.*

5 *Loci ad tempus procedit argumentum.*

6 *Prorogatio loci ſi eſt ſine detrimento cenſetur facta cum ſuis qualitatibus etiam reſpectu pœnæ, & fideiuſſorum.*

7 *Fideiuſſor, qui vidit mutationem loci, & tacuit fideiuſſionem præſumitur reuocare.*

8 *Licentia debet impetrari à iudice, qui carcerauit.*

9 *Nouatio nõ fit de loco ad locum, & redditur ratio, & quãdo hoc procedat.*

10 *Preceptum ſiue iniunctio iudicis, niſi ſcribantur non valent.*

11 *Preceptum ſine cauſa factum exequi non debet.*

12 *Princeps ſemper præſumitur quòd motus fuerit ex iuſtis cauſis.*

13 *Principis mandato non obedire ſacrilegum eſt, & temerarium.*

14 *Peſtis tempore multa fiunt, quæ aliàs fieri conueniens non eſſet.*

15 *Menoch. conſ. 212. n. 29. declaratur.*

16 *Cumia ſuper ritu capit. 67. num. 3. declaratur.*

17 *Farin. q. 34. n. 92. declaratur.*

18 *Peſtis tempore magno rigore, & non ſcrupuloſis intelligentijs procedendum eſt.*

19 *Statutum exorbitans ob publicum vtilitatem extenditur.*

20 *Princeps plura ob publicum utilitatem facere poteſt.*

21 *Statutum ob publicum vtilitatem recipit interpretationem extenſiuã, & rigoroſam, quæ alias inducenda non eſſet.*

22 *Fauorabilis dicitur diſpoſitio ob publicam vtilitatem, etiam ſi ſtatutum iuris communis ſit correctorium.*

23 *Delictum veneno commiſſum dicitur proditorium; & ad propagandum peſtem eſt enormius.*

24 *Probationes præſumptiuæ ſufficiunt in crimine veneni non ſolum ad tor-*

quen-

quendum, ſed condemnandum pœna ordinaria, & n. 42.

25 *Iudex in atrociſſimis prout eſt venenum ad propagandum peſtem poteſt iura, & iuris regulas communis, & ſtatutorum tranſgredi.*

26 *Medicorum expertorum iudicio ſtandum eſt in crimine veneni: & num. 34.*

27 *Corpus delicti eſt probandum in quocunque delicto, quod delictum in genere vocamus.*

28 *Veneni delictum quomodo probetur ſecundum doctrinam Paul. de Caſtro.*

29 *Foller. in prax. in verb. itemquod ſororem venenauit nu. 24. & ſequ. declaratur.*

30 *Teſtes examinantur ſuper ſignis veneni, & exinde examinantur medici ſuper morte ſecuta earum iudicio ex dictis ſignis.*

31 *Veneno ingenito non præſumitur quis mortuus aliquo extrinſecus apparente.*

32 *Honded. conſil. 88. libr. 2. declaratur.*

33 *Deciſio Rotæ Auenion. 20. declaratur.*

35 *Veneni ſigna, mors ſubſequuta, & medicorum iudicium probant veneni delictum.*

36 *Cabal. de omni genere homicidij, n. 615 & ſeq. declaratur.*

37 *Venenum in corpore ingenitum paulatim facit eius effectum, propinatū vero repentè.*

38 *Venenatio præſumitur, ſi ſtatim ſumptio cibo, vel potu cæpit mutari ſtatus corporis.*

39 *Venenum propinatum, & non ingenitū præſumitur, quando quis moritur incontinenti.*

40 *Circunſtantiæ ſunt attendendæ, quæ nos inducunt ad cognitionem veritatis.*

41 *Veneni in delicto ſtandum eſt medicorum iudicio, aliàs vix veritas haberi poteſt.*

43 *Decian. c. 24. lib. 9. n. 4. declaratur, illumq; reprobat Caball.*

44 *Princeps an poſſit ex indicijs indubitatis, & vrgentiſſimis deuenire ad pœnam ordinariam.*

45 *Pœna ordinaria in arbitrarijs M.R.C. nunquam aut rariſſimè condemnare ſolet.*

46 *Pœna ordinaria ex iudicijs indubitatis, & vrgentiſſimis ad extirpādum peſtē pro bono publico eſt irroganda.*

47 *Deciſio cauſæ, per quam propter veneni probationes iudicio medicorum accedente reus fuit vltimo ſupplicio condemnatus.*

ARGVMENTVM.

Banno de detinendo domum pro carcere quando quis contraueniat: Statutum exorbitans tempore peſtis an ſit ſeruandum; quæ probatio ſit neceſſaria, vt quis veneno dicatur occiſus.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO CCVIII.

PEstis † eſt flagellum Dei propter peccata noſtra, vt dixi *Ripa in tract. de peſte in princ. nu. 1. & n. 21. Goffred in praxi ciuil. lib. 2. tit. 1. verſ. porro fol. 51.* prout euenit in Regno iſto in anno 1624. & præſertim in hac Vrbe Panormi, vbi die 23. iunij eiuſdem anni propter aduentum quarumdam Nauicularum, ſeu Vaxellorum, quæ à ciuitate Tunetis aduenerunt cum captiuis redemptis huiuſmodi contagium, malũque omnium malorum peſtem adueniſſe compertum eſt, ideoq; commertium ſublatum, & ad curandum peſtem remedia procurata, & cuſtodię appoſitæ, prout in ſimilibus ſolitum eſt.

Et inter alia fuit de expertis medicis in huiuſmodi malo cogitatum, inter quos cum fuerit propoſitus quidam Dimitrius Sabatiano natione Gręcus in Vrbem aduenit die 11. Iulij eiuſdem anni, & cum alijs medicis infirmos curare cępit, & licet à principio eos magna diligentia, & experimentis curaſſe videretur, attamen in menſe Nouembris eiuſdem anni conualeſcente peſte contra formam bannorum is, qui ad curandum malum adhibitus fuerat mulierculam quamdam in eius domum aportauit, & cum ea commertium carnale habuit, & cum eam per plures dies retinuiſſet in eius domo, licet ſequeſtrata, ſeu vt dicebatur barregiata, vt pote, quia ipſe medicus infectorum cũ alijs non infectis huiuſmodi malo conuerſari non poterat, illam tamen ab eius domo dimiſit, & ipſa cum alijs, vel fuerat conuerſata vel conuerſari poterat.

Exinde in menſe Decembris eiuſdem anni quædam præfuma infirmis, ſeu de peſte ſuſpectis in loco vocato de Zifontes adhibuiſſe compertum eſt, cum quibus malum peſtis, ſeu bubones illis aduenere, & ex eis mortuos aliquos. Ideo Illuſtriſs. Dominus Cardinalis ab Aurea Archiepiſcopus Panormitanus tunc in Regno meritiſſimus Locumtenens, Præſulq; vigilantiſſimus prædictum Dimitrium inquirẽdum de prędicto crimine mandau it, & fuerunt de eius mandato die 11. Decembris captæ informationes

Conualeſcente exinde multo magis peſte in menſe Februarij 1625. euenit quòd per ſolumodorem & tactum perfumorum ab eodem datorum quibuſdam miſeris commorantibus in cortilio vocato de Xibilia in contrata de Celiloruo infra breue ſpatium ad ſummum dierum quatuor mortui fuere viginti perſonæ; quod quidem delictũ quam graue fuerit in medico deſtinato ad curandam peſtem omnes iudicare poterunt: & cum per totam Vrbem

G ma-

Digitized by Google

mala fama,& publica orta fuerit, is in carceribus Lazaretti fuit appoſitus, & exinde in menſe Iulij eiuſdem anni de ordine & mandato dicti Illuſtiſs. Domini Cardinalis ad relationem D. Ioannis de Gioenio tunc Capitanei,& Iuſtitiarij huius Vrbis,& Deputati Deputationis Sanitatis ad inſtantiam fiſci prædictę Deputationis Sanitatis fuit ei facta iniunctio, vt in domo ei deſignata in cōtrata Santi Paulini ſtaret carceratus vt pote,qui de mandato Senatus huius Vrbis erat carceratus in Burgo Sanctæ Lucię infectorum, & aportatus in prædicta domo de detinendo domum exiſtentem in plano Sancti Paulini pro carcere,& loco carceris, & ab ea die, noctuq; non exeundo, & de ſe præſentando ad omne mādatum Deputationis Sanitatis ſub pęna vitæ naturalis in caſu contrauentionis.

Et nihilominus nō obſtante iniūctione p̄dicta aufugit, & in ciuitate Termarum captus ad Excell. Dominū Proregem Marchionem Tabaræ miſſus fuit carceratus.

Super quibus omnibus fuerūt captæ informationes ad inſtantiā magnifici Procuratoris fiſci D. Octauij Marotta per me iudicem in cauſa de ordine Excell. ſuæ prout etiam fuerant alię informationes captæ de ordine Illuſtriſs. Domini Cardinalis, & relata cauſa dicto Excell. Domino Proregi die 22. Septembris x. Ind. 1626. fuit dicto Dimitrio datus terminus extraordinarius dierū quatuor, & factis per eum defenſionibus fuit tandem compilatus proceſſus, ſeu vt in Regno vocāt Eulogium.

Super quo plura, & quidem notabilia fuerunt diſcuſſa antequam ad votandam cauſam, vt infra fuerit deuentum.

Primum ergo facinus, de quo fuit inquiſitus dictus Dimitrius fuit contrauētio facta iniunctioni,ſeu præcepto ſuperioris de detinendo domum pro carcere ſub pœna vitæ naturalis, & quia clanculum aufugit in ciuitate Termarum captus in hanc Vrbem miſſus ad Excell. Suam ,fuit carceratus. Dicebatur ex parte fiſci fundatam eius intentionem, dictum Græcum puniendum pœna vitæ naturalis, ſpreuit enim pręceptum Superioris.

Sed fortius,quia cum præceptum fuerit demandatum ab Illuſtriſſimo Domino Cardinali ab Aurea tunc Locumtenente in Regno præſumendum eſt fuiſſe iuſtiſſimis, & magnis ex cauſis motum, & cum fuerit ei facta iniunctio ad inſtantiam Fiſci Deputationis Sanitatis pro cauſis concernentibus prædictam ſalutem peſtis;ſed quid contra medicum, qui ad curandam peſtem aduenerit, & ſalario publico cum pecunijs Vrbis alebatur, & viuebat. quapropter cōtraueniēdo acrius contra eum procedendum allegabat

Digitized by Google

gabat Fiſci patronus: & maximè
2 in delicto peſtis,† vbi ferro,igne, & furcis procedendum eſſe determinant Doctores omnes & præſertim *Rip. de remed. ad curād. peſt. c. 6.n.45. & Apeguer.dec.8.*

Fundata ergo videbatur intentio fiſci,fuga.n.euitari nō poterat

Sed ex parte Rei dicebatur q exinde de mandato Illuſtriſs. D. Cardin.die 19.Maij 1626. idem Dimitrius ad relationem Ill. Principis Villę Francę tunc Prætoris ex prædicta domo migrauit in aliā; in qua nulla fuit renouata iniunctio, & q ppterea non ſpreuit mandatum Superioris,nec prędictę cōtrauenerit iniunctioni, ſecundo quod dictum præceptum, & iniunctio fuerit nullum, quia ſine cauſa,ideo non erat ſeruandum.

Et quoad primū de renouatione iniūctionis, ſeu præcepti dicebatur qđ ſtatim ac de ordine Ill. D. Locūtenētis dict⁹ Dimitrius diſceſſit à domo,ī qua erat ſub pęna detētus,illa prima iniunctio euanuit, eo.n.ipſo qđ qs reperitur relaxatus ſub certa pęna ſtatim ac peruenit in fortijs curię cenſetur liberatus ab iſta pęna ipſe, & eius fideiuſſores, *Meno.cōſ.212.n.29. Cumi. ſup ritu 47.n.3.Fari.q.34.n.92.uer. addo Muta in c.ritus 160.nu.12. & ſeq.dixi dec.130.n.11. & ſeq.*

Sed ex parte fiſci dicebatur iniūctionem prędictā,& pręceptū ſemper duraſſe, quādoquidē nouatio de iure numq̄ cēſetur facta,niſi id ſit expreſsū, *l.fi. C.de nouat.* vel ſaltim cōſtare deberet de mente partiū, q priorem obligationem nouare voluerint *DD.in l.ſingularia vbi Cagnol.n.185.& ſeq ff ſi cer.pet. Alciat.* cōem dicit *ī l.lecta verſ.perinde eſſe eo. tit.ubi Dec.n.13.Bertaz.cōſ.63.n.4. & 5.lib.1.Ant.Monac.dec.luc.67.n. 8. Mantic.de tac.& ambig.lib.17.tit. 3.n.3.& ſeq Gratia.diſcep.290.n.1. & ſeq.* Quod idem dicendū eſt in 5
prorogatione loci,cum de tpe ad locum procedat argm̄ *l. vinū vbi laſ. & alij eo.tit.Bertaz.vbi ſup.n.7.* qualitas.n.loci non alterat diſpoſitionem. *Bertaz.ſeqtur Baiard. ad Clarū q.46.n.69. Euerard. in loco à tēp.ad locū f.544.* fortius qñ † prorogatio 6
loci eſt ſine detrimento, qa tunc cenſetur facta cū oībus ſuis qualitatibus, & ſic ēt reſpectu pęnæ, & fideiuſſorū,vt ex *Cepol.cōſ.8.nu.5. dixit Bertaz.d cōſ.63.n.9.* vbi ait generaliter procedere, vt oēs fatentur *in c.de cauſis de off.deleg & ī d.l.lecta vbi Alciat.in d.uerſ.perinde ī fi.* ait pęnam ēt cēleri repetitā, & *Addit. ad Bertaz.vbi ſup.* notat q ſi fuit 7
pñs fideiuſſor,& vidit mutationē loci,& tacuit,fideiuſſionē pſumitur renouare, qa vbi agitur de alteratione primæ conuentionis aſſentiens,nec contradicens obligatur ex *Marc.dec.539 n.6.p.1.& ex cōi Gomes var.reſol.c.13.nu.20.verſ. ſecūdo modo Burſ.cōſ.193.n.49. Baiard.ad Clarū d.q.46.n.71.* q̄cq̄d dixerit *Barbat.cōſ.31.n.11.lib.1.* ibi.n. prima fideiuſſio prorſus erat extincta, nec noua rurſus poterat oriri ſine ſtipulatione.

At in caſu iſto dicebať ex parte Fiſci maiorem adeſſe rationē,

quandoquidem d. Dimitrius plu-
ries ſupplicauit Illuſtriſs. D. Car-
dinali. Et exinde Excell. D. Prore-
gi, vt non obſtãte prædicta iniun-
ctione potuiſſet ab iſta vltima do-
mo exire ſaltim ad audiendum ſa-
cratiſſimum Miſſæ ſacrificium, &
fuit ei denegatum, & prouiſum quòd
nõ conuenit, & ſic conſequenter
apparet p̃dictum Reũ non ſolum
conſentiſſe in p̃dictã iniunctionẽ,
ſed manifeſte clare, & euidẽter in-
tellexiſſe ſe ligatũ ẽt in iſta ſecũda
domo præcepto Superioris, ꝑut
erat in prima dum licentiam pete-
bat, quæ pluries ei fuit denegata.

His addebatur quòd licentia
permutandi primã domũ non fue-
rat obtenta ab Ill. Capitaneo, &
Iuſtitiario Vrbis, de cuius man-
dato, & ordine fuerat ei facta in-
iunctio, ſed de ordine Ill. Prętó-
ris, qui tantummodo hoc deman-
dauit Deputatis Sanitatis quar-
terij, ne raubas infectas fortè trãſ-
portaret, quas licentias Ill. Præ-
tor ſolebat oĩbus concedere, qđ
quidẽ non reſpiciebat ordinẽ iu-
diciarũ, is enim nõ ꝑ Deputatos
quarterij, ſed officians iuſtitiæ Sa-
nitatis, ad quorũ inſtãtiã erat car-
ceratus erat exequẽdus, ideo ſe-
quitur quòd licentia non fuit data ad
hũc finẽ, nec à Iudice cõpetente,
vel ſaltim non ꝑ illam cauſam,
vt deleret, ſeu tolleret iniunctio,
quo caſu d. licẽtia ei prodeſſe nõ
dẽt ad not. per *Rummcõſ. 13 5. n. 33*
8 *&* 35. *lib. 2.* vbi quòd licẽtia tdẽt im-
petrari, & eſſe Iudicis, qui carce-
rauit. Et magis in terminis loquẽ-
do de loco ad locũ quòd nõ ſit facta
9 nouatio dixit *Polid. Ripa de noctur. tẽpor. c. 83. nu. 11. & ſeq. vbi n. 15.*
ait qđ aſſignãdo domũ propriã, à
qua qs non recederet, deinde licẽ-
tiã dãdo de recedẽdo per aliquot
dies non facit iudex deteriorẽ fi-
deiuſſoris conditionẽ, cũ in dãnũ
fideiuſſoris potuiſſet ẽt recedere
ſine licẽtia Iudicis ad libitũ & alle-
gat *Bertaz. vbi ſup. & ibi ex Claud. Bertaz. in lit. C.* diſtinguit an rela-
xatus ſub fideiuſſore de nõ recedẽ-
do ſit relaxatus ex ſtrictiori cuſto-
dia ad laxiorẽ carcerẽ, tutũ tñ &
ipſum, & ſi Iudex reijciat carcera-
tũ ad proprias ędes tãquã ad car-
ceres, verẽdũ maxime eſſet, ne fi-
deiuſſor liberaretur, cũ culpa curię
in eõ ſtatu ſit, vbi vero domus ꝓ-
pria aſſignaĩ ꝓ carcere (ꝑut in *ca-
ſu iſto*) ſi deinde fiat loci, vel tpis
ꝓrogatio tũc nõ grauanẽ fideiuſ-
ſores, ideoq; nec liberanẽ, qa nul-
la adeſt culpa curię, cũ ẽt à princi-
pio fidem dederint fideiuſſores in
eũ ſtatũ, in quo ſi nolebat pręſen-
tare nõ poterat; cũ ẽt à proprijs
ædibus, & abũde quaqi potuiſſet
recedere, vt bene dicit *Ripa loc. cit. n. 18. vbi n. 20.* ſubdit qđ ſi actus eſt
nullus nulla oriẽ nouatio *ex Alex. Menoc. & alijs*, & nulla dicitur li-
cẽntia defectu poteſtatis eã dan-
tis, vt ibi per eum.

Hęc cõfirmabanẽ ex parte Fiſci.
10 ſicut enim † præceptũ, ſeu iniun-
ctio p̃dicta à Superiore facta erat
ſcripta, & redacta in actis curiæ,
alias nõ valeret, nec de eius con-
trauentione agi potuiſſet ex Prag

mati-

matica vltima *to. 1. in tit. de pęn. temer. accuſ. & de mod. proced. in ſpretis pęnis, ſ. 272. Muta c. ritus 152. n. 4.* ita etiã de licentia p̃dicta debuit fieri, vt in actis redacta apparere debuiſſet, quod tñ nequaquã fuit cõfectũ, correllatiuorũ. n. eadem eſt diſciplina vulg. iuribus, & ideo apparet euidenter d. licentiã nõ fuiſſe cõceſſam per Ill. Prætorem, niſi ad effectũ, vt Deputati quarterij viderent, ſi aderant raubæ infectæ, ne de domo vna in alterã tranſportarent̃, quæ licentię nõ redigebant̃ in actis curię, imò cũ licentia eſſet directa Deputatis quarterij, q erant duo, fuit exequuta per vnum tm̃, nã ſi ageret̃ ĩ materia iuſtitię debebat per oẽs exequi, & non per alterũ tm̃, *gl. in c. vno delegatorũ de off. deleg. vbi oẽs, & l. duo ex trib⁹ vbi DD. ff. de re iud.*

Quo vero ad ſecundũ q̃ dictũ p̃-
11 ceptũ, ſeu iniunctio fuerit nulla, qa ſine cauſa, & ideo nõn ſeruanda, dicebat̃ ex parte rei ita determinare, *tex. in l. 2. & 3. ff. ne qs eũ q; vbi gl. Ang. de malef. in gl. fama publica in prin. Farin. q. 18. n. 45. Grãm. conſ. 51. per tot. Menoc. cõſ. 212. n. 12. & ſeq. lib. 3. Bertaz. conſ. 417. n. 25.*

Sed ex parte Fiſci dicebat̃ hæc nõ procedere in Principe, in quo adeſt abſoluta poteſtas, nec p̃ſu-
12 mendum q̃ † motus fuerit niſi iuſtiſſimis ex cauſis, eiuſq; p̃ceptis nõ obedire ſacrilegum eſt, & temerariũ ex not. per *Bal. cõſ. 327. & cõſ. 518. li. 1.* qa princeps p̃ſumit̃ iuſtitia plenus, ideo p facto Principis ſemper p̃ſumitur, q̃ iuſtum fuerit *l. 2. ſ. merito, & ſ. ſi quis à Principe ff. ne qd in loco public. Crauet. cõſ. 188. n. 8.* & maxime ſi fit cauſa publica, vt puta pacis, vel tollendi ſcãdali hoc faciat, *Rom. cõſ. 332. n. 13. & ſeq. & maxime in fin. n. 17. vbi Apoſtill. Taſc. cõcl. 681. verb. Princeps to. 6. Ceſar Manenti dec. 44. n. 37. & ſeq. Lud. Rodolfin. de ſuprema ſeu abſoluta Principis poteſtate nu. 195. Fachin. conſ. 2. n. 24. & ſeq. lib. 1.*

14 Sed multo fortius tp̃e peſtis, † & ad inſtantiã Fiſci Deputationis Sanitatis, quo tp̃e plura debent fieri, quæ aliàs forte fieri cõueniens non eſſet, & hoc ad curandum, & euitãdum tã grãde malum ex not. *per Apeguer. poſt alios dec. 8.*

Nec fuit ommiſſum quoad iſtud primum caput inquiſitionis formatæ cõtra d. Dimitrium rñdere
15 ad cõtraria, nã † *Menoc. conſ. 312. n. 29.* quicquã facit, qa loquit̃ in fideiuſſore domus aſſignatę loco carceris arbitrio illius Ill. Comitis, qd̃ arbitrium declarauerat duraturũ p biennium, qd̃ erat exinde declaratũ fuiſſe p̃mutatum ad relegationẽ in caſtrũ, ad qd̃ fideiuſſores nõ ſe obligauerunt, aliud. n. eſt manere in carcere tanq̃ ſub cuſtodia, & aliud tamq̃ cõdemnat⁹ & fideiuſſores, q eum fideiuſſerũt dum eſſet carceratus, lata ſnĩa (ex quo ſe obligauerunt fideiuſſores vſquequo ferretur ſententia) remanent diſobligati, & ita ait ipſeſemet *Menoch. n. 22. & n. 46.*

Sed in caſu iſto erat facta iniũctio ipſimet Reo, qui mutauit domum, & dũ in ſecunda eſſet mutatus,

tus, vt ſup. eſt dictum petijt licentiã exeundi ab Illuſtriſs. D. Cardinali, & ab Excell. Prorege, q̃ cum fuiſſet ei denegata, aufugit, & ſic ipſe intellexit nullã fuiſſe factã nouationem, & nihilominus p̃ceptum Superioris ſpreuit.

16 Cumia† verò loquit̃ in fideiuſſore, q perueneri in poſſe curiæ ꝑ delicto pro quo fuit p̃ſtita fideiuſſio; quod non eſt in caſu iſto, qa ipſe nunq̃ peruenit in poſſe curię ſed erat abſq; fideiuſſione in d. domo, habuit licẽtiã mutãdi aliã, ſed nõ vt liber, ſed vti ſequeſtratus, & iniunctus ſub eodem præcepto, ꝑut ipſemet intellexit.

17 *Farin. vero q. 34. n. 92. ver. addo allegat Cumi. vbi ſup.* & loquit̃ ĩ terminis, & caſu p̃dicto, quo ꝑuenerit ĩ poſſe curię, & fuerit captus à iudice ꝑ illa cauſa, ꝑ qua interceſſerat fideiuſſor, qđ ceſſat ĩ caſu iſto.

Secũdũ p̃ĩcipale delictũ de quo fuit inqſit' dictus Dimitrius fuit cõtrauentio bãni, acceſſit .n. p̃dicta mulier nõ infecta in eius domũ infectã, ibiq; p multos dies fuit cõmorata, & exinde receſſit, & nihilominus conuerſata fuit cum diuerſis, vel potuit cõuerſari cõtrauenicndo bãno p̃dicto ſub pęna vitę naturalis, qđ quidem delictum nõ ſolum p teſtes erat probatum, ſed p ipſius Rei cõfeſſionem confeſſatũ, vñ inferebat Sp. Fiſci Patronus ex hoc ſolo capite puniendũ pęna capitali, & vitę naturalis.

Et licet ex parte Aduocatorũ d. Rei aliqua adducerent̃ ad intelligentiã banni, illa tñ vrgentia, nec cõcludentia videbant̃, & maxime

18 tp̃e peſtis, quo magno rigore, & nõ ſcrupuloſis intelligentijs procedendum eſt, & cũ medico deſtinato ad curãdũ peſtem, q iſto modo illã ꝓpagare audebat, vt ſup. dixi vt ex *Ripa, & Apeguer. d. dec. 8* ſupra firmaui, & ex illa cõcluſione

19 quã ponunt doctores, ꝙ licet ſtatutum exorbitãs nõ extendat̃, tñ ob publicam vtilitatẽ ſuadet æq̃tas, vt extendatur *Bar. in l. quẽadmodũ, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & poſt Bal. Caſtrenſ. & Alex. Port. cõſ. 183. n. 12. & 19. quos allegat, & ſequitur Borell de magiſtr. edict. lib. 2. c. 7. nu. 32. vbi nu. pręced. & ſubſeq.* ſimilia plura adducit, q̃ põt Princeps

20 ob publicam vtilitatẽ, & eſt pulchrum *conſ. Bald. 480. viſa petitione n. 2. uerſ. p̃terea iſtud ſtatutũ li. 3. uſq; ad fi.* vbi ꝙ ſtatutum iſto caſu recipit

21 pit interpretationẽ extenſam, & rigoroſam, q̃ alias inducẽda nõ eſſet pp publicam vtilitatem, & loquitur ibi cõtra rebelles, & fauo-

22 rabilis dr̃ diſpoſitio ob publicam vtilitatem ẽt ſi ſtatutum ſit correctorium iuris cõis *Alex. cõſ. 190. mature nu. 17. in fi. cũ ſeq. uerſ. ad quintũ lib. 2. & cõſ. 171. uiſis n. 7. 8. uerſ. fortificantur lib. 7. Marſ. in praxi crim. uerſ. agredior n. 58. & ſeq. ubi late Zabarel. cõſ. 135. maximè in fi.* Imò *Manſil. in l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. ubi n. 175 & ſeq.* late tractat materiam ait, ꝙ forenſis, qui nõ ligatur ſtatuto ob publicã vtilitatẽ bene ligatur.

Tertiũ, & principalius delictum de quo fuit d. Dimitrius Græcus inq̃ſitus illud erat qđ cum q̃buſdã

præ-

præſeruatiuis, ſeu præfumis, quæ ipſe faciebat peſtem propagare curauit, & ſic erat ad inſtantiam Fiſci proſequutus de propinatione, veneni ad protelandam, & dilatandam peſtem, quorum quidem profumorum odore; & tactu ij, qui illa tetigerunt, & odorauerunt malo prædicto peſtis, & bubonibus inficiebantur, cum quibus in dicto Cortile de Celiloruo viginti fuerunt mortui, qui per prius erãt incolumes, & ſani abſque vlla infirmitate. Et prædicti bubones, & febris peſtifera eis aduenit poſt odorem, & tactum præfumorum prædictorum infra breuiſſimum tempus, & mortui fuerunt in ſpatio ad ſummum aliqui 24. horarum, alij infra biduũ, alij infra quatuor dies.

Quod quidem tam grande, & immane facinus erat comprobatum per aliquot teſtes deponentes vidiſſe quoſdam famulos dicti Dimitrij conſeruantes radices bubonum peſtis, cum quibus in quodam Lazaretti cubiculo vbi conſeruabãtur, aliqui fuerũt mortui, ex quo inferebat Fiſcus dictum Dimitrium præfuma prędicta compoſuiſſe, vel ex prædictis radicibus, vel alijs venenoſis rebus, vnde prædicta fiebant in huius Regni, & Italiæ totius damnum.

Item etiam comprobabat Fiſcus prædicta, quia dictus Dimitrius dixerit aliqua verba ex quibus videbatur minari peſtem validiorem venturam, prout exinde euenit tempore quo ipſe matrimonium contraxit multas expenſas pro eius qualitate erogando, quas excuſare poterat.

His addebatur relatio medicorum peritiſſimorum, videlicet Sp. D. Ioſeph Pizzuto Prothomedici huius Regni, Hieronymi Spuchies Primarij ex medicis huius Vrbis, Franciſci Perez Hiſpani, & Marci Antonij Galteri Neapolitani, qui ſerio ab Excell. Domino Prorege noſtro D. Marchione Tabaræ fuerunt in hanc Vrbem aportati, vt tanto malo operam darent, prout exactiſſima diligentia hoc perfecerunt, qui omnes Peritiſſimi viri teſtati ſunt cum iuramento citato Reo, quòd mali homines poſſunt mala iſta inferre cum compoſitionibus peſtiferis, & venenoſis, & ita ex multis auctoritatibus Medicorum, & Hiſtoricis firmarunt, & quòd ex probationibus vt ſupra factis, & effectibus ſubſequutis maximè cum morte tot perſonarum ſunt indubitatę opinionis, & parere, vt dicunt, quod non ſunt effectus præfumorum, quę ipſe Dimitrius Græcus componere in eius confeſſionibus aſſeuerat, ſed ex alijs ingredientibus malis, & venenoſis ipſis relatoribus incognitis, tanto magis quod vbi apponebatur fruſtrum aliquod, ſeu petium præfumorum, vt puta in marſupio dextri lateris, ibi bubones naſcebantur, & cum odo-

Digitized by Google

odore,& tactu illos miſeros ſtolidos reddebant,& tabeſcebant,& tabeſcentes peſtilentiali morbo interiere, immo quædam mulier ſolo tactu præfumi in digito fuit debilitata, quod quidem mirabile, inauditum, & maximę conſiderationis putarunt.

His ex parte Fiſci addebatur probatio facta in menſe Octobris 8. Ind. 1624. tempore quo regebat hoc Regnum Illuſtriſs. Cardinalis ab Auria per octo teſtes, qui dicunt, quòd in loco de Zifontes vbi commorabantur tunc temporis ſuſpecti de peſte faciendo quarentenam, ſeu ſe præſeruando per quadraginta dies, vt innoteſceret an malo pdicto forte infecti fuiſſent fuerunt apportata illis præfuma prædicta, vt illos à peſte pręſeruaret, quæ Græcus Reus fuit confeſſus dediſſe, & quod ij, qui præfuma fecerunt habuere bubones, & eos ad Lazarettum exinde adduxere, & addunt teſtes ex eis tres fuiſſe mortuos, quæ quidem probatio modo per alios quinq; teſtes fuit etiam comprobata.

Et demum acceſſit mala fama publicè tunc temporis orta in ciuitate in qua ferè omnes de dicto Dimitrio conquerebantur, quod cum prædictis præfumis interfecerat prædictos miſeros, & quod illa dare curabat, vt peſtis creſceret in ciuitate, & incaleſceret.

Quibus omnibus ſic probatis, & ex parte Fiſci deductis erit videndum de iure an delictum prædictum ſit concludenter probatum ad imponendum pœnam ordinariam, & mortis naturalis.

Et quidem ex parte Fiſci dicebatur delictum veneno † com-
23 miſſum eſſe proditorium, ſed ad propagandum peſtem enormius quia patriæ, & totius Regni proditor dicitur, qui huiuſmodi crimen committit, & maximè medicus ad curandum peſtem adhibitus, qui loco curationis venenum proditoriè adhibebat cum nece tot miſerorum, ideo in huiuſ-
24 modi delicto † præſumptiuæ probationes ſufficiunt non ſolum ad torquendum, ſed etiam ad condemnandum pęna ordinaria, cum ſit crimen occultum, & difficilis probationis, Grammat. *vot. 3. n. 3 & ſeq. Foller. in pract. criminal. verb. item quòd ſororem venenauit, nu 5. in fine, & nu. 10. etiam in fin. pract. Montelcon p. 4. n. 692. Farinat. q. 122. nu. 53. & 54. Placa in epithom. delict. lib 1. cap. 20. nu. 10. Muta dec. 1. n. 16. &* 18.

25 Et in atrociſſimis † prout eſt crimen veneni tempore peſtis ad illam propagandam iudex poteſt & debet iura, & regulas iuris communis, & ſtatutorum tranſgredi, *Marſil. in ſ. diligenter num. 58.* & propterea iſto in caſu ordo eſt ordinem nō ſeruare *ex not per Foller. in pract. vbi ſup n. 11. Decian. in pract. criminal. lib. 9. c 24. n. 16.*

Sed in delicto de quo agitur nō ſolū pręſumptiones ad ſunt in prędictis, ſed probationes euidentiſ-

ſimæ

Digitized by Google

ſimæ delicti prædicti. Primò enim conſtat de corpore delicti in genere, conſtat namq; tot miſeros interijſſe cum bubonibus, & malo peſtis eis illato ob odorem, & tactum præfumorũ prædictorũ; & hoc non ſolum ex dicto plurimorum teſtium, & fama publica, ſed iudicio doctiſſimorum, & expertorum medicorum, qui ad hoc fuerunt cum iuramento examinati, & aliqui ex eis coram Prorege Excellentiſs. hoc affirmarunt pluribus rationibus confirmando, quo caſu non eſt dubium delictum in genere fuiſſe probatum, ex not. *per Foller. in ſua praxi vbi ſup.* in verbo *item quòd ſororem venenauit, & num.* 24. quod in hoc crimine
5 eſt credendum † expertis medicis allegat *Specul. in titu. de teſtib. §. 7. verſ. hoc quoq; Marſil. in l. 1. §. præterea nu.* 37. *ff. de ſicarijs*, quicquid ſit, quãdo ſoli teſtes deponerent. idem firmat *Bertaz. conſ.* 51. *nume.* 5. *lib.* 1. *ex Caſtrenſ. conſ.* 299. *viſa Inquiſitione n.* 2. *&* 3. 2. *vol.* quãdo adeſt iudiciũ peritorũ, vt in caſu iſto, & idem *Bertaz. conſ.* 138. *n.* 1. vbi quòd neceſſario debet conſtare per iudiciũ peritorum venenum eſſe malum, & hic non ſolũ dicũt tot peritiſſimi medici, ſed præſumptiones ſunt euidentiſſimę, & indubitatæ, primò enim ſtatim ac fuerunt odorata dicta præfuma, & tacta illi miſerabiles dolore capitis correpti tabeſcentes febre peſtifera infirmati ſunt, & inde infra breues dies perierunt; ſecundo mala fama, & publica contra prędictum Reum, tertio carcer cum pęna vitæ naturalis de ordine tàm magni Principis Illuſtriſs. Domini mei Cardinalis ab Auria vigilantiſſimi locumtenentis, noſtriq; Paſtoris, qui niſi ex magna, & rationabiliſſima cauſa motus non fuiſſet, & hoc inſtãte Fiſco Sanitatis; quarto fuga ſequuta dicti Rei, quinto minæ per aliquot teſtes probatæ de peſtis incaleſcentia ventura, prout exinde euenit, ſexto, quòd eius famulus abſconderat radices bubonum, cum quibus aliqui fuerunt mortui, ſeptimo multa mendacia in eius ſubitionibus de quibus fuit conuictus, octauo eius mala vita etiam in Lazaretto loco deſtinato ad curandum tàm grande malum, in quo deploranda erant peccata tantorum malorum cauſa, & non noua committere, nono, quòd iſte miſer eius conditionis, & temporis, tàm deplorandi oblitus nuptui ſe tradidit cum luxu, & pompis viuendo, ob quæ omnes arbitrabantur peſtem diu duraturam curaſſe, decimo, quia clanculum in eius domo faciebant præfuma prædicta, & ipſe in eius confeſſione negauit, vndecimo, quia nec ipſe, nec vxor, nec vllus in eius domo, quinimo nec eius domeſtici, & familiares morbo fuerunt correpti, ex quo plures arguebant eum diuerſimode præfuma cõpoſuiſ-

ſe, alia quidem ad inducendam, & alia ad præſeruandam peſtem. Et tādē, quia cū eſſet in Ciuitate Termarum carceratus dum ſe itu rum Neapolim aſſerebat ſe accepturum ab Excell. D. Duce Albę ibi Prorege magnam pecuniarum quantitatem, quod teſtis licet vnicus de peſte inducenda argue bat, tot ergo, & tam magnæ præſumptiones tempore peſtis arguunt, & inducunt vehementiſſimam probationem, quæ cumulata cum nece ſequuta tot miſerabilium, & iudicio peritorum, vt dixi non eſt dubitandum iſtum miſerabilem, & iniquiſſimum virum huiuſmodi crimen tam nefarium commiſiſſe.

Vnde non obſtant ea quæ ex parte Aduocati ipſius Rei dicebantur, quòd † in quocunq; de-
27 licto primo ſit probandum delicti corpus, *l. 1. §. item illud ff. ad ſillanian. & in veneno poſt Foller. Boſſ. Bertaz. Anton. Gabr. Burſat. & Farin. Hond. conſ. 8 8. lib. 2. Rota Auenion. dec. 20. Muſcatell. de cognit. ſeu probat. delict. tit. de ſimplic. homicid. nu. 1 1. Caball. in tract. de omni genere homicid. n. 6 1 5. cum plurib. ſeq.*

Vera enim diſtinctio in crimine veneni ea eſt, quòd aut teſtes deponunt, quod viderunt apponere in cibo vel in potu tantam quantitatem alicuius rei, quæ iudicio peritorum fuerit determi-
28 natum eſſe venenum, † & dicti teſtes deponerent, quod illico poſt venenum aſſumptum deceſſit ille cum ſignis veneni, & tali caſu dicitur verè probatum corpus delicti, vt clarè ſentit *Paul. de Caſtr. d. conſ. 2 9 9. lib. 2.*

Et hic dicitur caſus de quo agitur ſi bene conſideretur ad factum per congruas, & veras rationes, vt dicit in iſtis caſibus, licet enim teſtes non viderint apponi venenum, tamen ipſi in numero copioſo, vt dixi deponunt vidiſſe illos miſeros ſtatim ac tetigerunt, & odorauerunt præfumi morbo peſtifero affectos, buboneſq; eis ortos fuiſſe, & exinde obijſſe, quod iudicio medicorum peritiſſimorum non niſi ex veneno eis incognito in præfumis exiſtente euenire nequaquam poterat; ecce ergo probatio vera, & legalis cum corpore delicti tot mortuorum, quorum corpora certum eſt fuiſſe ſepulta. Nec tēpore peſtis exhumari, nec recognoſci etiam à principio condecens erat, cum peſtis tempore huiuſmodi malo mortui neceſſarium ſit, vt alios non inficiant illico cum calce humi in profundum quantum fieri poteſt apponi. Et ita † ſi bene aduertatur de-
29 terminat *Foller. vbi ſup. nu. 2 6. & 27.* quando non poteſt haberi corpus venenatum, ſufficit
30 quod teſtes † examinentur ſuper ſignis veneni, & exinde de *dictis* ſignis examinentur medici, qui dicant ex illo veneno fuiſſe mortuum, prout fuit factum in caſu iſto, quia medici dicunt fuiſſe mor-

mortuos ; ex veneno cum ingre- dientibus malis, & venenoſis ipſis relatoribus incognitis, & ſic ex veneno dato cum ingredientibus venenoſis, & malis, & non ingenito prout declarat *Poller. vbi ſup. & Farinat. qui alios allegat q. 2.*
31 *n. 34.* vbi † quòd medici aliquo extrinſecus apparẽte, puta ſi poſt aſſumptionem cibi immediatè quis incidiſſet in maximam mutationem ſtatus, tunc enim poſſunt iudicare eſſe venenum introductum, & non per ſe ortum, ex quo venenum in corpore natum non poteſt tam repente operari, ſicut venenum datum ex *Boſſ. Poller. ibi per eum allegatis Muta dec. 1. n. 6. & ſeq.* Quæ omnia interuenerunt in caſu prædicto, vt ſuperius diximus, ideo medici venenoſa ingredientia iudicarunt in dictis perfumis, ex quibus incontinenti tam mali, & miſerabiles effectus ſequuti fuerunt:

32 Nec *Hond. conſ. 88. lib. 2.* † quicquam facit, ibi enim teſtes tantũ depoſuerant, & non medici, quorum iudicio venenum probatur, vt ipſe ait *n. 12. & ſeq. & nu. 18.* refert aliquos medicos depoſuiſſe ad fauorem rei, quod excludit delictum, & tamen in caſu iſto ad fauorem rei iſtius nullus medicus depoſuit, in tantum quod iudicio dictorum medicorum, & quidem in arte ſatis peritorum ſtandum erit.

Et licet ibidem dicat etiã *Honded.* excludi delictum illud, quia in anno 1591. ibi vigebat peſtis, quæ elidere debet præſumptionẽ mortis ex veneno dato ; hoc tamen intelligendum eſt ſecundum facti præſuppoſita, non tamen quando iudicio peritorum veneno mortem ſecutam probatur, quia ſi hoc eſſet verum nemo tempore peſtis veneno poſſet obire, & vnuſquiſque alium impune venerare poſſet, quod falſum eſt, & ſi hoc verum eſſet in caſu propoſito vtique tam docti, & experti medici timenteſq; Deum declaraſſent, ſciebãt enim agitari de cauſa capitali contra dictum Dimitrium reum : & ad hoc ſerio de ordine Excell. Suæ fuerunt vocati.

33 Nec deciſio † *Rota Auen. 20.* obſtare videtur, quia ibi non cõſtabat de veneno quòd cauſauerit mortem, & præſumptiones, vt ipſemet ait n. 10. erant ambiguæ, quę ad bonum, & ad malum poterant referri, ſed in caſu iſto nulla adeſt præſumptio ad bonũ, ſed ad malum, dum incontinenti datis præfumis ſequuti fuerunt effectus tam peſtiferi, & neces de quibus ſup.

Et *Muta dec. 1.* concludit pro iſta opinione dum adeſt relatio
34 medicorum, † quia in hac materia veneni cum ſit difficilis probationis non ſolum inditia, ſed coniecturæ ſufficiunt ad probationem *Clarus § fin. q. 4. verſ. vlt. Farin q. 2. n. 30.* cum relatione tamen vt dixi Medicorum, ad illos

etenim ſpectat iudiciũ declarandi an ex illo veneno quis deceſſerit, prout in caſu propoſito factũ fuiſſe diximus. & hanc practicam ponit Muſcatellus *de probat. ſeu cognit. delict. in titu. de homicid. ſimplici nũ. 11. vſque ad finem.* Vbi enim
35 † ſigna veneni aſſumpti ſunt manifeſta, & mors ſequuta fuit, & medicorum iudiciũ extat, quod præſuma erant veneno licet ab eis incognito confecta, alias enim nullo modo ſequi potuiſſent tam mali effectus prout ſup. Non eſt dubitandum, prout medici cum iuramento affirmarunt fuiſſe non ex veneno ingenito, ſed ex peſtiferis venenis in præſumis appoſitis illos miſeros miſerabiliter obijſſe. Et ita etiam ſi bene
36 conſideretur firmat † *Caball. de omni genere homic. nu. 615. & ſeq. vbi nu. 622.* concludit, quòd licet venenum poſſit contrahi nõ ſolum facto hominis, ſed etiam ex aere infecto, & etiam ex malo regimine vitæ, & humorum putrefactione, & corruptione, ex *Decia. tract. crimin. lib. 9. c. 24. ſub n. 4. verſ. cum autem in fi.* ibi illud tamen certum eſt, *& c. 26. num. 5. verſ. excuſabitur quoque & Grammatic. voto 30. ſub nu. 29. circa fin. verſ. ſuffragari ſatis apparet:* tamen ibi cõcludit, quòd
37 † venenum in corpore ingenitum paulatim facit ſuum effectum, propinatum vero repentente, & ideo inter ſigna veneni dati, &
38 non geniti hoc vnum eſt ſi ſtatim ſumpto cibo, vel potu cœpit mutari ſtatus corporis, & tradit *Decian. d. c. 24. poſt n. 4. verſ. cum autem in fine, & Caball. caſu 120. in fine, nu. 8. & Boſſ. in titu. de delict. ſub nu. 4. & ſeq. verſ. ea dicebam,* vbi quòd
39 in dubio † quando conſtat quod potuit mori, tam ex veneno ingenito, quàm propinato præſumatur mortuus ex exhibito, ſaltim vbi incontinenti poſt ſumptum cibum, vel potum incidit in maximam mutationem ſtatus, & aliquod ſignum extrinſecum apparuit, licet *Decian. d. c. 24. n. 21. verſic. monendi tamen ſunt impugnet dictum Boſſ. Caball. tamẽ vbi ſup. d. c. de homic. ſimpl. n. 628.* dicit quòd male eum reprehendit, quia ſunt
40 attendendę circumſtantiæ, † quæ perducunt nos ad cognitionem veritatis, & erit ſtandum iudicio
41 medicorum, † & in arte peritorũ, & vix eſt, vt poſſit haberi veritas aliter, quia eſt delictum difficile probatu, cum ſecretò ſoleãt fieri allegat *Foller. d. verſ. item quod ſororem venenauit nu. 14. verſ. præterea hi teſtes Plaz. de delict. lib. 1. c. 20. ſub nu. 10. verſ. eſt in eod. tract. ad fi.* ibi & argumento optimo, & nu. 11.
42 ſubdit quod † ex prædictis ſignis, & inditijs probatis Reus poterit ad mortem condemnari allegat *Caſtrenſ. d. conſ. 299. col. 2. & 3. ſub n. 2. & 3. lib. 2.* Quid autem in caſu iſto vbi non ſolum mutatio ſtatus incontinenti non quidem ex cibo aſſumpto, vel potu, ſed ex tactu, & odore tantum, bubonibus, & febre peſtifera ſubſequu-

quu-

Digitized by Google

quutis cum dolore maximo in capite, turbatione ſtupore, & tabeſcentia totius corporis, & tandem morte ſubſequuta infra tam breue tempus: quo caſu etiam
3 *Decian. d.c. 24.* † *in fine ſequitur dictum Boßij*, quòd ſi euidentes vrgerent coniecturæ contra Reum, vtiq; opinio Boſſij ſequenda foret, quam reprobando *Decianum*, qui eum reprehendit ſequitur *Caball. vbi ſup.*

Quibus ſic præſuppoſitis, & fundatis non fuit neceſſe ingredi ad quæſtionem illam, an ex præſumptionibus, & inditijs vrgen-
4 tiſſimis conſulto Principe † poſſit deueniri ad pœnam ordinariam etiam vltimi ſupplicij, de qua *Menoch. de præſumpt. q. 97. in fin. lib. 1. Farin. q. 86. nu. 114. in fin. & Burg. in tract. de mod. procedend. ex abrupto q. 23. n. 273. & alij per eos allegati.*

Et quidem licet in arbitrarijs in M.R.C. numquam deueniatur,
45 † aut rariſſimè ad pœnam vltimi ſupplicij, attamen in caſu iſto vbi
46 agitur de bono † publico totius Regni, quinimo totius Italiæ ad ad extirpandum peſtem, ſi caſus arbitrandus aliquando fuiſſet, iſte proculdubio cenſendus foret; Quod tamen diſcuſſum non fuit, quia ex prædictis tribus capitibus inquiſitionum contra dictum Dimitrium Græcum, habi-
47 tus fuit pro conuicto, & vti Reus prædictorum delictorum fuit cõdemnatus furcis ſuſpendendus vſque quo eius anima à corpore ſepararetur, & ita facta relatione per me Iudicem in cauſa cum interuentu Sp. Fiſci Patroni D. Iacobi Corſetto fuit determinatum, die ... Nouembris 10. Ind. 1626. & exinde executum.

SVMMARIVM.

1 *Actor qui produxit teſtes ſuper articulatis non poteſt cogere Reum, vt ſuper illis interrogetur.*

2 *Confeſſio ex contumacia non eſt propriè confeſſio, ideo Iudex debet interpretari, vt Reus ex ea non condemnetur.*

3 *Confeſſus vt dicatur Reus ex contumacia quinque requiruntur.*

4 *Intrigl. ſing. 76. n. 11. declaratur.*

5 *Capic. deciſ. 97. declaratur.*

6 *Menoch. conſ. 61. in fi. declaratur.*

7 *Iudex in ſummarijs cauſis poteſt interrogare Reum, tàm ante lapſum terminum, quàm etiam poſt factam concluſionem ex officio, & ad inſtantiam partis.*

8 *Poſitiones poſſunt produci, & admitti elapſo termino ad probandum, & poſt publicatas atteſtationes.*

ARGV-

Digitized by Google

pro confeſſo non haberi, niſi præcedat decretum ſiue ſententia, ex ſola enim non reſponſione nō habetur pro confeſſo, & ibi diſputat an ab huiuſmodi decreto detur appellatio, & non eſt caſus, de quo agebatur.

Intātum quod vna ſemel quod actor produxit eius teſtes, & fundauit eius intentionem, quantum potuit, ſi de probatis per teſtes habuit, & extruxerit copiam, non poterit amplius petere, vt Reus interrogetur ſuper poſitis, & articulatis, quia cenſetur huiuſmodi legali remedio renunciare allegabatur etiam ſuper his *Intrigl.ſing.76.*† *n.*11.*lib.*3. qui tamen loquitur in caſu diuerſo an ſcilicet poſitiones fieri poſſint poſt litem conteſtatam ante tamē publicationem, & dicit quòd ſic ex *Bart.in l.offidius ff.de leg.3. & alijs*. Quicquid *dicit ipſe* dixerit *Menoch.conſ.61.n.40.vol.1. & Capic.dec.* 97. † vbi ponendo quæſtionem quod actor in Burgen. debet ad petitionem rei declarare quomodo veniat, fuit in illa cauſa per conuentā petitum, qđ declaret ſi venit vt hæres, & fuit concluſum quod non teneatur hoc declarare, ex quo ſemel dixit, quod venit vt ſucceſſor, quare Aduocati incontinenti formarunt petitionem, vt actrix declaret, ſi eſt hæres, dicit quòd de ea non fuit habita ratio, nam oblata eſt poſt litem conteſtatam, quare non tenetur quis reſpondere per modum interrogatoriorum, ſed fuit dictum quòd faciat poſitiones.

Ex qua doctrina Capycij duo colliguntur. Primo quod facit ad intentionem deciſionis de qua agitur quod poſt litem conteſtatam per modum interrogatoriorum non tenetur quis reſpondere, licet in caſu Capycij caſus erat ad inſtantiam rei contra actorem, hic vero actoris contra reum, qui debet eius fundatam habere intentionem, quanto fortius poſt teſtium publicationem. Secundo colligitur quod nō fuit ſimpliciter concluſum, quod non poſſit facere poſitiones poſt litem conteſtatam, immo quod faciat poſitiones reus, & deducat eius iura, actrix enim ibi declarauerat petitionē ſuam, quod venerat vt ſucceſſor, & non tenebatur declarare, ſi erat hæres, non enim fuit habita ratio exceptionis rei, & eius petitionis, quia oblata poſt litis conteſtationem, in qua reus ſibi præiudicauit, dū actrix declarauit eius intentionem, vt ſucceſſor. Et eſt caſus valde diuerſus ab iſta quæſtione, quæ in præſenti caſu agitabatur,
6 & *Menoc.*† *d.conſ.*61.*in fine*, hoc clarius, & euidenter aperit, dum ait quod ſi interrogationes ſunt factæ lite iam conteſtata non ſunt recipiendæ, & allegat *Capyc.d.dec.* 97. q̃ ait fieri debere poſitiones.

Sed ex parte dictæ de Galaſſo dicebatur prædicta non procedere

re in cauſis ſummarijs,ſed in ordi rijs,nam in ſummarijs poteſt Iu-
7 dex † tàm ad inſtantiam partis, quàm ex officio,tàm ante lapſum terminum,quàm poſt etiam poſt factam concluſionem ſi fieri contingat interrogare partem, eamque cogere ad reſpondendum *cap. cum Ioannes de fid. inſtrum. Maranta in ſpecul. par. 4. diſt. 9 0. nu. 30. Scacc. de iud. cauſ. ciuil. & crim. c. 6 n. 1 2. verſ. & prædicta concluſio, tom.* 1. *Bellug. in ſpecul. Princip. rub.* 41. §. *leges Regni n.* 3 9. *verſ. ſed q̃ dicta ſunt.*

Quæ confirmantur etiam,quia
8 † poſitiones poſſunt produci, & admitti elapſo termino ad probandum, & poſt publicatas atteſtationes poſt alios dixit *Aſin. in praxi* §. 1 9. *cap.* 1 1. *num.* 4. *& per totum, Scaccia vbi ſupra n.* 9. & 10.

Quibus omnibus conſideratis die 17. Iunij 1627. fuit deciſum quod ſtetur cedulis iſtorum de Galaſſo, & D. Gregorij de Panormo contradictum de Rigio.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij pœna eſt vltimi ſupplicij.*

2 *Reſiſtentia fit etiam contra officialem non habentem annexam dignitatẽ.*

3 *Fiſcus agit pro reſiſtentia officialium, & officialis offenſus non poteſt remittere.*

4 *Teſtes debent ſubſcribere eorum depoſitiones, alias eorum dictum non valet.*

5 *Teſtium repetitio quomodo ſit facienda vt ſit valida.*

6 *Teſtes, qui ſignum non fecerunt (prout ſolet fieri) ſed vere fuerint coram Iudice repetiti fidem faciunt.*

7 *Sollemnitates leues iudiciorum in foro belli non admittuntur.*

8 *Identitas perſonæ eſt probanda in Inquiſitione rei, & delictis.*

9 *Iniuria facta vni ex ſocijs alteri dicitur illata.*

10 *Delictum inobedientiæ apud milites eſt per maximum.*

11 *Teſtis ſocius non facit fidem, quando iniuria illata ſocio fuit ex propoſito.*

12 *Teſtis inimicus nullam facit fidem.*

13 *Inimicitia capitalis, quæ dicatur Iudicis arbitrio remittitur.*

14 *Inimicus, vel conſanguineus inimici nullam fidem facit.*

15 *Teſtis falſus in vno præſumitur etiam in omnibus.*

16 *Vulneratus ſi deceſſerit propter eius malam curationem reus venit liberandus.*

17 *Gratia an requirat ſcripturam, & num.* 1 9.

19 *Deciſio quòd pro homicidio fuit reus condemnatus ſuper regijs triremibus per annos decem.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Exceptiones multæ adducuntur ad excuſandum Reum à pęna ordinaria homicidij.

DECISIO CCX.

GRegorivs Carta miles fuit proſequutus de duobus capitalibus delictis, altero ad inſtantiam patris occiſi, & alio ad inſtātiam Procuratoris Regij Fiſci de vulnere illato in perſonam Hieronymi Miedes cohortis capitis, qui dum in rixa, quam fecerat illum vellet reprehendere, & coercere illi vulnus lætale intulit, ex quo licet mors ſequuta non fuerit, attamen quia in eius Superiorem pro eius officij adminiſtratione illatum fuit, capitale delictum commiſſum fuiſſe ex parte dicti Procuratoris Regij Fiſci fuit prætenſum.

Et quoad primum duo teſtes fuerunt producti de viſu Simeon Alonſo, & Iaymus Saſtre, cum quorum dicto fundatā fuiſſe intentionem Fiſci intendebatur, etenim non ſolam mortem ſequutam, ſed cum reſiſtentia officialium, qui de ordine eorum Capitanei volebant carcerare quēdam Don Petrum, qui à ſocietate aufugerat, & dictus Gregorius ne illum caperent, reſtitit officialibus prædictis, & Hernandū de Luca vulnerauit, ex quo vulnere fuit mortuus: & de eius morte Alonſus eius pater querelā dedit.

1 De iure duo aggrauāt fundātq; fiſci intentionē mors ſequuta, & reſiſtentia officialiū, de morte pęna eſt vltimi ſupplicij, nā lex Corneliā homicidas vltore ferro ꝓſequitur, *§. idē lex Cornelia inſtit. de public. iud.* & ideo alibi dicitur homicida quod fecit expectet, *l. 3. C. de epiſc. aud. Clarus in §. homicidiū, n. 14 verſ. ſed quæro ꝙ ſit pęna, alios more ſuo cumulat Farin. q. 119. n. 12. & ſeq. & q. 126. n. 41.* quando homicidium eſt dolosū, ſeu culposū vbi benè examinat materiā.

2 De reſiſtētia eſt certū fieri ēt contra officialē nō habentē dignitatē annexā, vt de eo, qui reſiſtit Centurioni ſuo, qui eū volebat caſtigare, *l. milites agrū, §. irreuerēs, ff. de re milit. Vinc. de Frāch. dec. 403. Ball. de lit. diſpēſ. caſ. 7. n. 8.*

3 & pro huiuſmodi offenſa fiſcus agit, & officialis offenſus nō pōt remittere, fit enim iniuria Regi, quando fit officiali, *Boſſ. in tit. de iniur. n. 18. Gram. in conſtit. ſi qs ī poſterū, Luc. de Pen. in l. 1. col. fi. de cohortal. Princip. lib. 12. Iſer. in conſt. benef. & in cōſtit. vt participatio, Ball. de lit. diſpenſat. caſ. 7. n. 10. & 11.*

4 Sed ex parte rei plura excipiebantur aduerſus fiſci intentionem. Primo, quia non apparebat ſubſcriptio teſtium duorum deponētium de prædicta nece, &

licet appareat quodam ſignum Crucis, non tamen actuarius (prout ſolitum eſt) fidem facit eſſe ſignum teſtium; quo caſu fidem non faciunt teſtes prædicti allegabatur, Foller. *in ſua praxi prima par. ſecunda par: in verb. & demum repetantur teſtes curiæ, nume.* 13. vbi ait quòd non va-
5 let repetitio teſtium, † niſi formaliter ſit facta, videlicet lecta eiſdem eorum depoſitione, & ea ſubſcripta per proprias manus ipſorum, ſi ſcribere ſciunt, vel ſaltim per ſignum Crucis, quatenus neſciunt ſcribere, & ſubdit, quòd multi decipiuntur, quia non lecta depoſitione dicunt teſtibus an referant ſe ad priora dicta, qui dicunt quòd ſic, nam talis repetitio non valet, vt videtur velle *Bald. in l. final. C. plus valere quod agitur. Foller. citat Baiard. ad Clarum, §. final. quæſtio. 45. nume. 13. & Marius Muta ſuper Pragmat. Regn. titu. 20 Pragmat. 8. §. 6. num. 12. & 13. fol. 241.* ait quòd ita ſeruatur quod teſtis ſe ſubſcribat in pede depoſitionis, ſi ſcribere ſciat, vel ſi neſciat ſcribere faciat ſignum. ✠ Sicut olim erat mos etiam in inſtrumentis, & num. 13. ſubdit quod ſi aliquis teſtis eſſet tam ſimplex tunc per alium portetur eius manus, & hoc fit in præſentia teſtium ipſo mandante, & quod tunc commiſſarius ſcribit ſignum teſtis ſcribere neſcientis allegat *Lucam de Penna in l. nulli, §. omnia in verſic. mentione C. de numer. & actuar. lib. 12. Anellum de Bottis vbi Andr. & Afflict. in conſt. inſtrumentorum robur qui allegant §. 1. auth. de teſtib. & Jo. Ant. de Amicis conſil. 115.*

Sed erit conſiderandum quod difficultas huius dubij conſiſtit
1 in eo, an ſignum prædictum fuerit confectum à teſtibus, nam ſi
6 conſtat † quod ipſi verè depoſuerint, & huiuſmodi ſignum confecerint, licet actuarius non apponat illa verba (ſignum teſtis ſcribere neſcientis) non dicit *Follerius, nec Muta vbi ſupra*, quod dictum teſtis redderetur nullum, eiq; fides nō ſit adhibenda; cum enim prædicta eorum depoſitio fuerit capta coram iudice, & de eius mandato, & in præſentia, & cum interuentu Magnifici Procuratoris Regij Fiſci, & inde facta repetitione fuerit iterum lecta coram eodem iudice cum interuentu prædicto, & cum iuramento cōfirmata, licet adſit idem defectus actuarij, non propterea depoſitionibus dictorum teſtium erit fides deneganda, *Follertus* enim hoc non dicit, nec *Muta* poteſt dicere, eſſet enim maiorem fidem præbere actuario, qui dicit, ſignum illum ✠ eſſe teſtis, quàm iudici, qui teſtes mandauit recipi, & in eius præſentia cū interuentu Magnifici Procuratoris Regij Fiſci eos recepit. & eorūdem teſtiū, qui cum iuramēto bis huiuſmodi depoſitionem

præ-

7 præſtitere: & ſumus in foro belli, in quo adeſt amplitudo facultatis in modo procedendi, & agitur de leuibus ſollemnitatibus, & par ui momenti, quas ſeruare non tenemur iuxta notata per *Marſil. in praxi §. conſtare n. 26. Menoc. qui alios allegat de arbitr. lib. 1. q. 77. per totũ, & Camill. Lepid. in dec. Luccenſ. 32. verſic. ſed quando, quicquid de defenſionibus, vt ibi per eum Farinat. deciſio. 716. num. 1. & 2. part. 2. tom. ſecundo.*

Secundo ex parte rei excipiebatur non eſſe probatam identitatem perſonæ, † informationes enim fuerunt receptæ contra Gregorium Carta, & nihilominus teſtes eum vocant Chirigum Carta, ex not. per *Maſcard. concl. 875. verb. identitatem.*

8

Sed in hoc ſatis apparebat identitas, dum in Regia Vicaria facta recognitione per teſtes de Gregorio Chirico ſuper alio delicto vulnerum illatorum Hieronymo Miedes, de quo inferius recognitus, & interrogatus à teſtibus quomodo vocaretur, eſſetque eius nomen & cognomen dixit Gregorius Carta, & ita etiam confirmauit in eius confeſſione, licet de delicto non oĩno ſe innocentem reddat, dum immunitate eccleſiaſtica ſe iuuari in confeſſione, & exceptionibus intendat.

Tertio dicebatur dictos teſtes fidem non facere, quia erant focij itineris dicti Hernandi de Luca interfecti, & iniuria † facta vni ex ſocijs alteri dicitur etiam illata, & ſic tamque iniuriati fidem non faciunt, ex not. per Grammat. *deciſio. 25. num. 2. Camill. Lepid. deciſ. Rot. Lucenſ. 32. nume. 1.*

9

Nam reſpondebatur primo in facto quòd ipſi teſtes erant milites, & vti tales tenebantur obedire eorum Superiori, qui eis prçcepit, vt illum aſſociarent ad capiendum quemdam d. Petrum militem, qui à ſocietate aufugerat, & ſic non erant ſocij itineris, ſed milites inſeruientes eorum Superiori, cui ſi non obediſſent puniri poterant, & inobedientiæ † delictum commiſiſſent quod apud milites eſt per maximum *dicta l. milites agrum, §. irreuerens, ff. de re milit. & nos diximus deciſio. 170. nume. ſeptimo, libr. ſecundo.*

10

Secundò, quia tunc de iure in-
11 iuria † facta vni ex ſocijs alteri dicitur etiam illata, ita ut tamquam iniuriatus exinde fidem non faciat in eius dicto procedit, quando actus fuiſſet præmeditatus, & ex propoſito, ſecus ſi fuiſſet caſualis, ita poſt Felin. Angel. *& alios dixit Menoch. de arbitr. caſu 349. ſub num. ſexto, & Camill. Lepid. deciſ. Lucenſ. 31. verſ. ſed prçſuppoſito.*

Quarto excipitur contra alterum ex prædictis duobus teſtibus Simeonem de Alonſo,
12 quòd ſit inimicus † Rei, ſeu pro-

ſequuti, ideoque fidem non faciat *l. 3. ff. de teſtib. cum concord. de quibus latè Farin. q. 52. nu. 3. & ſeq.* cauſa autem inimicitiæ fuerat, quãdoquidẽ Gregorius de Alonſo frater prædicti Simeonis de Alonſo teſtis habuit quamdam rixam cum eodem teſte, & ad arma deuenerunt, & licet dicant teſtes Capitaneum exinde eos reconciliaſſe, ſubdunt tamen quod teſtis cum proſequuto ex cauſa dictæ rixæ cum fratre habita non ſe ſalutabant, & ſe ad inuicem, vt inimicos tractabant, quæ inimicitia ſic probata ſufficit ad repellendum teſtem, ſaltim vt ei non adhibeatur integra fides, & maxime in pena capitali per not. per *Farin. d. q. 52. n. 54. & ſeq. vbi n. 57*

13 quòd iudicis arbitrio remittatur, quando dicatur capitalis inimicitia, & quando non, & quid in reconciliato, vbi num. 63. ait quòd in omnem caſum inimicus, & ſi reconciliatus ad teſtimonium admiſſus non eſt omni exceptione maior ex Claro *ſ. fin. q. 24. verſ. ſed ſi ſequuta ſit recõciliatio in fine.*

14 Et inimicus† vel cõſanguineus inimici mei non probat contra me Farinat. *q. 53. maxime num. 34.* Item dicebatur prædictos teſtes nullam fidem facere, quoniam depoſuerũt quòd poſt diſceſſum cum triremibus fuerit mortuus infra biduum, & nihilominus per multos teſtes ſuper exceptionibus rei productos conſtat infra

15 dies 20. perijſſe, & falſus † teſtis in vno præſumitur in omnibus & maxime ſtante iuramento, & quo ad fidẽ plenã, & potiſſimũ ad infligendam penam ordinariam, Farin. *q. 67. n. 171. & 174.*

Prædicta multo fortius procedere dicebatur, quoniam ex pluribus teſtibus rei fuit probatum

16 dictum vulneratum † antequam triremes diſcederent ex vulneribꝰ incolumẽ quaſi redditũ, & nihilo minus transfetare voluit, & ſuper triremibus nõ potuit habere neceſſariam curationem, immo aliqua fecit in perniciem, & damnum eius ſalutis, ex quibus exinde poſt dies viginti mors ſequuta fuit, & ſic reus abſoluendus, ita poſt multos Farin. *q. 127. nu. 73. 95. & ſeq. Muta dec. 27. n. 5. & 29. à Placa in epitb. delict. lib. 1. c. 13. in fin.* & quando adeſt mala cura præſumitur mortuus non ex vulnere, ſed ex alia cauſa, *Anton. Monach. dec. Lucenſ. 15. vbi Additio*, & ſaltim redditur res dubia, vt non poſſit ſequi pena ordinaria homicidij *Farin. vbi ſup. n. 20. Muta d. dec. 27. n. 29.*

Quo vero ad ſecundum delictum, de quo inquiritur iſte reus de vulnere illato Hieronymo Miedes eius capiti Squadræ.

Excipiebatur ex parte rei, quia teſtes fuerunt recepti tempore quo ipſe aufugerat in eccleſiam, in quam ſtatim ac fuit commiſſum delictum ipſe accurrit, & licet exinde fuerit carceratus in

car-

Digitized by Google

carceribus Regij Palatij de ordine S. A. S. poſtea idem Sereniſſimus Princeps tãquam Chriſtianiſſimus Eccleſiæ cultor bene informatus mandauit, vt Eccleſiæ reſtitueretur, & licet interea temporis fuerint recepti huiuſmodi teſtes ſuper delicto, nihilominus non probant, quia dum gaudet, vel diſputatur an gaudere debeat immunitate eccleſiaſtica teſtes per iudicem laicum reo citato nõ ſunt recipiendi, & recepti ad eum condemnandum ſunt nullius momenti, ex tradit. per *Valaſc. dec. 81. Peregr. de immun. eccl. c. 14. n. 9.*

Item quia poſtquam conualuit vulneratus dictus Reus habuit de ordine Ill. Magiſtri militum eius arma, & conſequutus fuit ſtipendium, quod ei debebatur per Reg. Curiam, & tandem permiſſu eius officialium, & de eorum ordine ſuper triremibus vti miles acceſſit, & ad Hyſpaniam cum alijs ſe contulit inſeruiendo ſuper eius Societate vti alij milites, & inde in hoc Regnũ iterum ſe contulit bona fide, & vti agratiatus, poſtquam de ordine eius Superiorum S.C. Maeſtatis ſeruitijs vacauit; ex quibus præſumitur fuiſſe Reum gratiam conſequutus à S.A.S.

17 Et licet prædictis obſtet, quòd gratia † requirat ſcripturam per tradita per Riccium *collect. 1773 in fi. p. 5. vbi adducit Rotam dec. 331 Bellam dec. 246. Neguſ. in ſilu. reſp. q. 225. nu. 3.*

18 Tamen prædictis obſtat † quod multi, & non leuis auctoritatis Doctores tenent ſcripturam non requiri, Dec. *in Rubr. de conſtit. n. 12 & conſ. 169. Vitalin. in clement. dudum §. nos autem de ſepultur. Ioannes de Siluan. tract. de beneſ. par. 3. q. 22. Maſcard. concl. 845. verb. gratia nu. 10.* vbi conciliat opiniones, & *Neguſant. loco citato, nu. 17. Gomes. in reg. cancell. regul. de non iud. iuxta formam ſupplicat. q. 13. in princ. Pelliz. ad conſ. Auerſ. cap. fi. nu. 26.*

Sed certè quicquid ſit de iſta concluſione negari non poteſt, quin iſte reus dum è carceribus fuiſſet relaxatus, vt ſeruitijs S. Catholicæ Maeſtatis inſeruiret, prout de facto fecit, & bona fide in Regnum iterum acceſſit fide publica ſaltim tacita, quòd iterum de eodem delicto inquiratur, & fortius ad pœnam ordinariã euitãdã. ex trad. *per Farin. q. 90. in ſp. 1.*

Ex quibus † ſub die 10. Decembris 10. Indict. 1626. facta relatione Illuſtriſsimo, & Excellentiſſimo, Domino Marchioni Tabaræ Proregi meritiſſimo fuit dictus Gregorius Carta condemnatus ad remigandum ſuper Regis triremibus per annos decem.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum nō habet exequutionem paratam, niſi expreſſè à lege ſit nominatum, n. 27.*

2 *Conuentio extraiudicialis non meretur exequutionem.*

3 *Ritus cap. 101. c. 111. & c. 114. explicantur n. 22. 26. & 29.*

4 *Exequutionem non habet ſcriptura priuata per conuentionem partium, num. 4.*

5 *Capitula matrimonialia non habent pactum de non opponendo.*

6 *Capitula matrimonialia data à partibus Notario ad effectum illa publicandi non habet vim inſtrumenti publici.*

7 *Cenſus Bullaris non habet exequutionem, niſi à notario in publicam formam ſit redactus. quod declaratur num. 31.*

8 *Capitula matrimonialia data Notario publico, vt conſeruentur, ſi in eis fuerit conuentum paratam habere exequutionem, habent vim inſtrumenti publici.*

9 *Capitula matrimonialia ex partium conſenſu habent ſtipulationem.*

10 *Dos per ſtipulationem etiam abſenti acquiritur.*

11 *Clauſula, vnde pro omnibus & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poterit in futurum quid operetur.*

12 *Statutum ad inſtrumenta exequutioni mandentur habet vim etiam in tacitis ſtipulationibus.*

13 *Bartol. in l. 1. ff. de his quæ in teſtamento delentur allegatur pro affirmatiua.*

14 *Stipulatio ficta à lege magis operatur quam præſumpta.*

15 *Statutum diſponens quod inſtrumenta publica habeant exequutionem paratam ità vt non poſſint contra ipſa opponi niſi certę exceptiones, procedit etiam in ficta ſtipulatione.*

16 *Capitula matrimonialia habent viam exequutiuam cum pacto de non opponendo ſtante ſtatuto, vel conuentione partium, n. 19.*

17 *Scriptura priuata ex conuentione partium habet viam exequutiuam, & vim inſtrumenti publici, nu. 17. & clarius n. 18.*

20 *Pacta & ſtipulationes appoſita in ſcriptura, quæ habet exequutionem paratam, exequutiuè ſeruantur.*

21 *Clauſulæ acceſſoria ad contractum, illius naturam ſapiunt.*

23 *Contractus non eſt inſtrumentum publicum, ſed partium conuentio.*

24 *Scriptura priuata appellatione inſtrumenti continetur.*

25 *Verbum, promitto, inducit ſtipulationem etiam in ſcriptura priuata.*

28 *Inſtrumenta per conuentionem partium paratam habent exequutionē.*

30 *Pactum nudum in dote veſtitur legis auxilio.*

32 *Partes eorum fauori poſſunt renuntiare.*

33 *Cenſus bullaris poteſt conſtituti in teſtamento dato Notario ad conſeruandam abſq; eo quod per illum publicetur, dum in eo ſint appoſita ſubſtantialia bullæ.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Pactum de non opponendo an habeat locum in capitulis matrimonialibus traditis ad conſeruandum Notario, ſed non per eum ſtipulatis.

DECISIO CCXI.

IN cauſſis D. Petri Giglio contra D. Ioannem Agliata Baronẽ Solanti, & Michaelis Siſmundo contra D. Gaſparem Statella fuit dubitatum an capitula matrimonialia habeant viam exequutiuam cum pacto de non opponendo, & pignora ad diſcurſum vendendo ſi in eiſdem capitulis matrimonialibus hoc à partibus fuerit conuentum, vel neceſſe ſit, vt huiuſmodi pacta poſſint exequi quòd prius per Notarium publicum prædicta capitula in publicam formam redigantur, & ſtipulentur., prout ſolitum eſt.

Et prima facie videtur dicendum dicta capitula nullam habere paratam exequutionem, nec pactum de non opponendo, & pignora ad diſcurſum vendendo,
1 quandoquidem de iure communi nullum inſtrumentum etiam publicum habet paratam exequtionem, niſi expreſse à lege nominatum *l. minor 25. annis vbi DD. communiter ff. de minor. Theſaur. dec. 26. in princ. Aſin. de exequut. §. 1. c. 2. Cumi ſuper rit. 111. n. 22. Muta ſu per rit. 101. n. 1. Gratus diſputat. 45 nu. 17. lib. 3.* adeò vt nulla extraiudicialis conuentio exequutionẽ mereatur *Aſin. vbi ſup. in fin.* & hoc procedit etiam in inſtrumento dotali, *Gratian. d. diſcept. n. 17. & 18. Theſaur. d. deciſ. 26.* vbi de magis communi.

Item Ritus in cap. 101. adhoc
3 vt detur exequutio parata contra debitorem requirit quòd inſtrumentum ſit publicum, & in publica forma redactum, omniq; iuris ſollemnitate completum, quod de iure probet obligationem, & præſentem, & capit. 111. apertius declarat, quòd ſit ſcriptum manu Notarii, quæ quidem ſollemnitates cum in capitulis matrimonialibus deficiant, conſequẽter non poterunt exequi cũ
4 prædictis pactis. Neque enim per pactum fieri poteſt quòd ſcriptura priuata habeat paratam exequtionem, dum ritus requirit inſtrumentum publicum manu publici Notarii, *Cumi. ſuper d. rit. 101. num. 12. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 26. n. 6.*

5 Et licet aliqui DD. concedant paratam dari exequutionem dictis capitulis matrimonialibus, atta-

attamen denegant pactum de nõ opponendo,& pignora ad diſcurſum vendendo, *Giurb. ſuper conſuetud. Meſſan. c. 13. gl. 3. n. 26.*

6 Fortius, quia dum partes dederint prędicta capitula Notario ad effectum illa publicãdi ſibi præiudicauerunt, & verè ipſi cognouerunt non eſſe inſtrumentũ publicum, dum in publicam formã redactum non fuerit.

Prætereà prædicta procedunt fir-
7 mius in caſibus prædictis, quia exequutiones cauſatæ fuerãt pro interuſurijs decurſis cenſuum iuxta formam bullæ conſtitutorum in prædictis capitulis matrimonialibus,& nihilominus ex forma ipſius Bullæ, & Regiæ pragmaticæ requiritur ſcriptura manu Notarij in publica forma redacta, vt *ex Paulo de Caſtro in l. inſtrumenta de probat. & Abbat. in Rubr. de fid. inſtrum. dixit Blaſcus Lancea de cenſibus, n. 8.* & maximè, quia in eiſdẽ capitulis dicebatur conficiẽdum eſſe inſtrumentum cum capitulis in ſimilibus inſtrumentis cenſuũ apponi ſolitis, ergo non dicitur adhuc inſtrumentum, nec conſtitutio cenſus facta; niſi per partes iterum huiuſmodi capitula matrimonialia coram Notario publico in publicã formã rediganur.

Quę quidem argumenta, & rationes licet valida appareant, attñ cõtrariũ fuit reſolutũ in prędictis cauſis infraſcriptis rõnibus.

Quandoquidem capitula matrimonialia habentur loco inſtrumenti, ſi tamen per partes coram teſtibus fuerint Notario publico conſignata, vt cõſeruentur, & in eis fuerit cõuentum paratam habere exequutionẽ, capitula enim matrimonialia habent vim publici inſtrumẽti, & in eis verificatur ſtatuti diſpoſitio requirentis inſtrumentum publicum, *Ant. de Alexandro in addit. ad Neapod. in conſuetudine incipiente, quartam, tit. de iur. quarta tit. 9. ſub nu. 104.* vbi refert ita deciſum in Sacro Concilio, & *ibi Scipio Rouita, Affl. dec. 332. ſub num. 4. vbi Urſill. Molfeſ. ad conſue. Neapolit. p. 7. de iur. quartæ, q. 15. n. 10. to. 1. Grammat. dec. 103. in princ. vſq; ad num. 3. & nu. 7. Cumi. ſuper rit. c. 6. n. 87. & rit. 19. n. 86. & rit. 28. n. 419. Muta rit. 114. n. 26. Giurba in conſuet. Meſſanenſ. c. 3. glo. 5. p. 1. n. 32. & c. 13. glo. 3. n. 24.* ea ratione, quia dũ partes præſentes fuerunt, & voluerunt quòd dicta capitula matrimonialia habeãt vim publici cõtractus cum omnibus ſollemnitatibus, obligationibus, pactis, clauſulis, & renuntiationibus, iuramento, & maximè in exequutione fienda cum pacto de nõ opponendo, & pignora ad diſcurſum vendẽdo, ſtipulationem interueniſſe conſtat, *DD. in l. lecta ff. ſi cert. pet. Iaſ. n. 5. Cagnol. nu. 92. Menoch. lib. 3. præſumpt. 41. nu. 5. & conſ. 219. n. 17. lib. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1341. Mattheus Cuno de pact. c. 20. n. 15. & ſeqq.*

10 Et hæc concluſio in dote fortius habet locum, quia etiam abſen-

ſenti acquiritur per huiuſmodi ſtipulationem, *l. 1. C. rei vxor. act. Bertaz. de clauſul. clauſ. 28. gl. 9. n. 9.* tamen quia adfuit Notarius publicus, cui prædicta capitula conſignata fuere, in quibus fuit ap-
11 poſita clauſula; vnde pro omnibꝰ & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poterit in futurũ &c. q̃ operatur vt ſtipulatio interueniſſe dicatur *Bart. in l. 2. ff. rem pupilli ſaluã fore, Gabr. tit. de iur. dot. concl. 3. n. 6. Bertaz. de clauſ. clauſ. 18. gl. 5. n. 6. & ſeqq. Giurb. d. cap. 13. gloſ. 3. nu. 25.*

Prędicta confirmantur *ex doctr. Bal. in l. ad probationẽ la 1. C. de prob.*
12 vbi quòd ſi ſtatutum dicit quod inſtrumenta exequutioni mandẽtur, etiã tacitæ ſtipulationes mandantur exequutioni, quia præſumptio ſumpta ex inſtr̃o reputatur eius tenor *l. iuriſgentiũ, ff. de pact.* vbi Addit. ait quod ita ipſe conſuluit, & fuit eius primũ conſiliũ ex cõmiſſione Iudicis, idẽ etiã tenet *in l. 1. §. vt plenius C. de rei vx. act. Fel. in c. 2. verſ. 7. intellige extra de probat.* vbi quòd in hoc teneť opinio *Bal. Boer. dec. 221. n. 5. & communem dixit Barbat. in repet. C. qui admitti.*

13 *Quin immo Bar. in l. 1. ff. de his quę in teſtam. delent.* licet à nõnullis pro negatiua allegetur, tñ à pluribus pro affirmatiua adducitur, vt refert *Caroc. de excuſſ. bonor. q. 6. p. 2.* vbi eum pro affirmatiua allegat, & tenet quòd tale inſtrumentum habet exequutionem paratam in ſtipulatione à lege inducta, & refert communem.

Facit etiam doctrina *Iaſ. in §. fuerat inſtit. de act. Fabr in § fi. inſti. de fideicommiſſ. hered. Affl. in conſtit. in cauſa depoſiti 2. col. verſ. 3. quaero adductt per Fim. ſuper rit. c.* 110. vbi etiam incertus Autor, & ita fuiſſe deciſum, refert *Muta ſuper rit. 113. n. 26.*

Et ad propoſitum erit notanda doctrina Bal. *Nouell. de dot. priuil. 2. p. 6. n. 10. vbi quod tex. in d. l. 1. §.*
14 *Et vt plenius* loquitur de ficta ſtipulatione cum hoc ſit magis vtile mulieri, & etiam viro, quòd fingatur ſtipulatio, & non præſumatur cũ valdè inter ſe differant fictio, & præſumptio, ſi enim ſolũ præſumatur ſtipulatio, non autẽ fingatur à lege poſſet probari contrarium per id quod habetur *in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. & per gloſ. in l. final. ff. quod met. cauſ. & ibi allegando doctrinam Bald. in d. l. prima,*
15 ſubdit, quod ſi ſtatutum diſponeret quod inſtrumenta publica habeant exequutionem paratam, vt non poſſint contra ipſa opponi, niſi certæ exceptiones, vendicabit ſibi locum etiam in ficta ſtipulatione reſultante ex dicto inſtrumento, ſequitur ergo neceſſariò dicendum, quod cum in capitulis matrimonialibus ſtipulatio fingatur, & adſit ſtatutum quod contra inſtrumenta publica non opponantur, niſi certæ exceptiones ex alio inſtrumẽto ex prędicto c. ritus 110.

16 quod dicta capitula matrimonialia habeant viam exequtiuam cũ pacto de non opponendo; vnde *Farinat. in dec. Rot. Roman.* impreſſis primo loco, vſque ad an-
17 nũ 1610. dec. 98. ait quòd partes poſſunt facere, vt ſchedula priuata habeat vim inſtrumenti publici, & dare viã exequtiuã in omnibus, prout in obligatione Camerali. Et ea poteſt eſſe ratio, quia lex & conuentio æquiparantur *l. fi. C. de Reb. alien. l. cum quaſi §. ſi plures, ff. de fideicom. libertat. vbi Alber. Rebuff. de liter. obligat. art. 6. gl. 3. nu. 27. Coler. de proceſſ. exeq. c. 5. nu. 50. verſ. accedit, & illud, Aſinius §. 1. c. 15. nu. 3.* & idem Rebuff. clarius
18 aperit etiã quod ſit appoſitũ pactum in inſtrumento non authentico, nec ſigillato dummodo hoc ſit actũ inter partes *ĩ prædicto ti. ar. 6. n. 28. & Coler. ubi ſup. nu. 41. verſ. qđ ampliat, Aſin. n. 5. Ameſcua de poteſt. in ſeipſum lib. 2. c. 21. nu. 3. & ſeqq.* qui alios allegat, & faciunt notata per DD. *in l. creditores, C. de pignor.*

19 Sequitur ex his quòd cum capitula matrimonialia habeant annexam ſtipulationẽ, & viam exequtiuam, ſi in illis adſit cõuentio partium ſuper pacto de non opponendo, & pignora ad diſcursũ vendendo, illa etiam habere locũ, & exequẽda eſſe tãquã acceſſoria
20 ad viã exequtiuã, nam pacta, & ſtipulationes appoſita in ſcriptura, quæ aut de iure cõmuni, vel municipali, ſiue de conſuetudine habet executionẽ paratã, exequtiuè ſeruãt, maxime ſi fuerint conuẽta in modo procedendi exequtiuè, omnia enim pacta, quæ in confirmationem ipſius inſtrumenti, vel alterius ſcripturæ loco inſtrumenti ſeruari debent, prout tota met ipſa ſcriptura ex notat. *per Surd. conſ. 20. n. 12. & conſ. 113. n. 1. & cõſ. 114. n. 6. Cumi. ſuper rit. 37. n. 85. & 87. quem refert Burg. in tract. de laudim. inſpect. 40. n. 68.* vbi audet di-
21 cere quod id nemo ſani capitis, audebit negare, *Maſtrill. dec. 157. nu. 12.* clauſulæ enim acceſſoriæ ad contractum illius naturam ſapiunt, latè *Gabr. in tit. de clauſul. concl. 10. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 64. n. 6. & priuil. 49. n. 11. Cagnol. in l. contractus, n. 109. ff. de reg. iur. Urſil. ad Affl. dec. 283. n. 3. Burg. in loco præallegat. n. 69.*

22 Facit etiam diſpoſitio *Ritus c. 114.* vbi dat viam exequtiuã cõtractibus dotalibus, & alijs, prout in eodẽ capitulo cõtinetur, & demum vbi ex pacto eſt adiectum in contractibus quod fiat exequtio breui manu, ſed contractus nõ eſt inſtrũm publicũ, ſed ipſa partium cõuẽtio, *Bar. in l. ſi qs legatũ ff. ad l. Cornel. de falſ. Alder. Maſcard. de gñali ſtatutor. interpetr. cõcl. 7. n. 9.* ſcriptura. n. priuata ex proprietate ſermonis appellatione inſtrĩ cõtinet *Bar. in l. 1. n. 2. ff. de iureiur. pp calũniã Bal. in l. 1. n. 6. C. de iureiu. Dec. ĩ Rub. n. 15. de fid. inſtr. Menoc. lib. 3. pſum. 41. num. 8. Gõzal. var. quæſt. c. 34. n. 6. 7. & ſeq. vbi n. 8.* dicit qđ per

ver-

verbũ, ꝓmitto, inducit̃ ſtipulatio ẽt in ſcriptura priuata, & teſtat̃ de cõmuni, prout etiam illam adducunt Menoch. & Maſcar. vbi ſup.

26 Non ſolum ergo ex conuentione partium, ſed etiam ex forma ritus huiuſmodi capitulis matrimonialibus dicimus paratam exequutionẽ concedi, prout conſequẽter pactum de non opponendo, & pignora ad diſcurſum vendendo, tanquam acceſſoria ad viã exequutiuã, ſi in eiſdem capitulis matrimonialibus contineantur, concedenda eſſe firmandum erit.

27 Non obſtant adducta in contrarium. Nam licet regulariter inſtrumenta de iure cõmuni paratã exequtionẽ nõ habeant, *d. l. minor 25. annis, ff. de minor.* attamen non

28 procedit ſi adſit pactũ, ſtatutũ, vel cõſuetudo in contrariũ, *Boer. dec. 295. nu. 10. & ſeqq. Coler. de proceſſ. exequ. li. 1. c. 3. 4. & 5. Aſin. de exeq. §. 1. c. 5. maximè n. 5.*

29 Nec ritus contrariũ diſponit vbi ex pacto, & cõuentione partiũ datur exequutio, quia *vt ſup. dixi c. 114. inf.* diſponitur exequutionem breui manu cõcedi, & ibi, ita *dixit Cumi. n. 120. & Mut. n. 40.* & contraria procedunt vbi nõ ad

30 eſt partium conuentio, quòd fortius procedit in dote, vbi pactum nudũ veſtitur legis auxilio, *l. iuriſgentiũ, §. igitur nuda, ff. de pactis*, quã ſequutus eſt poſt alios *Annibal Coronatius de pact. & contractibus pactorum diuiſio. fol. 133. n. 24. & n. 135. fol. 156. & fol. 157. n. 142.*

Cum ergo ex cõuentione partium detur via exequtiua prout ex prædictis firmatũ eſt, non eſt dubium dari ẽt pacta ad opponẽdum, & pignora ad diſcurſum vẽdendũ, quæ ſunt conſequtiua ad ad viam exequtiuã, vt ſuperius oſtendimus.

31 Nec etiam obſtare videtur illud quòd exequutiones prædictæ cauſatæ fuerint vigore cõtractus ſubiugatorij, ſeu cenſualis cõfecti in prædictis capitulis matrimonialibus, & quòd ex forma bullæ, & Reg. pragmaticæ requiratur ſcriptura publica, vt prædicti cenſus exequutio locum habeat, quãdoquidem data conuentione partiũ ceſſant prædicta, quæ tantũ reſpiciunt modum, & formã procedendi, quæ cũ ſit inducta ad fauorem, & commodũ ipſarũ partiũ, ipſæ eorũ fauori renuntiare poſſunt, *c. ſi diligenti de for. compet. Aſin. de exequtionib. d. c. 15. §. 1. num. 4. & poſt Bar. in l. ſi quis in cõſcribendo, num. 3. ubi Salic. C. de pact. Coler. d. c. 5. n. 66.*

33 Hinc videmus quòd cẽſus bullaris poteſt conſtitui in teſtamento, quod fieri põt per teſtatorem abſq; eo quod publicetur per Notarium, & eidem Notario publico dari poteſt ad conſeruandũ, & habet vim, & robur veri cẽſus annui dum in eo ſint appoſita ſubſtãtialia bullę, & Reg. prag. ꝓut erat in caſibus ꝑdictis, ꝓut dixit *Addit. ad Greg. de cenſ. q. 5. n. 185. & ſeqq.*

Nec ꝓ modo fuit neceſſe ingredi ad examinationẽ quæſtionis ꝓpoſitę

poſit per *Maſtrill. in d. additione*, q a alias Deodate de ea diſcutiendum erit, dum examinandum venerit an exequutio fiat contra tertium vigore contractus cenſualis conſtituti in capitulis matrimonialibus licet pro modo ſtantibus prædictis, quod poſſit fieri prædicta exequutio etiam contra tertios videatur tutior, & in praxi receptior opinio, quicquid dicat *Amatus var. reſol. reſol.* 8,

Ex quibus omnibus diſcuſſis in Tribunali M.R.C. fuit deciſum ſub die 15. Februarij 1625. pro exequutione dictorum capitulorum matrimonialium cum pacto reiectiuo, prout per ipſas interloquutorias melius eſt videre.

SVMMARIVM.

1 *Mater admittitur ad tutelam cum ſola iuratoria cautione. Contrariũ num. 3.*

2 *Matri lex maximè confidit.*

4 *Mater non eſt admittenda per iudicẽ ad tutelam abſq; fideiuſſione.*

5 *Mulieres dicuntur à mollitie, & variae et mutabiles ſunt.*

ARGVMENTVM.

Mater, quæ vult eſſe tutrix, an non data fideiuſſione cum ſola iuratoria cautione poſſit ad tutelam admitti.

DECISIO CCXII.

DVbitatum fuit an mater, quæ vult eſſe Tutrix eius filiorum poſſit admitti ad tutelam cum ſola cautione iuratoria, vel fideiuſſionem præſtare debeat.

1 Et prima facie videbatur debere admitti cum ſola iuratoria cautione, & quod ſufficiat, quod non ſit indigens, vel ſuſpecta, non enim de facili fideiuſſores inueniuntur, & tenderet in præiudicium filiorum matrem, quæ fideiuſſores inuenire non poſſet, ad tutelam admitti non poſſe, cuius induſtria lex confidit pro filijs ad
2 tutelæ munus Authent. Matri, & Auiæ, & ita in terminis dixit *Gaſpar Theſaur. quaeſt. forenſ. 21. n. 2. 5. & ſeqq. lib. 1. & n. 7. verſ. contrarium aſtruentes, & verſ. vt ſcilicet, qui allegat Oſaſc. dec. Pedemont. 13. nu. 4. Paſcal. de patr. poteſt. c. 10. p. 3. n. 18. qui loquitur in matre, & auia, Scrad. de feud. p. 10. ſect. 20. n. 326. verſ. idem quoque iuris eſt in matre, Riminald. conſ. 812. nu. 15. 16. & 17. & n. 48. Bonifac. Roger. conſ. 28. n. 4. 6. 10. & n. 21. in fi. verſ. ſola iuratoria*

ria cautio, & n. 3 o. vſque ad finem.

In contrarium tamen eſt veri-
3 tas per tex. *in §. fi. ibi*, & fideiuſſionibus dandis, *Auth. & ſine prohibit. matres collat. 7. vbi gl. in verbo*, dandis, ait, ſcilicet, rem pupilli ſaluã fore, & ita per illum tex. dixit *Guttier. de tutel. c. 12. n. 16. verſ. caeterum p. 1.* vbi alios allegat, *Galganett. de tutel. lib. 3. q. 21. Conuerſan. de legit. patronor. tutel. n. 13. vbi reprobat Theſaur. d. quaeſt. forenſ. 21. & Roger. d. conſ. 38.* & ait eorum opinionem falſiſſimam eſſe ex prædicto text. & quòd hoc tenet *Riminal. d. conſ. 812.* qui licet contrarium teneat id fuit in caſu ſuo ex multis circunſtantijs, quæ ibi aderant idem firmat *Montan. de tutel. in tit. de ſatiſdat. tutor. vel curat. regul. 7. n. 22 & 134.* vbi quod mater omnino ſatiſdare cogatur, *Muta ſuper conſu. Panorm. 10. n. 69.* vbi allegat *Riminald. conſ. 70.* & ait quod rariſſimè & quaſi nunquam obſeruatur qđ cum ſola iuratoria cautione mater ad tutelam admittatur, nec Iudex erit ita ſupinus, vt abſque fideiuſſione penes eam tutelam relinquat. *Barbat. conſ. 11. in fin. lib. 3.*

Et ita per prædicta fuit determinatum in M. R. C. in cauſa D. Franciſcæ la Farina, quæ exindè infra paucos menſes ad ſecundas nuptias conuolauit, quod ad tutelam nõ admitteretur, niſi prius præſtita fideiuſſione.

Et licet in Cur. Prætoriana aliquando contrarium ſeruauerint, Iudices tamen per prædicta animaduertere debent, quod litem ſuam non faciant, debent enim pupillorum indemnitati proſpicere, licet enim iura confidant de matribus, hoc tamen intelligitur cum fideiuſſionibus neceſſarijs, mulieres enim ſunt variæ, & mutabiles, iuxta illud Virgil. *Æneid. lib. 4.* varium, & mutabile ſemper fœmina. mulier enim dicitur à mollitie mentis, & varium, & mutabile teſtimonium profert.

Ideo *Galganet. de tutel. quaeſt. 20. lib. 3. num. 1. in fine, & quaeſt. 22. num. 7. in fine*, ait, quod quando mater non poteſt ſatiſdare, non admittitur cautio iuratoria, ſed dabitur adiunctus, qui poterit ſatiſdare.

SVMMARIVM.

1 *Terminus menſis vnius poſt aperta puncta, & concluſum in cauſa datur in cauſis feudalibus.*

2 *Cauſæ feudales dicuntur cauſæ magnæ, & magnarum rerum.*

3 *Termino ad allegandum dato, poſt terminum fieri poßunt allegationes iuris.*

4 *Terminus ad diſputandũ in cauſis feudalibus non ex forma ritus, nec de iure communi datur, ſed ex ſtylo in M. R. C. inueterato.*

Om-

5 *Omiſſio termini ad diſputandum non eſt tuta, & ex ſtylo inducit nullitatem.*

6 *Terminus ad diſputandum ſufficit ſemel dari etiam mutatis iudicibus.*

7 *Terminus dierum quindecim poſt terminum menſius vnius ad diſputandum non eſt de ſubſtantia.*

8 *Proceſſus feudalis an ſit per omnes quatuor Iudices videndus ante terminum ad diſputandum, vel ſufficiat quod viſo per tres ex Iudicibus, per quartum videatur poſt termini dationem.*

9 *Apices iuris in M.R.C. non ſunt admittendi.*

10 *Onus videre faciendi ſcripturas proteſtatas pro deciſione cauſæ eſt proteſtantis.*

11 *Terminus ad diſputandum fuit validus declaratus etiam quod non fuerit ante termini dationem viſus per quartum Iudicem.*

ARGVMENTVM.

Terminus menſis vnius ad diſputandum in cauſis feudalibus quomodo ſit dandus.

DECISIO CCXIII.

1 TERMINVS menſis vnius † poſt concluſum in cauſa, & aperta puncta datur in cauſis feudalibus, qui terminus datur Aduocatis vtriuſque partis ad diſputandum in cauſa coram Excell. Domino Prorege, ſeu M.R.C. licet ex forma Ritus talis terminus non ſtatuatur, nec dari ſoleat in alijs cauſis allodialibus, &
2 ratio potuit eſſe, quia cauſæ† feudales dicuntur cauſæ magnæ, & magnarum rerum, vt ait *Bal. in l. in bonæfidei, 2. col. C. de reb. cred. Petr. de Greg. de iud. cauſ. feud. q. 16. verſ. & in tantum. Cumia ſuper Ritus c. 7. 6. n. 13.*
3 vbi ait quod dato termino † ad allegandum etiam poſt terminum fieri poſſunt allegationes ex *Bal. in auth. iubemus, nu. 4. C. de iud.* Sed tantum ſit dicta citatio ad dicendum, & allegandum ad effectum, vt veniant Aduocati vtriuſque partis ad diſputandum ſuper dubijs cauſę coram Iudice ante prolationem ſententiæ, quoniam diſputando, & merita cauſæ diſcutiendo veritas magis eluceſcit, Giurb. deciſ. 68. vbi diſputat an terminus ad diſputandum in cauſa ſpolij de recenti ſuper feudo ſit dandus, & an eo prætermiſſo ſententia ſit nulla, & ibi diſputat quęſtionē. Sed veritas eſt quòd pręs
4 dictus terminus † in cauſis feudalibus non ex forma Ritus, nec de de iure communi datur, ſed ex ſtylo in M.R.C. inueterato, de quo omnes cauſidici teſtatur Petr. de

Greg.

Greg. Cumia vbi ſup. & Muta ſuper ritu c. 135. qui ſe remittit ad *Petr. de Greg. d. q. 16.*

Et quicquid ſit in ſpolio, de quo in præſenti cauſa non ageba
5 tur, in alijs cauſis omiſſio † prædicti termini non eſſet tuta, & quia contra ſtylum antiquiſſimum, & in omnibus feudalibus cauſis ſeruari ſolitum induceret nullitatẽ, quod confirmatur *ex §. 35.* nouiſſime Pragmaticæ editæ per Illuſtriſſimum Comitem Caſtri, per quam ſtatuitur, quòd terminus
6 prędictus menſis vnius † ſufficiat ſemel dari etiam mutatis Iudicibus, & terminus dierum quinde-
7 cim non ſit † de ſubſtantia proceſſus, ex quo ſequitur menſem eſſe de ſubſtantia, & quod ſemel tantum ſit erogandus.

Sed in cauſa de qua agebatur inter Don Vincentium la Farina Baronem Aſprimontis, & Ill. Comitem Yſnelli terminus ad diſputandum fuerat datus poſt concluſum in cauſa ex parte Baronis, ſed de duobus dubitabatur pro nullitate termini prædicti. Primò quòd prædictus terminus fuerat datus non viſo proceſſu per omnes † quatuor Iudices, ſed tan
8 tum per tres ex Iudicibus, & cõſequenter non poterat cauſa diſputari coram omnibus, quia per quartum Iudicem proceſſus non fuerat adhuc viſus.

Secundò, quia in prædicta cauſa à principio fuerat proteſtatus quidam alius proceſſus vertens inter dictum Ill. Comitem, cum eius ſororibus pro dotibus de paragio, qui proceſſus non fuerat miſſus ad Sp. Iudices, ideo dicebatur non fuiſſe, nec potuiſſe aperiri puncta cauſæ prędictæ non viſis adhuc omnibus ſcripturis.

Ad quæ tamen ex parte Comitis reſpondebatur. Et quoad primum † quòd non fuerat viſus pro-
9 ceſſus per omnes quatuor Iudices non eſſe neceſſarium per omnes Iudices videri proceſſum, ſed ſufficere viſionem trium Sp. Iudicum, & quòd exinde ante deciſionem cauſæ videatur per quartum Iudicem, qui melius cum informatione Aduocatorum in termino ad diſputandum poterit illum recognoſcere, & expedire; etenim vt præcitati Doctores loquuntur non eſt conceſſus ex ſtylo curiæ huiuſmodi terminus ad protelandũ cauſarum expeditionẽ, ſed vt diſputando, & merita cauſæ diſcutiẽdo veritas magis eluceſcat; quinimò ex parte Baronis in quadam eorum ſupplicatione fatebatur ſufficiens eſſe videri proceſſum per tres ex Sp. Iudicibns, & ad quartum fuiſſe miſſum, quod fieri poteſt, dum cauſa diſputatur, & melius, vt diximns: & in
10 M. R. C. non ſunt admittendi iſti iuris apices maximè in termino, qui non eſt ex forma Ritus introductus, ſed ex ſtylo iuri communi non conforme, nec ſuper eo, quandoque fuit pronuntiatum,

vt

vt notat *Giurb. d. deciſ. 68. num. 14. & 15.*

Quo vero ad ſecundum quòd non fuerat viſus proceſſus confectus cum alijs, ſed proteſtatus pro expeditione cauſæ cum ſolutione iurium Magiſtro Notario M.R.C. reſpondebatur ex parte Comitis, quòd prædictus proceſſus non poterat collationari cum proceſſu huius cauſæ, quia con-
11 fectus cum alijs, & onus videndi huiuſmodi ſcripturas, ſiue proceſſus erat Baronis proteſtantis, qui proceſſum cauſæ collationari fecit, & miſit Iudicibus abſque ſcripturis proteſtatis: fortius q.a iura prædicta fuerant ſoluta Magiſtro Notario M.R.C. pluribus annis retro circiter triginta, & elapſo anno omnes ſcripturæ ſolebant redigi in Archiuium Magnum ſcripturarum, quę conſeruantur in aula Regiæ Dohanæ, vbi ad præſens moratur. Sanctum Inquiſitionis Tribunal, ideo oneri Baronis proteſtantis erat curare, vt à Iudicibus viderentur; aliàs ſequeretur in cõueniens, quòd partes, quæ cauſam expedire nequirent ſibi proteſtarentur multos alios proceſſus, quos pars contraria ſuis teneretur expenſis, & laboribus per Iudices videri facere; quod Cauſidici probi, & experti confirmarunt, & ita ſeruandum eſſe, ne detur occaſio lites immortales faciendi, parteſq; nouis verſutijs vexandi.

Vnde attentis præmiſſis, & maximè quod cauſam non cæperant Aduocati diſputare, & diſcutere, & poſtquam illam in voce diſputando laborent, in ſcriptis iuris informationes daturi eſſent, in quibus per aliquos menſes immorari neceſſe erat; Viſum fuit
12 † prædictum terminum validum declarare, prout validus declaratus fuit per Spect. D. Antonium Claramonte, Octauium Reario, D. Carolum Agliata, & per me Iudices in cauſa ob ſuſpitionem M.R.C. facta prius relatione Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Marchioni Tabaræ Proregi digniſſimo die 17. Septembris 1626. x. Indict.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuticatione facta debetur laudimium.*

2 *Dotis priuilegio laudimium non debetur.*

3 *Mater non tenetur dotare, ſi pater hẽt in bonis pro dote filiæ.*

4 *Mater ſi dotet res emphyteuticas debetur laudimium; quia reputatur, vt extranea.*

5 *Emphyteutica bona ſi transferantur in alium etiã titulo dotis, donationis, diuiſionis permutationis, legati, & ſimilium ratione laudationis noua inueſtitura debetur laudimium.*

Lau-

1 *Laudimium debetur ob immiſſionem in poſſeſſionem rei emphyteuticæ.*
Domino expedit, vt nouus emphyteuta ſe obliget ad ſolutionem penſionis, quia contra eum nõ habet perſonalem actionem.
8 *Traditio rei vera facta præfertur cõſtituto etiam quod per antea fuerit confectum.*

ARGVMENTVM.

Laudimium an debeatur ex dotatione facta per matrem, & ex adiudicatione nulliter facta.

DECISIO CCXIIII.

IN cauſa Chriſtinæ de Fatio, cũ Franciſco Manuele fuit dubitatum an deberentur tria laudimia per eam petita à dicto de Manuele.

1 Primo.n.petebaẽ laudimiũ de emphyteuticatione facta quarũdẽ domorũ in an.1597.cuidã de Stylo, ex qua emphyteuticatione deberi laudimiũ non eſt ambigendum, *ex not. p Burg. de laudi. q alios allegat p. 2. inſpect. 31.* negari.n.non põt iſtã ſub cõceſſionẽ eſſe alienationẽ, & cõſequẽter requiri cõſenſum dñi, & ppea deberi laudimiũ, de quo *Valaſc. in tract. de iure emphyteutico q. 13. n. 11. & q. 38. n. 7. Carol. Brancard. de laudi. notab. 11. Borell. in compend. dec. tit. 35. n. 100.*

Sed ex parte conuenti dicebaẽ nõ deberi huiuſmodi laudimiũ, qñquidem ꝯ prius in anno 1595. ſocrus dicti de Manuele dotauerat pdictas domos, & cõſequenter ipſa nõ poterat eas concedere ad emphyteuſim, & quia fuerãt dotatę, dotis priuilegio
2 laudimiũ non deberi, *ex not. p Amod. de Põte in q. laudemialibus q. 29. & latè Burg. vbi ſup. inſpect. 12. p tot. Brãcard. vbi ſup. not. 29. p tot. Borell. d. tit. 35. n. 50. & ſeq.* Sed erit aduertendũ ad pdicta p vera deciſione cauſæ, qđ ma
3 ter nõ teneẽ dotare, ſi pater hẽt in bonis p dote filię, & reputaẽ, vt extranea, *ex not. in l. neq; mater C. de iur. dot. & nos diximus ſup. dec. 203. n. 3. et 4.* & conſequenter ſi dotet res emphyteu
4 ticas debeẽ laudimiũ, ſicut ſi eſſet filia dotata ab extraneo, *ex not. p Burg. d. inſp. 12. n. 23. Amod. a Põte q. laude. q. 29. n. 7. & melius idẽ Burg. inſp. 5. n. 10 lib. j.* vbi quod † ẽt ſi titulo dotis do-
5 nationis pmutationis, diuiſionis legati, & ſimiliũ trãſferaẽ bona emphyteutica debeẽ laudimiũ rõne laudationis nouę inueſtiturę, ac immiſſio-
6 nis in poſſeſſionẽ rei emphyteuticæ nouiter acquiſitę, dño.n.expedit, vt
7 nouus emphyteuta ſe obliget ad pẽſionẽ, cum alioquin contra eum non competat actio perſonalis, *Cabal. cõſ. 173. n. 2. & ſeq. Mantica de tac. & ambig. lib. 22. tit. 28. n. 2. & 3.*

Itẽ in caſu pdicto alia pt cõſiderari rõ, qa dicta ſocrus d. de Manueli erat illa, q̃ poſſidebat d. domos emphyteuticas, tamq̃ dña, & licet illa appareat dotaſſe, nihilominus nõ apparet q dederit verã & realẽ poſſeſſionem dictarũ domorũ, ſed domos pdictas exinde ad emphyteuſim cõceſſit cũ obligatione euictionis in forma: quo caſu duę ſequuntur cõcluſiones, prima qđ is, q conſtituit poſſidere noĩe alterius, put fuit factũ p dictã mulierem in contractu dotis, ſi bona non tradiderit, & exinde illa vendiderit,

L vel

vel ad emphyteuſim cōceſſerit, iſte reus cui res tradita fuit dr̄ pferri ita *Tiraq. de conſt. p. 1. n. 14. & n. 21. & 3. p. 14. lim. et eſt tex. in l. ſiue aut §. ſi duob9 ff de act. empt. & l. quoties, C. de reiuēd. cum ſim il. Giurb. dec. 59. n. 3. & dec. 80 n. 18. Riccius dec. 177. par. 1.*

Secūda cōcluſio erit qđ ſi qs alteri donat, vel dotis noīe cōſtituit, cum non ſit obligatus dotare (qđ donatio dr̄) & exinde vendat, & ſe obligat ad euictionem iſte ſecundus præfere tur, & remanebit in poſſeſſione, *ex not. per prædictos vbi ſup.*

Ex qbus ſequit̄ qđ laudimiū pdictū debeat̄ non obſtāte prædicta dotatione, qa non apparuit pdictum de Manuele habuiſſe poſſeſſionē pdictarū domorum ex contractu dotali facto p ſocrū, ſed poſſeſſionem habuit, vel hr̄e debuit emphyteuta, cui Ioanna Trāchida ſocrus conceſſerat ad emphyteuſim, q̄ ſemper habuit poſſeſſionē non obſtāte pdicta dotatione, nā laudimium nō debet̄, niſi capta reali poſſeſſione. *Burg. de laudi. p. 2. inſpect. 45. n. 9. & 46. Borell. loco cit. n. 25* & ante traditionem res dicitur eſſe apud ipſum emphyteutā latè *Giurb. d. dec. 80. n. 16. & ſeq.*

Ex qbus non fuit neceſſe ingredi ad diſcuſſionē ſecundi laudimij petiti ex dotatione facta p matrē, qn̄quidē aut mater trāſtulit poſſeſſionē ex dotatione p eā facta, & qa non tenebat̄ dotare reputat̄, vt extranea ex p-

3 dictis, & debebatur laudimium, aut non trāſtulit poſſeſſionem, & in emphyteuſim conceſſit domos pdictas, & ex iſta emphyteuticatione debebatur laudimium, vt ſupra dixi.

Tertium laudimiū petebat̄ ex adiudicatione facta p eādē Ioannā Trāchida p reſtitutione ſuarum dotiū, quas tn̄ exinde compertum fuit ſolutas fuiſſe, ideo ſecundū decretū fuit

4 declaratum p ſnīam eſſe nullū; vnde laudimiū non deberi cenſendū eſt, ex *not. p Borell. vbi ſup. n. 28. & ſeq. Brancard. in diſtrac. ptab. 39.* vbi plura dat exempla, *& plenius Burg. de laudi. p. 2. inſpect. 10. pto. vbi mittit q ſnīa nul*litatis lata contra emptorē piudicat dn̄o directo, qa fert̄ contra habentē principale intereſſe, *alleg. Pariſ. cōſ. 28 n. 13. et ſeq. lib. 1.* niſi colluſionem in facto pponat, & incontinenti pbare offerat, *ad not. p Foller. in pragmatica de cenſib. verſ. huiuſmodi, n. 36. & ſeq.* qđ tamen in caſu iſto nō fuit obſtēſum.

Ideo ſtātibus prædictis fuit per me ſub die 12. Ianuarij 10. Ind. 1627. determinatū q̄ dictus emphyteuta cogeret̄ facere actum recognitoriū, & ſoluere canones legitimè debitos, & vnicū laudemium tm̄. abſq; ſolutione expenſarum, quia emphyteuta ſolum contendebat ſuper laudemijs.

SVMMARIVM.

1 *Onus ſeruitij militaris eſt onus feudi reale.*

2 *Onus ſeruitij militaris ſequitur quemcūq; poſſeſſorem.*

3 *Onus ſeruitij militaris debetur, quamuis in priuilegio non legatur reſeruatum.*

4 *Onus ſeruitij militaris dicitur ius dominicale, & debetur ſuper feudo uti tributum, & decima prædialis, nulla facta deductione aliorum onerum.*

5 *Vaſſallus niſi præſtet ſeruitium militare cadit à feudo.*

6 *Feudū ſub quauis forma conceſſū pro ſer-*

uiti

Digitized by Google

uitio militari alienari, et obligari pôt.

7 *Seruitiũ militare debetur nõ deducto ali quo onere feudi puta dotis, et ſimiliũ.*

8 *Seruitium militare debetur ſuper feudo vti tributũ, et decima prædialis.*

9 *Fructus percipiens tenetur ad ſolutionem onerum.*

10 *Soluẽs onera feudi circũſcripta fraude pôt cõuenire ſucceſſorẽ ĩ feudo. et n. 12*

11 *Cẽſus impoſitus ꝓ ſeruitio militari eſt legitimus, & debetur ſuper feudo.*

12 *Reqſita ad hoc vt feudũ remaneat obligatum pro ſolutione ſeruitij militaris.*

13 *Feudũ qđlibet in Regno hẽt determinatũ equorũ numerũ ꝓ ſeruitio militari.*

14 *Onera feudi tranſeunt contra quemlibet poſſeßorem.*

15 *Cõmertiũ feudi, licet iure cõi nõ habeatur, ſecus in Regno per c. volentes.*

16 *Onus primũ feudi eſt ſeruitiũ militare.*

17 *Excußio non requiritur in obligando feudo pro militari ſeruitio.*

18 *Hypotheca ĩcipit à die ĩpoſitiones cẽſus*

19 *Onera legitima obligant ſucceßores in feudo, alias non.*

20 *Dñus nõ tenetur ad ea, ad q̃ vaſſallus pp feudũ tenetur, ut ibi explicatur.*

21 *Dominus pro militari ſeruitio non habet hypothecã, ſed cõditionẽ ex l.*

22 *Seruitium militare, niſi præſtetur, feudo priuatur feudatarius.*

23 *Seruitiũ loco cõditionis debetur ĩ feudo.*

24 *Feudũ, & perſona obligãtur pro feudo.*

25 *Onus ſeruitij militaris ſeruitij tranſit in quẽcumq; poſſeſſorẽ non ad inſtar hypothecæ, ſed actionis in rẽ ſcriptæ.*

26 *Domino pro ſeruitio militari non datur hypotheca, ſed reiuendicatio.*

27 *Creditor, qui mutuauit pecuniam pro militari ſeruitio conficiendo, habet hypothecam à die conuentionis.*

28 *Onus impoſitũ pro ſeruitio militari cõſiciẽdo ꝓfertur oĩbus alijs creditorib.*

29 *Onus ſeruitij militaris oritur ex pacto inter dominum, & vaſſallum in initio conceßionis.*

30 *Onera alia ꝑter militare ſeruitiũ debetur, vel ex lege, vel Regni cõſtõnib⁹.*

31 *Prior in tpe potior eſt in iure, ideo creditor, q prius ſoluerit pecunias pro militari ſeruitio ꝓferetur poſteriori.*

32 *Retrotractio non habet locum in præiudicium tertij.*

33 *Priuilegiati inter eos non vtuntur priuilegio, ſed iure communi.*

34 *Adiudicatio facta partim pro cauſa anteriori, & partim poſteriori tota efficitur poſterior.*

35 *Ceßiones iuriũ ſup feudo fieri nequeũt ex Pragmatica Excell. Ducis Feriæ.*

ARGVMENTVM.

Cenſus conſtitutus pro ſeruitio militari an pręferatur alijs creditoribus; & an concurrant cum alio, qui habet cenſum ex eadem cauſa licet in tempore poſteriorem.

DECISIO CCXV.

NON leuis eſt quæſtio, & de qua vidi ſæpius in iudicijs dubitari, an ſubiugatio facta alicui pro ſoluẽdo onere ſeruitij militaris præferatĩ alijs creditoribus anterioribus, & an concurrat cũ alio ſubiugatario anteriori, qui exburzauerit pecunias pro eadem cauſa.

Digitized by Google

Et pro determinatione cauſæ, & cõcluſionis. Primo eſt ſuppo-
1 nẽdũ in iure ꝙ onus ſeruitij militaris eſt onus feudi reale, quod præſtatur, qñ regnum contingit in vadi inuaſione notabili, non ſimulata, nec momentanea, vel qñ timor belli eſt de propinquo, ita quod de proximo timeatur notabilis inuaſio Gloritius *reſp. 1. p. 3. nu. 24. poſt Greg. Cum. Mut. & alios*,
2 & de natura ipſius ſequitur † quẽcunq; poſſeſſorem, *Tapia dec. 2. nu. 51. Maſtril. dec. 214. n. 57.* & debet
3 quamuis in priuilegio † non legatur reſeruatum *cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, quæ ſit cauſa benefic. ammittend. Afflict. de feud. lib. 3. de prohib. feud. alien. per Feder. verſ. 3. not. ſub n. 10. f. 318. Pet. de Greg. de dot. de parag. q. 3. n. 6. Cannet. in c. ſi aliquẽ ver. ſub onere conſueto n. 7. & latè Cumia in c. ſi aliquem ver. ſeruitij cõſueti*.

4 Et dictum † onus dicitur ius dominicale, & debet ſuper feudo vti tributũ, & decima ꝑdialis nulla facta deductione aliorũ onerũ, quia onus ſeruitij militaris eſt magis antiquum, & priuilegiatum. *Greg. de conceſſ. feud. p. 8. q. 2. nu. 14. Cumia de feud. verſ. ſeruitij conſueti, n. 93. Maſtrill. dec. 112. n. 54. Muta dec. 24. n. 8.*

5 Et niſi † à Vaſſallo præſtaretur caderet à feudo quod vendicaret à domino *c. 1. §. firmiter de prohib. feud. alien per Feder. Cannet. in c. ſi aliquem in verb. ſub onere conſueti, nu. 8. fol. 254.*

Et pro expenſis ſeruitij milita-
6 ris † feudum ſub quauis forma cõceſſum legitimè poteſt alienari, & obligari, tamquam pro onere reali, & naturali annexo ipſi feudo, *Pet. de Greg. de conceſſione feud. d. q. 4. n. 23. Cannet. vbi ſup. n. 1. f. 254 Cumia vbi ſup. n. 93.* vbi quod ſer-
7 uitiũ † militare debetur nõ deducto aliquo onere feudi puta dotis, militiæ, vel expenſarum pro cultura, & cura reddituum exigẽdorum, quia militare ſeruitiũ de-
8 betur ſuper feudo vti tributũ, & decima prædialis doctores *in c. tuę nobis de decimis ſecundũ Pet. de Greg. de cõceſſ. feud. p. 8. d. q. 2. verſ. ex quo infero*, & quia vt antiquius eſt magis priuilegiatum, ſi quidem feudum cũ onere ſuo cõceditur *arg. l. qui tabernas vbi Bal. ff. de contrahen. empt. & Pet. de Greg. vbi ſup.*

Secundò erit etiam præſuppo nẽdũ in iure ꝙ licet is, qui perci-
9 pit † fructus feudi, ſeu Baroniæ teneat ad onerum ſolutionem, ſi tñ non ſoluat, & pecunias à quopiã accipiat, qui vere ſoluat huiuſmodi onera ſi tamẽ legitima fuerint
10 vtiq; iſta ſolutio † dummodo ſine fraude, & colluſione fiat ligabit ſucceſſorem in feudo, & ſi de pecunia prædicta exburzata, & ſoluta cenſus conſtituatur ligabit ſucceſſores, & qñ ſeruitiũ militare eſt onus, vt dixi annexum feudo, quoties ſoluitur pecunia, vt domino illud debite præſtetur, & in eam cauſam conuerſa fuerit, vtiq;
11 † impoſitio cenſus pro huiuſmodi

cau-

cauſa conſtitutus ſucceſſorem ligabit, *Pet. de Greg. p. 8. d. q. 4. n. 24*
12 vbi requirit tria † primo ꝙ feudũ fuerit ex hoc expreſſe venditũ, vel obligatũ. Secũdo quod effectualiter fuerit pecunia conuerſa pro ſeruitio militari, & fuerit actualiter ſoluta. Tertio quod talis venditio fuerit neceſſaria propter ſubmonitionem præcedentem, & allegat *Jaſ. in l. quod te, ff. ſi cert. pet.* & ſubdit tandem quod pretium feudi ſit proportionatum pro onere ſeruitij militaris attenta quantitate equorum requiſitorum ad rationẽ de vncijs decem cum dimidio pro quolibet equo armato, *vt in c. 1. §. firmiter de probib. feud. alie. per Feder. & in c. Regni quod incipit Barones, Jntrigl. de feud. cent. 1. q. 9. n. 282. & ſeq.*
13 Sed in Regno quodlibet † feudũ deſcriptũ in libris Regiæ Cancellariæ habet numerum determinatum equorum, cum quibus dño Regi erit inſeruiẽdũ, *iuxta not. per Cumi. in d. c. ſi aliquẽ d. verb. ſeruitij cõſueti, n. 44. & nu. 87. & 113. Pet. de Greg. de conceſſ. feud. p. 1. q. 11. verſ. tertio intellige Intrigl. cent. 1. de feud. q. 67. in fi.* ſupradicta ẽt firmat *Milaneſ. dec. 8. n. 367. lib. 1. dec. 7. nu. 15. & 47 libr. 2. Jntrigl. de feud. cent. 2. art. 5. n. 920. & de cenſib. q. 26.* vbi loquitur etiam de ſeruitio militari, *Cannet. in c. volentes §. ſucceſſiue n. 8. Cumia in d. c. ſi aliquem verb. onere n. 1. verſ. primum eſt onus, & allegat Andr. in c. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alien. fact. & in conſtit. ſi quis poſt litem lib. 7. & ſubdit n. 3. in fi.* quod
14 natura † onerum feudi eſt, vt nedũ contra agnatos, ad quos feudum vadit, ſed etiam contra dominum cui feudum aperitur, ac etiam cõtra quemcũq; poſſeſſorem tranſeant allegat *Jſern. in conſt. in aliquibus per tex. in l. 1. & 2. C. ſine cenſ. & l. hactenus, & l. quaro de vſufruct.* Et
15 licet de iure † communi feudorũ, *per c. Jmperialem de probib. feud. alien. per Feder.* ſine conſenſu domini cõmercium feudi non habeatur, attamen in regno per *c. volentes* hoc ceſſat, vt pro onere feudi non ſolum dominus, agnatus, & poſſeſſeſſores feudi teneantur, ſed etiã ipſum feudum ſit obligatum, & ius diſtinctum ſit in eo, ſicut hypotheca, quia licet commerciũ feudi, quod iure feudorum, & etiam conſtitutionũ regni non habetur per dictum *d. c. Imperialem, & conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ, lib. 3.* hodie ſine aſſenſu domini habetur per *d. c. volentes*, quo domini aſſenſus eſt remiſſus. Et ibi enumerando onera feudatarii pri
16 mum † ait eſſe pro ſeruitio militari, quod eſt onus, quod communionem habet cum feudo.
17 Sed hic intrat difficultas † an onus feudatarii liget dñm, agnatos, & ſucceſſores in feudo, quia qui percipit fructus tenetur ad onera, *Andr. in d. conſt. ſi quis poſt litem, & in §. qd ergo de inueſt. de re alie. fact.* & dicendum erit ex prędictis quod ſi vere pecunia conſumpta fuerit pro huiuſmodi ſeruitio, ꝙ cen-

cenſus factus, & impoſitus ſuper feudo liget agnatos, & ſucceſſores in feudo, licet enim ſit onus feudatarij, ſi tamen is non habeat pecunias pro complendo ſeruitio non ſolùm feudũ poterit obligari, ſed etiam vendi, nec iſto caſu requiritur excuſſio, † dum apparet pecuniam in hanc cauſam fuiſſe conuerſam, quia onus ſeruitij militaris, licet ſit feudatarij eſt annexum feudo, tãquam decima, & tributum, vt dixi, & iſto caſu aliud nõ debet curare is, qui dat pecuniam, niſi quod milites ad bellum vadant, vel ſi ſit compoſitio in pecunia, quòd illa Regiæ Curiæ ſoluatur, vt dixit, *ex Camer. in d. c. Imperialem, & alijs Illuſtr. Regens de Corſetto in addit. ad conſ. 12. eius patris, n. 90.*

11

Quibus ſic præhabitis facilis erit reſolutio quæſtionis, de qua agitur, etenim prẹſuppoſito onere legitimo cenſus huiuſmodi potuit imponi in præiudicium ſucceſſorum, hypotheca † igitur incipiet à die impoſitionis, quia cõmertium feudorum habetur ſtante, *c. volentes*, ac de alijs bonis cũ hac ſola differentia, quod ſi onerat † ſunt legima ligabunt ſucceſſores in feudo, alias non; ſi igitur hypotheca incipit à die contractus, remanebit iuris regula, qui prior eſt tempore potior eſt in iure Regula, qui prior *ff. de reg. iur.* Sed ea ratione, quia dominus pro oneribus conſtitutis pro ſeruitio militari præſtando, vel ſoluendo nõ

18

19

tenetur, quoniam dominus non tenetur ad ea, ad quæ vaſſallus pp. feudum, vel iure feudorum, vel pactis inueſtituræ, vel conſuetudine obligatus erat, & conſequẽter obligatio pro ea facta in præiudicium domini non valet, ſiquidem huiuſmodi ſeruitia, & onera vaſſallus ex feudi fructibus, non autem ex proprietate ſuſtinere obligat' eſt ita Roſentall. *de feud. c. 8. q. 3. Camer. in c. Imperialem pag.* 86. vbi pro iſta opinione adducit *Iſern. in conſt. ſi quis poſt litem*, qui tamen quoad ſeruitia (vt ait Roſentall.) ſæpe contrarium tenet ipſe tamen ita reſidet *c. 9. concl. 15 num.* 12.

20

21 Vnde ſequitur, quod dominus pro ſeruitio non habet hypothecam, ſed cõditionem ex lege, quod ſi ſeruitium † non præſtetur vaſſallus feudo priuatur, *Andr. in c. 1. § ſed nec alia iuſtior, quæ ſit prima cauſ. benef. ammitt.* cum ĩ re propria pignus cõſiſtere non poſſit *l. neque pignus, ff. de reg. iur. Andr. in d. §. n.* 36. Ideo ait quod ſeruitium † loco cõditionis debeatur in feudo ſecundum eumdem *Andr. vbi ſup.* & cõdicet dominus à poſſeſſore, niſi ſeruitium ſoluatur, *arg. l. Imperatores, C. de public. ſequitur Cumia in d. c. ſi aliquem d. verſ. ſeruitij conſueti, n. 1. & 2.* vbi quod hoc modo eſt intelligendus *Affl. in conſtitutione conſuetudinem § prædicta nu. 20. de rei act. & excep.* vbi dixit nõ tantum perſonam, † ſed etiã feudum pro ſeruitio obligatum fuiſ-

22

23

24

ſe;

ſe; & idem bene dixit *Roſentall. d. c. 9. concl. 15. lit. H.* dum ait *ex Camer. in d. c. imperialem pag. 83.* quòd
25 iſtud onus † tranſit in quemcumque poſſeſſorem non ad inſtar hypothecæ, qua ius in re cauſatur ſecundum *Cyn. & Doctores in l. cũ res, C. ſi res alien. pig. dat. ſit*, ſed potius inſtar actionis in rem ſcriptę, vt ibi per eum, ideo cum domino
26 † in caſu non præſtiti ſeruitij datur reuẽdicatio & nõ datur hypotheca, ex quo reiuendicatiò cum hypotheca non concurrit *d. l. neq; pignus.*

Si ergo dominus non habet hypothecam, & vaſſallus pro ſeruitio militari præſtando ex prædictis poterit obligare feudum habebit quidem hypothecam creditor, qui mutuat pecuniam, ſed à die conuentionis † cum vaſſallo,
27 ſed magis priuilegiatã actionem, ex quo fuit præſcriptum ſeruitium domino, & ita intelligas *Petrum de Greg. p. 8. d. q. 4. n. 13. et ſeq.* quod cum ſit onus reale, & anne-
28 xum feudo, † tamquam antiquius onus, & magis priuilegiatum ꝓbata conuerſione prædicta creditor præfertur omnibus alijs perſonis habentibus ius ſuper feudo pro quouis alio onere ipſius feudi puta dotis de paragio, vitæ militiæ, reſtitutionis dotis, & ſimi-
29 lium, quia onus † ſeruitij militaris oritur ex pacto expreſſo inter dominum, & vaſſallum ab initio cõceſſionis, vt patet ex priuilegio
30 feudi; & alia oneraoriuntur tàm ex diſpoſitione legis, quàm conſtitutionum Regni, vt dixit idem *Petr. de Greg. vbi ſup. nu. 26.*

Ex quo infertur, quod is, qui habet cenſum fundatum ex eadem cauſa ſeruitij militaris nullo modo debeat concurrere cum alio creditore habente cenſum fundatum ex eadem cauſa, licet enim ſit eadem cauſa ſeruitij, tamen
31 qui prius dedit pecuniam habuit priorem hypothecam, & priuilegium, & ſicuti pro dote de pagio, dotis reſtitutione, & ſimilibus feudi obligatio remanet pro primo creditore, & datur temporis prioritas, ita etiam, & pro militari ſeruitio, eadem enim eſt cauſa, & niſi hoc eſſet verum non inueniretur quiſpiam, qui pecũnias dare velit pro ſeruitio domini ſciens pro eadem cauſa ſeruitij
32 alios concurrere poſſe, quia retrotractioni deſinit eſſe locus in prę iudicium tertii, vt dixit *Coſta de retrotract. caſu 2. c. 8. nu. 11.* & præſuppoſito, vt diximus quòd hypotheca naſcitur à die conuentionis inter partes, ex tunc incipit currere, quando contrahitur, & quoniam cauſa eſt pariter priui-
33 legiata † inter partes priuilegio vtuntur iure communi, vt qui prior ſit tempore ſit in iure potior, prout & nos annotauimus *dec. 187. n. 8. p. 2.*

Et ita per has rationes fuit reſolutum in M. R. C. in cauſa vertente inter D. Vincẽtiã Pariſi cũ Ioſeph Galletti, & licet die 16.

De-

Decembris 1624. appareat deciſum quòd reijciantur oppoſitiones id fuit, quia is, qui ſe oppo-
34 ſuit poſſidebat † partim pro cauſa anteriori ſeruitii militaris, & partim pro cauſa poſteriori, quo caſu non poterat anterioritatem deducere, ex notat. *p Maſtril. dec. 37. p. 1. Mut. dec. 54. n. 10. & ſeq.*

Sed ſuper præmiſſis erit aduertendum ad Pragmaticam Sanctionem editam per Excellentiſſimum Dominum Ducem Feriæ die 9. Octobris iij. Indict. 1624.
35 per quam prohibentur fieri † ceſſiones iurium pro ſoluendis oneribus feudi, & loquitur etiam de onere militaris ſeruitij, niſi in quibuſdam caſibus ibi exceptis, quod tamen non erat in cauſa prædicta, ideo non fuit neceſſe illam diſcutere.

S V M M A R I V M.

1 *Ritus c. 135. vbi agitur de ſpolio extenditur etiam ad fructus, damna, intereſſe, & expenſas.*

2 *Liquidatione pendente ſuperſedetur in cognitione meritorum.*

3 *Spolians licet habeat ius in re, poſſeſſionem ſpoliando ammittit.*

4 *Exceptio notoria proprietatis, & dominij non admittitur in ſpolio.*

5 *Spolium locum habet non ſolum in eo, qui habet poſſeſſionem ciuilem, ſiue naturalem, ſed etiam in eo, qui habet nudam detentationem.*

6 *Confitens poſſidere nomine alterius non poteſt dici ab illo ſpoliatus.*

7 *Creditori etiam hypothecario non competit remedium ſpoliatorium.*

8 *Spoliatus ſi de proprietate diſſeras ſibi praiudicat in ſpolio.*

ARGVMENTVM.

Spoliatus quando à ſpolio recedere dicatur.

DECISIO CCXVI.

1 RITVS c. 135. † diſponit quòd quicunq; ſe poſſediſſe oſtenderit, & exinde ſpoliatum fuiſſe, ſi infra bimeſtre conqueratur ante omnia erit in ſua poſſeſſione reintegrandus, antequam ſpoliator in ſuis defenſionibus audiatur, quod extendunt Doctores etiam ad fructus, damna, intereſſe, & expenſas, quæ licet non ſint liquida debet dari termi-
2 nus † ad liquidandum, & interim ſuperſedetur in cognitione meritorum, *Cumia ſuper prædicto ritu ordine ſuo 40. nu. 67. & 199. Petrus de Greg. de iud. cauſar. feud. q. 17. nu. 39. & eſt doctrina Bartol. in l. prouido*

Digitized by Google

de §.notandum ff.ad l.aquil. Bald.in l.2.C.de except.rei iud. Surd.conſil. 166.volum.2.Giurba dec.39.Muta ſuper prædicto cap. ritus maximè. nume.74.

3 Et ratio eſt,quia † ſpolians licet habeat ius in re, poſſeſſorem ſpoliando amittit, *l.ſi quis intentans,C.vnde vi Boer.deciſ.238.nu. 2.Giurba dicta dec.39.nu 5.* ideo

4 nec† exceptio notoria proprietatis, & dominij admittitur Boniornus *ſuper d.c.ritus in verb.defenſionibus, Cumia nu 83.& 146.Intregliol.deciſ.6.n.83.* etiam ſi præſententur acta publica per ſpoliantem, vt ibidem firmant.

Quod quidem habet locum

5 † non ſolum in eo, qui habet veram poſſeſſionem, vt puta naturalem,vel ciuilem, ſed in eo, qui habet nudam rei detentationem, vt in colono, qui reintegrandus venit eodē priuilegio, vt ex multis quos allegat *Giurba dec.12.*videre poteris.

Prædicta tamen non procedere in caſu de quo agebatur inter Lucam Valdibella, & Patronum Bartholomęum Bauſano dicebatur, quandoquidem dictus de Valdibella erat Procurator domini principalis vaxelli,quo ſe ſpoliatum deducebat, & nihilominus ipſemet de Bauſano, qui ſpoliatum eſſe aſſerebat fatebat̃ illud

6 poſſidere nomine domini, † ideo non poteſt dici ſpoliatus,nec hēt interdictum,*l.1.ff.§.deijcitur vbi Bart.ff.de vi,& vi armat.Menoch. de recuper.poſſeſ.remed.1.num.62. Cumia ſuper dicto cap.ritus num.84. & ſequ.*

Et licet ex parte ipſiuſmet de Bauſano prætendebatur eſſe creditorem pro aliquibus expenſis, & benefactis, de illis liquidè non apparebat, & licet eſſet creditor,

7 ipſi tamen † pro eius credito etiã hypothecario non competit remedium ſpoliatorium; quia dictum remedium requirit,quod ille, qui aſſerit ſe ſpoliatum poſſederit, quod non poteſt habere locum in creditore, *Cumia ſuper ritu cap.38.nu.126.& Muta ritu 123. num.23.*

Fortius, quia ſpoliatus fuerat ingreſſus merita proprietatis prę tendendo etiam eſſe ſocium,& nihilominus per acta publica appa

8 rebat de contrario, quo caſu † ſibi præiudicauerat in ſpolio,dum ipſemet ſpoliatus de proprietare diſſerebat, *Paſſett.conſ.113.n.7 & ſequen.volum.1.Cumia ſuper prædicto ritu 40.nu.164. Muta nu.149 Boniornus in alleg.feud in cauſa Laliæ lib.1.feud. Milanenſ.deciſ.3.nu.148 & ſequ.lib.1. Menoch.remed.1.recup.poſſeſſ.n.161.& ſequ.Sacc.reſp.2 nu.109.& ſequ.Maſtrillus deciſ.157 n.27.& ſeq.Giurb.dec.14.num.4.*

Immo idem de Bauſano præſentauerat computa mercium, quæ apportauerat in dicto Vaxello, & expenſarum per eum factarum in itinere cum illo, & nautarum ſubſtentatione, & conductione, & præſentatis per

M eum

Digitized by Google

cum dictis compotis pendebat lis ſi expenſæ erant legitimæ, quo caſu videtur euidenter eum receſſiſſe à via ſpolij, ſed tantum voluiſſe inſiſtere in computorum Viſione ex præcitatis deciſionibus.

Quibus omnibus conſideratis die 20. Octobris 1623. per M. R. C. fuit determinatum nullum fuiſſe, nec eſſe locum ſpolio, itaquod dictus Valdibella teneatur præſtare fideiuſſionem de ſoluendo illud quod ex computis debitor apparuerit, & ſaluis iuribus in diſputatione computorum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ſi adijciatur actui explicando inducit formam.*

2 *Tempus à concilio præſcriptum, niſi ſeruetur, non dicitur ſeruata forma concilij.*

3 *Recedens à tempore recedit à forma.*

4 *Forma in rebus vniuerſitatis ſeruanda eſt.*

5 *Senatus non habet auctoritatem obligandi vniuerſitatem, eiuſq; bona, ſed concilium.*

6 *Concilium repræſentat totam vniuerſitatem.*

7 *Poteſtas obligandi vniuerſitatem non eſt penes Priores, Antianos, ſeu adminiſtratores, ſed penes concilium.*

8 *Poteſtas, ſeu facultas obligandi vniuerſitatem requirit ſpeciale mandatum, vel mandatum cum libera.*

9 *Princeps dicitur vti plenitudine poteſtatis, vt actus valeat.*

10 *Clauſula ſupplentes operatur, vt Princeps omnes, & quoſcunque defectus ſuppleuiſſe dicatur.*

11 *Clauſula ſupplentes facit de inualido validum.*

12 *Principis interuentus operatur, ne actus pereat, ſed ſit validus.*

13 *Principis interuentus operatur in rebus vniuerſitati proficuis.*

14 *Princeps non dicitur diſpenſare circa defectum ſubſtantiæ, ſiue conſenſus, ſecus in ſollemnitatibus.*

15 *Tertius non debet eſſe deluſus auctoritate Principis.*

ARGVMENTVM.

Rectores, ſeu Iurati ciuitatum an poſſit eas obligare, & quid accedente conſenſu Principis.

Digitized by Google

DECISIO CC XVII.

SERENISSIMVS Princeps Philibertus huius Regni Prorex cum interuentu Regalis Patrimonij volens mittere ad ciuitatem Ianuæ ſcutos centum quinquaginta mille ſoluendos d. Ioanni Viues Oratori S.C.Maieſtatis apud illam Rempublicam in compotum illius Milionis, quem S.C.Maieſtas per eius Regias literas mandauit prouideri de hoc Siciliæ Regno pro ſuccurſu bellicæ expeditionis Alemaniȩ contra Hereticos & inimicos noſtræ Sanctæ, & Orthodoxæ fidei, pro prædicta ſumma ſibi fieri curauit à quibuſdam mercatoribus literas cambij, in quarum cõpotum ceſſit ſcutos centum mille de illa ſumma ſcutorum centum quinquaginta mille, quam Senatus Meſſanæ accedente concilio ordinario dictæ Vrbis ſub die 9. Aprilis 1622. obtulit S.C. Maieſtati pro quibuſdam gratijs obtinendis, pro quibus S.A. cum interuentu, vt ſupra tranſtulit, & ceſſit dictis mercatoribus omnia iura, & actiones quas ipſa Regia Curia habuit, & habebat contra Senatum dictæ Vrbis, ac bona, & Patrimonium eiuſdem virtute dicti concilij, & oblationis prædictȩ per S.C.Maieſtatem acceptatȩ præſente ad hoc Senatu, & promittente illam ſummã ſoluere dictis mercatoribus in die 15. Auguſti 1622. in compotum dictorum ſcutorum centũ quinquaginta mille, vt ſupra oblatorum, & ſe obligauit non facta ſolutione ad omnia damna, expenſas, & intereſſe cambiorum, & recambiorum currentium à die 1. Septembris tunc primo venturi, dummodo quod duodecim pro centenario, non excedant, de quibus voluit ſtari iuramento Ioſeph de Meſſana vnius ex contrahentibus nomine omnium, verũ ceſſit dies ſolutionis, & Senatus defecit ſoluere, ideo liquidato intereſſe p iuramentum in ſumma vnc. 3196. & tarenorum, eoque regulato iuxta formam contractus ad vnc. duodecim pro centario, & ſic ad vnc. 1455. & tt. fuit ad inſtantiam dicti Ioſeph cauſata executio contra Senatũ, aduerſus quam ſe oppoſuit Sindacus eiuſdem Vrbis, & præſentatis oppoſitionibus illud de quo principaliter in M.C. fuit dubitatum, & diſcuſſum an obligatio prædicta facta per Senatum fuerit nulla tamquam facta ſine legitimis ſollemnitatibus à iure requiſitis: dicebatur enim, quod ex forma Concilij ſolutio debebat fieri infra quadrimeſtre obtentis gratijs, & tamen forma prędicta non fuerat ſeruata; quia quando
1 tempus † adijcitur actui explicando cenſetur inducta forma, *Felin. in c. cum dilecta, nu. 33. verſ. octauũ*

ſignum de reſcript. Marſil. conſ. 6 5. n. 4. Crauett. conſ. 2 3 0. Soc. iun. conſ. 3 7 præſens conſultatio n. 1 0. vol 2. Becc. conſ. 1 2. nu. 2 5. & conſ. 6 2. nu. 44. Surd. conſ. 1 24. n. 4. Vnde non obſeruans tempus conſtitutionis non dicitur illius formam ſeruare, & implens conditionem in tempore præfixo dicitur formâ obſeruare, *Galganet. de condit. p. 2. c. 1. q. 70. n. 1 1. & ſeq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 1 5. num. 5 1.*

2 Ideo ſi tṗus † præſcriptũ à concilio non fuit ſeruatũ non dr̃ ſeruata forma Concilij, *Bart. in auth. q̃ ſupplicatio circa finem, C. de precib. Imper. offer. Surd. d. conſ. 1 2 4. n. 6.* Et q

3 recedit à tpe recedit forma, *Bald. in l. obſeruare, § fin. in 3. q. ff. de off. Proconſ. Iaſ. conſ. 1 9 1. col. 2. volu. 2. num. 6.*

Et maximè prædicta procedunt in his, quæ concernunt iura vni-

4 uerſitatis, in his enim debet † ſeruari forma, alias actus eſt ipſo iure nullus, *ad tex. in l. fin. à contrario ſenſu, C. de iure Reipubl. lib. 11. Rol. conſ. 9 0. n. 2 9. vol. 2. Nicol. Loaz. de iure vniuerſ. 3 p. c. 5. n. 6.*

Secundo dicebať ex ſupradictis inferius ad nullitatem obligationis factæ per Senatum, is enim ex

5 ſe non habet authoritatem obligandi ipſam vniuerſitatem, ſeu illius bona, quia hæc authoritas eſt penes Concilium Ordinarium hodie loco ordinis Decurionum ſubrogatum, *glo. vbi Bar. & alij, C. de Decur. lib. 1 0. Bart. in l. aduerſus, n. 2. C. de vſur. ſentit glo. in l. aliud § refertur ff. de reg. iur. gloſſ. in l. 2. in verb. Decurionibus. C. eod. tit. Alex. conſ. 1 7. n. 2. lib. 6. Roland. d. conſ. 9 0 n. 2. vol. 1. Nicolaus Loaz de iure vniuerſ. p. 1. c. 3. n. 12. Surd. conſ. 6 5. n. 1.*

6 Concilium enim † repræſentat totam vniuerſitatem, *ad not. per gl. in Rubr. quæ ſit long. conſue. glo. in l. 3 in verb. ordo vbi Ang ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nomin. & Alex. d. conſ. 1 7. in prin. vol. 6.* Qui in ſpecie negat

7 hanc poteſtatem † eſſe penes Priores, ſeu Antianos, vel adminiſtratores, ſed penes Cõcilium, quod totum repreſentat populum, *Crauett. conſ. 1 9 5. n. 8. Iaſ. conſ. 71. col. 2 lib. 2. Roland. d. conſ. 9 0. vol. 1. Franc. Marc. dec. 7 8 0. n 4. 1. p. Loaz de iure vniuerſ. 1 p. c. 3. n. 4 7. & 4 8. Menoc. conſ. 3 9 0. num. 3 2. vol. 4. & conſil. 5 4 8. nu. 2.*

8 Vnde poteſtas, † ſeu facultas obligãdi vniuerſitatẽ non habẽt huiuſmodi Rectores, ſeu Antiani per quos regitur, & gubernatur vniuerſitas, niſi ſpecialiter ſit eis cõceſſum, vel niſi habeãt mandatum cum libera, *gloſſ. in Litem magiſtri, ff. de pact. remiſſiue Bartol. per illam gloſſ. in l. aduerſus, C. de vſur. Alexand. dicto conſ. 17. in princ. volum. 6. ad text. in l. ciuitas vbi Bart. & alij, ff. ſi certum petat. latè Nicolaus Loaz de iure vniuerſ. 3. par. capit. quarto, maximè num. 1 1. tertia concluſ.*

Remota igiť obligatione vniuerſitatis, tãquam facta à nõ haben-

bente poteſtatem per prædicta corruit exceptio, quia deficit obligatio expreſſa, & præſens, quæ requiritur à ritu *c.101. vbi Cumia, & alij.*

Sed ex parte dicti Ioſeph de Meſſina dicebatur dictam obligationem fuiſſe validam pluribus rationibus. Primò, quia ſubſtantia obligationis ſoluendi prę dictas pecunias iam fuerat confecta præcedente Concilio ordinario, & licet deberent ſolui infra quadrimeſtre, pecunia non fuerat ſoluta infra illud tempus, ſolummodo fuerat facta obligatio ſolutionis, iuxta formam Concilij, quæ tamen non fuerat ſubſequuta, & niſi fieret ſolutio iam prædicta vniuerſitas elapſis quatuor mẽſibus poterat conueniri, in tantũ quod vniuerſitas nullum conſequuta fuit ex hoc damnum, quia ipſa fuit conuenta pro cambijs paſſis poſt lapſum quadrimeſtris temporis, vnde nec erat neceſſe ingredi ad examinandam concluſionem prædictam, an videlicet Rectores, ſeu Senatores, ſiue Iurati Vrbis Meſſanæ potuerint obligare vniuerſitatem prædictam.

Sed ad maiorem veritatis dilucidationem dicebatur in prædicto actu interueniſſe Sereniſſimum Principem Philibertum, qui eius auctoritate omnia videtur diſpenſaſſe, vſumque fuiſſe † plenitudine poteſtatis, vt actus valeat *Paul. de Caſtro in l. Princeps, num. primo, ff. de ll. Alexand. & alij in l. quamquam, C. de milit. teſtamen. Menoch. de præſumpt. lib. ſecundo, præſumpt. 12. nume. 5. & lib. 6. præſump. 4. num. 4. Rodulph de abſol. princip. poteſt. quæſt. 3. num 13. Tapia in rubr. de conſtit. cap. 2. n. 12. qui alios allegant dixi dec. 125. nu. 21.*

10 Et maximè ſtante † clauſula ſupplentes, quæ operatur; vt Princeps omnes, & quoſcunque defectus ſuppleuiſſe dicatur, *Felin. in cap. ſecundo, colum 2. verſ. & pro dicto de reſcrip. Alexand. conſ. 79 num. 8. volum. 1. conſil. 92. num. 2. in fin. & conſ. 111. num. 3. cum ſequ. volum. 6. Marta de clauſ. 1. par. clauſula 161. num. ſecundo.* Et prædicta clauſula operatur, vt derogatum cenſeatur omnibus, quæ obſtare poterant, Tapia *deciſ. 5. num. 120.* vbi quod non admittitur probatio, qđ aliquod fuerit ommiſſum, *ex Riminal. iuſ. & alijs ibi per eum alleg.* Vnde *Abb. in capit. primo, num. ſeptimo, de confirmat. vtil. vel inutil.* inquit, quod prædicta

11 clauſula † ſupplentes facit de inualido validum, ſequitur *Rodolph. de abſol. Princip. poteſt. cap. 5. num. 8.*

Fortius, quia gratiæ pro quibus fuerant oblatæ prædictæ pecuniæ iam fuerant obtentæ à Sacra Catholica Maieſtate, prout per dictum Senatum fuerat petitum, & ſic nullum aderat

pre-

præiudicium vtilitatis, nec tertij, quo caſu indubitati iuris eſt in-
12 teruentum Principis † operari, ne actus pereat, & ſit nullus, ſed valeat, & maxime, quia agebatur de re, tam proficua dictæ vtilita-
13 ti ob gratias † tam maxime conſiderationis ab ea obtentas, *ex not. per Menoc. de præſump. præſump. 4. n. 4. lib. 6. & alijs ſup. allegatis.* iſto. n.
14 caſu non dicit Princeps † diſpenſare circa defectum ſubſtantiæ, ſiue conſenſus, *ad not. per Ruyn. cõſ. 97. n. 8. vol. 3. & 123. ſub n. 13. eo. vol.* & eſt generale in Principe, *ad tex. in l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cum ſimil. Pariſ. conſ. 5. nu. 116. vol. 4. & Marta de clauſul. d. clauſ. 161. num. 8. & 9.*
15 alias † mercatores fuiſſent auctoritate Principis deluſi, quod nullo modo eſt dicendum, ſtantibus prædictis.

Propterea his omnibus diſcuſſis die 19. Octobris 1623. per M. R. C. fuit determinatũ, quod oppoſitiones Reijciantur præſtito in forma.

SVMMARIVM.

1 *Retrouendere emptor nõ tenetur elapſo tempore conuento.*
2 *Princeps non ſolum poteſt prorogare tempus ad redimendum, ſed tranſactum iterum partibus indulgere.*
3 *Vendita re modico pretio cum pacto de retrouendendo, etiam tranſacto tẽpore redimi poteſt.*
4 *Princeps ex modicitate pretij reiuendita, & ex pacto de retrouendendo iuſtè moueri poteſt ad prorogãdum terminum redimendi.*
5 *Princeps ex infirmitate Procuratoris iuſtè mouetur ad prorogandum terminum retrouenditionis fienda.*
6 *Prorogatio termini ad retrouendendũ fieri poteſt per Principem pendente liquidatione.*
7 *Fructus vaſſallagij æſtimantur ad duo pro centenario.*
8 *Modicitas pretij quando ſit conſideranda Iudicis arbitrio remittitur.*
9 *Terminus ad retrouendendum conuentionalis fuit in M. R. C. prorogatus à Principe.*

ARGVMENTVM.

Terminus conuentionalis quando per Principem poſſit prorogari.

DECISIO CCXVIII.

D. Antonivs Ioppulo Baro Sinagræ petijt à Sereniſſimo Principe Philiberto Proregе prorogationem termini ad redimendum conuentionalis Comitatus Naſi contra Ill. D. Hieronymum Cottuni Principem Caſtri-

ſtrinouſ, Comitem Bauuſi, & Na
ſi, & facta commiſſione per dictũ
Sereniſſimum Dominum M. R.
C. fuit in ea diſcuſſum an termi-
nus prædictus potuiſſet proro-
gari.

Dicebatur enim ex parte dicti
Principis nullo modo eſſe conce
dendam prorogationem prædi-
ctam; quia erat tertia proroga-
tio, & bis fuerat conceſſa contra
formam pacti, & conuentionis
in contractu venditionis dicti Co-
1 mitatus contentam, & † elapſo
tempore conuento non tenetur
emptor retrouendere, *l. ſi creditor*
§. illud ff de diſtr. pign. Cagnol. in l. 2
n. 64 C. de pact. inter empt. & ven-
dit. Gozad. conſ. 87 n. 5. & conſ. 94.
n. 51. Curt ſen. conſ. 59. Ruyn. conſ.
82. nu. 3. lib. 1. Tiraq. de retract. con-
uent. §. 1. gl. 2. n. 43. & ſeq. Menoc.
de arb. caſ. 217. Ludouiſ. dec. 559. n.
1. & ſeq. quia ex lapſu temporis
videtur inducta renunciatio, vt
ibidem *n. 2. & dec. 492. n. 6. Gra-*
tian. latè diſcept. 786. n. 29. & ſequ.
to. 4. Bellon. de poteſt. eorum, quæ ſiũt
in contin. c. 48. nu. 2. & Ludouiſ. dec.
559. ampliat etiam ſi in tempo-
re fuiſſet facta oblatio verbaliter
non numerando tamen pecuniã,
& ibi *Addit. n. 9.*

Sed ex parte dicti de Ioppulo
dicebatur prorogationem eſſe
concedendam ex pluribus. Pri-
2 mo, † quia Princeps non ſolum
poteſt prorogare tempus ad re-
dimendum, ſed tranſactum iterũ
parti indulgere, *Cagnol. in d. l. 2. nu.*
142. vbi ait n. 143. hoc procedere
etiam iuramento non obſtante,
Dec. conſ. 392. in fi. Coſta de retentione g.
diſt. 44. n. 1. Ant. a Sola ſuper decret.
Sabaud. tit. de pact. interpr. & vend.
p. gl. 1. n. 95. Rebuff. ad Reg. conſt. tit.
de dilat. q. 12. nu. 59 Giurb. dec. 58.
n. 6. Maſtril. dec. 291. Mutà dec. 97.
& nos diximus dec. 11. lib. 1.

Secundò, quia Princeps in ca-
ſu iſto iuſta ratione moueri debe-
bat ad concedendam proroga-
tionem prædictam; quoniam ſi
3 res fuerit vendita † modico pretio
cum pacto de retrouendendo,
tunc tranſacto etiam tempore
venditor reſtituto pretio illam re-
dimere poterit, *Iac. de S. Georg. in*
l. 2. in princ. n. 2 ff. ſi cer. pet. quiſ alleg.
Hoſt. in ſumma in titu. de vſur. §. an
aliquo caſu verſic. 10. temporale
enim pactum, perpetuum ea ra-
tione efficitur, *Mantica de tacit. &*
ambig. conuent. tit. 31. n. 39. lib. 4. to.
1. Additio ad Ludouiſ. d. dec. 559.
ſub n. 8. Thor. in compend. dec. verſ. pa-
ctum reuendendi to. 2. & ita paſſim
iudicari dicit *Fab. de Anna in Add.*
ad Vinc. de Anna alleg. 83. nu. 4. Gra-
tian. diſcep. 26. n. 20. Bellonus d. cap.
48. n. 2. Monac. dec. Lucenſ. 55. n. 32.
Fachin. controu. iur. c. 12. lib. 2. Craſ.
de excep. except. 28. n. 16. & ſeq. vbi
diſputat an ſufficiant iſtæ duæ
coniecturæ, vel requiratur tertia
quòd ſit ſolitus fenerari ad ar-
guendum contractum de vſura;
ſed quicquid ſit, de quo *glo. in c. cõ*
queſtus de vſur. & DD. in c. ad no-
ſtram de empt. & vendit. Attamen
ex

Digitized by Google

4 † ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo iuſtè mouebitur Princeps ad prorogandũ terminum ad redimendum ex prædictis, *& Surd. dec. 34. Turrett. cõſ. 80. num. 55. lib. 2. Giurb. dicta deciſio. 58.*

Tertio, quia dictus Baro de Ioppulo fuit impeditus, tàm

5 ex † infirmitate, quàm etiam ex facto Procuratoris, qui eius negotia gerebat, quo caſu cum ei culpa non potuiſſet imputari, vtique erit ſaltim iuſta cauſa, vt Princeps concedere dilationem prædictam poſſet, *Sfort. Odd. de reſt. in integ. q. 11. n. 34. & ſeq. & q. 3. n. 13. Marcus dec. 1324. n. 4. Berous conſ. 18. n. 72. & 110. lib. 3.*

Quo dato impedimento infirmitatis, quia eius Procurator nõ eſſet plenè informatus concedenda veniret prorogatio per Principem, *ex not. per Sigiſm. Scacc. qui alios allegat de appel. c. 2. q. 12. n. 142 lib. 3.*

Et fortius, q̃a p̃ interlocutoriã inter eaſdem partes fuerat determinatum, quod Baro non audiretur in retrouenditione prædicta, niſi ſoluto pretio venditionis ac etiam omnibus benefactis vtilibus, & neceſſarijs voluntarijs, & voluptarijs, & in omnibus capitalibus reddituum redemptis, omnibuſq; aliarum pecuniarum quantitatibus, in quibus reperiretẽ creditor, & hoc vigore pacti in contractu vẽditionis adiecto, de quibus pendebat iudicium liquidationis, & lis inter eos, quo

6 caſu dicebatur, † vel terminum non currere, vel ſaltim concedendam eſſe prorogationem, *ex not. in l. fi. C. de annal. excep. & in c. venerabilis de iud. Maſtril. dec. 18 5. Ruginel. de appell. §. 10. gl. 2. n. 60. in medio.*

His addebatur, quia agebatur de retrouenditione Comitatus

7 cum vaſſallagio, quo caſu † fructus æſtimantur ad duo pro centenario, *ex Bruno conſ. 141. quem al legat Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 20. n. 15. vbi à nu. 12* examinat quod dicatur iuſtum rei pretium; qua habita conſideratione pretium dicti Comitatus erat modicum, & læſio enormiſſima, ita vt iuſta ratione Princeps moueri potuiſſet ad concedendã prorogationem prædictam.

Sed ex parte dicti Principis replicabatur prędicta non procedere, quia † quæ dicatur pretij mo-

8 dicitas, imò nimia illius vtilitas, vt habeat locum dicta æquitas iudicis arbitrio remittitur ex qualitate factorum, & rerum, de quibus agitur. *Barbat. cõſ. 51. col. 2. lib. 1. Bertrand. conſ. 236. n. 4. lib. 2. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam in verb. omnia n. 31. C. de reuocand. donat. Soc. iun. conſ. 104. n. 4. & 6. lib. 3 Sola ſuper conſt. Sabaud. titu. de pact. inter empt. & vend. glo. vnica, nu. 4. Cepoll. in tract. de ſimul. cõtractus pag. penult. verſ. 6. & vltima concluſio, Menoch. de arbit. d. caſu 217. in fin.* Sed in caſu iſto debebat haberi reſpectus ad fructus, & redditus di-

Digitized by Google

dicti Comitatus,& ad plura onera;quæ ſuper eo debebantur, & quod Comitatus prædictus non erat accitus, nec de domo dicti de Ioppulo, ſed emptus per eius prædeceſſores, & pluries alias multo minui pretio, quo caſu Iudex non debet æſtimare pretiũ ad duo pro cẽtenario, vt dicebatũ, ſed ad multo maiorem, put aliàs fuerunt venditi ſtatus, & ad maximum venditoris commodum, qui ſe exonerauit à multis oneribus, & debitis, quæ ſuper dicto Comitatu debebantur.

Quo vero ad impedimenta prædicta dicebatur fuiſſe cauſata ex parte dicti Baronis, & plura in facto ſuper his diſcuſſa pro & contra.

Quibus omnibus diſcuſſis fuit facta relatio dicto Sereniſſimo Principi Philiberto die vltimo Auguſti 1623. in Vrbe Meſſanæ per Sp. D. Antonium de Bononiam Magiſtrum Rationum Reg. Patrimonij, qui tunc Iudicis M. R. C. Officium exercebat de ordine dicti Sereniſſimi Principis per Sp. Andream Hortolano tũc Iudicem M. R. C. & per me, qui tunc officij Iudicis M.R.C. poſſeſſionem cęperam pro annis ſubſequentibus, quod prorogetur terminus prædictus ad alios menſes ſex.

Exinde fuit de nouo petita alia prorogatio, & commiſſa cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum educatio penes eum eſt facienda quem pater deſignauerit.*

2 *Patris etiam tacita voluntas erit ſeruanda in educatione filiorum.*

3 *Tutela pars dicitur educatio filiorum.*

4 *Matri, quæ ad ſecundas nuptias conuolauerit lex amplius non confidit.*

5 *Iudex in educatione filiorum poteſt alterare voluntatem patris, ſi mater ad ſecunda vota conuolauerit.*

6 *Vtilitas pupillorum eſt attendenda et in eorum educatione.*

7 *Iudex non debet attendere lacrimas matris, ſed ea, quæ pupillis expediunt peragere.*

8 *Subſtitutus, qui ſit conſanguineus, & bonæ famæ non excluditur ab educatione filiorum.*

9 *Subſtitutus ab eodem teſtatore, qui eũ reliquit in tutorem non excluditur ab educatione filiorum.*

10 *Maſtrill. dec. 230. declaratur & nume. 12.*

11 *Iudex in educatione filiorum ſemper debet attendere conſilium patris.*

12 *Patris officium proprium eſt proſpicere vbi & quomodo filij educari debeant.*

N AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vbi pupilli educari debeant, & an liceat Iudici à voluntate patris recedere.

DECISIO CCXIX.

1 FILIORVM † educatio regulariter debet fieri penes eũ, quem pater in ſuo teſtamento deſignauerit, eſt text. *in l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb. vbi omnes Surd. de alim. tit. 4. q. 13. & cõſ. 62. n. 12. Caualc. de tutor n. 304. Decian. conſ. 49 n. 9. Gutier. de tutel. p. 2. c. 8. n. 2. Maſtril. dec. 130. n. 10. Molfeſ. ad conſuet. Neap. p. 1. q. 8. num. 6. Galganet. de tutel. libr. tertio, quaeſtio. 48. nume. 15.*

2 Quinimo etiam tacita † patris voluntas iſtud operatur, *Decian. d. reſp. 49. Menoch. conſ. 62. n. 2. & ſequ.* vbi ampliat procedere etiã ſi eſſet ſubſtitutus, & loquitur in fratre, idem *Menoch. de arbit. caſu 168. num. 1. & Guttierr. d. cap. 8. num. 17.*

Dubitatum fuit in cauſa vertente inter D. Franciſcam Cirino, & D. Horatium Patania an prædicta procederent ſimpliciter, vel poſſet M. R. C. aliud arbitrari cum enim V. I. D. Octauius Patania reliquerit tribus filiabus tutorem dictum D. Horatiũ eius fratrem, diſpoſuit, quòd caſu quo ipſe moreretur dicta D. Franciſca nullo modo tutrix eſſe deberet, quæ exinde infra breuiſſimum tempus ad ſecunda vota conuolauit, & in filiarum educationem inſiſtebat, quam patruus ad ſe ſpectare petebat, & ab eius poſſe omnino abducendas.

Dicebatur ergo pluribus fundatam eius petitionem. Primo, ex voluntate patris expreſſa in teſtamento, quæ ſeruanda eſt ex prædictis: quæ quidem voluntas ex eo claram fuiſſe apparebat, dum illi noluit confidere tutelam verbis admodum prægnantibus, & ſic minus educationem, † cum 3 ſit pars tutelæ, prout in ſpecie *ex Bald. dixit Decian. dicto reſp. 49. maxime nume. decimotertio, & ſequent. & reſp. octauo, numero tertio, lib. ſecundo, Morot. conſil. ſeptuageſimo quarto, num. 11. & ſeq.* vbi benè loquitur.

4 Secunda, qa dicta D. Franciſca mater † conuolauit ad ſecundas nu-

nuptias, quo caſu lex de ea amplius non confidit ita expreſse determinat, *tex.in l.1.in prin.C.vbi pupil.educ.deb.* ibi ſi non vitricũ eis induxerit, *Surd.de alim.d.tit.4.*
5 *q.13.n.14.& ſeq.* vbi plus ait, qđ ſi pater filiam educari† penes matrẽ iuſſerit, ſi tñ illa ad ſecũda vota cõuolauerit nõ tenet Iudex ſequi voluntatem patris, ſed poterit alteri educationem committere, quod etiam dixit, *Menoch.d. caſu 168.nu.18. Caualc.de tutor.num. 307.Gutier.d.c.8. nu.21. Mantan. de tutel.concl. 15.n.244.& ſeq. fol. 128.Peregr.dec.28.nu.4.Galganett. vbi ſup.n.17.* vbi ampliat ẽt ſiſit ſuſpitio eã ad ſecũdas nuptias cõuolaturam, *ex Menoc. vbi ſupra nu.10*

Tertio adducebatur vtilitas
6 † pupillarum, quam conſiderauit pater in eius teſtamento, vt educarentur penes patruum in Ciuitate Catinæ eius patria, in qua cum minori diſpendio ali poterant, & ſi ingreſſuræ eſſent monaſterium, cum minoribus expenſis, & dote, q̃uam in hac Vrbe Panormi, vt eſt notorium, & vires patrimoniumq; patris non erat tam magnum, vt expenſas neceſſarias iuxta earum conditionem Panormi, quæ locus Curiæ eſt erogare potuiſſet tutor, ita conſuluit ſtante vtilitate, *Morot.dicto conſil.74.num. 14.& ſequen.Menoch. dicto caſu 168.num. 9.* & eſt notabile *conſil. Bald.487. lib.quin-*
7 *to,* vbi ait, quod † Iudex non debet attendere lacrimas matris, ſed omnino, quæ pupillis expediunt, & vtilia ſunt peragere, *Galganett.dicta quaſt. 48. num.12. & ſequen. Seraph.dec.1357.n.4. & dixi dec.80.n.60.*

Nec prædictis obſtare dicebatur quod patruus tutor erat ſubſtitutus dictis pupillis. Quia dicebatur Primo non procedere
8 † in conſanguineo bonæ qualitatis, & non habente filios, ſed in extraneo ſubſtituto, ita *Socyn. ſen.conſil. 192.lib.ſecundo, Menoch. de arbitr.caſu 168.num.17.& conſil. 62.num.18. Decian.reſp.8.num. 17.lib.2. Montan.vbi ſupra num. 249. Alexand.Trentacinq. var.reſolut.lib.ſecundo, tit.de minor.reſolut. 7.nu.14.Barbat.conſ.60. num.22. 28.& ſeq.& nu.41.Galganett.loco citato, num.5. Surd.de alim.tit.4.q. 13.nu.32.*

Secundo dicebatur dictam cõcluſionẽ procedere in extraneo, ſi talis ſubſtitutio teſtatori fuiſſet incognita, at ſi pater teſtator ſciuiſſet, & fortius ſi ſubſtitutio fuiſſet facta ab eodem teſtatore, qui tutorem conſtituit ſub-
9 ſtitutum, † tunc enim ſubſtitutio non operatur, quin educatio fiat penes tutorem ſtante confidentia, quam habuit teſtator, *ex not.poſt Dec.per Crauet.conſ. 190.nu.19. Decian.reſp.8.num.2. lib.2.*

Nec prædictis obſtat deciſio
10 *Maſtrilli 230.*† ibi enim nõ aderat pro patruo voluntas patris, tam enixa, & cõtraria voluntas cõtra

matrem, nec loquit̃ q̃ñ teſtatori
ſubſtitutio eſſet cognita vt patet
ibi n.17. Itẽ in caſu ſuo conſiderat
qđ educatio penes matrem erat
cũ maxima vtilitate pupillorũ ſtã-
te oblatione ꝙ mater eos educare
gratis volebat. Et Maſtrillus qui-
dem in eo quòd fateatur ſuſpitio-
nem procedere in patruo ſubſti-
tuto, & neget eam procedere in
extraneo ſubſtituto euidenter lo-
quit̃ cõtra cõcluſionẽ ab oĩbus re
ceptã, & contra cũ eſt magis cõis
DD. opinio, vt ex p̃dictis colliges.
11 Sed ſuper oĩa in huiuſmodi edu
catione filiorũ lex ſemper cõfidit
de patre, cuius volũtatem præ oĩ-
bus dēt Iudex ſequi, benè uerũ qđ
ſi ſuperuenit aliqua nõ leuis, & iu
12 ſtiſſima, ac euidens cauſa, quã te-
ſtator non agnouit, & maxima,
& notoria pupillorum vtilitas,
tunc poſſent procedere dicta per
Maſtrillum, & non aliter, nec po
terit ſecus Iudex recedere à vo-
13 luntate patris, † cuius proprium
eſt proſpicere indemnitati, &
educationi filiorum *d. l. 1. ff. vbi
pupil. educ. deb. cũ alijs ſup. annotatis.*
Ex quibus die 22. Ianuarij vij.
Ind. 1624. fuit per M. R. C. deci-
ſũ qđ Caterina Parania altera ex
filiabus pro modo educet̃ penes
D. Franciſcã Cirino matrẽ, vſq; ad
8 triẽnij ætatis ſuæ cũ alimẽtis vnc.
15. anno quolibet iuxta taxam fa
ctã per dictũ eius patrẽ in teſtõ, &
quo ad Melchionã, & Agathã, ex
nunc cõſignent̃ penes perſonam
idoneã eligendã p M. R. C. ad ef-
fectũ apportãdi in Ciuitate Cati-
næ iuxta paternã diſpoſitionẽ, &
ibi ſtatim collocãdæ in monaſte-
rio ad effectũ educãdi cũ eiſdẽ ali
mẽtis taxatis p. dictũ eorũ patrẽ,
& ſi forte ex cauſa eorũ infanti-
lis ætatis in monaſteriũ ad præſẽs
ĩgredi nõ poſſint cõſignent̃ p ea-
dẽ educatione et penes perſonã
idoneã eligendã p M. R. C. cũ eiſ-
dẽ alimẽtis, & idẽ obſeruari dēat
poſt lapsũ triẽnij cũ d. Caterina.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas tituli replicando aduerſus executionem, in qua tertius ſe opponat dici, & allegari nequit.*
2 *Secundum decretum, niſi ſequitur realis traditio non transfert dominiũ, neque poſſeſſionem; & quid in incorporalibus remiſſiuè.*
3 *Retentio poſſeſſionis arguit nullitatẽ, ſeu ſimulationem tituli.*
4 *Colluſio magis præſumitur inter matrem, & filium.*
5 *Poſſeſſio capta per publicum tabellionem, & non cum actuario auctoritate iudicis præſumitur clandeſtina.*
6 *Executio non eſt impedienda ex actis ſimulatis, & colluſiuis.*

ARGVMENTVM.

Tertius ſe opponens de dominio, & poſſeſſione quando impediat exequutionem.

DECISIO CCXX.

IN cauſa vertẽte inter Sp. V. I. D. D. Henricum Tortoreticũ Don Franciſco Rao Barone Ferulæ; id, de quo potiſſimum fuit du-

dubitatum erat, an nullitas tituli allegata ad impediendum exequutionem dicti de Turtureti fuerit, tam euidens, & notoria, ita vt exequutio prædicta, & diſtractio dictæ Baroniæ nullo modo potuiſſet impediri, contra D. Annam eius matrem, quæ aſſerebatur ex parte dicti D. Henrici eſſe veram poſſeditricem dictæ Baroniæ, & non dictum D. Franciſcum eius filium, qui ex adiudicatione facta ex cauſa anteriori bullæ pariter priuilegiata ſe opponebat, tamquam tertius ad impediendam exequutionem prædictam.

Dicebatur enim ex parte dicti D. Franciſci quòd aduerſus tertium ſe opponentem † ad impediendum exequutionem non poteſt replicari de tituli nullitate, *Innoc. in c. veniens, il 2. verſ. intentionem de teſtib. vbi Zabarell.* quod cum quidam fratres venirent, vt tertij, & probaſsent in primo ingreſſu de quadam vnione debuerunt audiri, licet ſtatim diceretur inualida, & ita dicit obtinuiſſe Florentiæ, & dicit ſignãdum centum manibus, eos ſequitur *Felin. in c. cũ ſuper de re iudic. & in d. c. veniens 5. col. verſ. 5. concl. n. 13. 14. vbi alios allegat Hipp. de Marſil. ſing. 274 & in tract. de bannit. in verb. nullitas n. 72. D. Octau. Corſett. in q. forẽſ. q. 4. lib. 2. fol. 112. Jntrigl. dec. 46. n. 58.* alii per multi adducti per *Giurb. dec. 62. n. 21.*

Sed ex parte D. Henrici dicebatur teſtes in vim extremorum ad eius inſtantiam receptos, per quos de poſſeſſione dictæ D. Annæ matris dicti D. Franciſci liquidò apparebat eſſe veros, & legitimè productos, ideo illis omnimodam fidem adhibendam, & conſequenter poſſe legitimè ad diſtractionem prædictæ Baroniæ procedere non obſtante prædicta adiudicatione cuius vigore non fuerat proceſſum ad veram & realem capturam poſſeſſionis ipſius Baroniæ; vnde ſi nõ fuerat capta vera & realis poſſeſſio non fuit translatum dominium, † nec poſſeſſio dictæ Baroniæ ex adiudicatione, ſeu ſecundo decreto, ex quo non transferuntur, niſi ſequuta vera & reali poſſeſſione, *ex not. per Prouinz. in l. in poſſeſſione, C. de bo. auth. iud. poſſidend.* quẽ vide, ibi enim etiã loquitur quid de rebus incorporalibus, *Giurba dec. 24. n. 10.*

Quod quidem confirmabatur quia dicta D. Anna mater et poſt adiudicationem ſemper ſtetit in reali, & effectiua poſſeſſione dictæ Baroniæ, cuius adminiſtratio erat penes Ill. D. Ioſeph de Neapoli ad præſens meritiſſimũ in ſupremo Italiæ Conſilio Regentẽ, tunc Deputatum, quæ adminiſtratio, ſeu deputatio fuit continuata ſub nomine d. D. Annæ, eiq; poſtmodum ſoluta alimenta vti Baroniſſe dictæ Terræ, & dictus D. Franciſcus non reclamauit, ex quo non ſolum apparebat de vera poſſeſſione dictæ D. Annæ, & de veritate eorum, quæ teſtes

ſtes depoſuerunt, ita ut dictus D. Henricus potuiſſet procedere ad diſtractionem cōtra eam, quia D. Franciſcus non erat poſſeſſor, ſed de nullitate, & ſimulatione præ-
3 tenſi tituli per retentionem † poſſeſſionis factam per D. Annam matrem, *per text. in l. ſicut §. ſupervacuam, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. Bar. in l. poſt contractum, n. 4. ff. de donat. Menoch. conſ. 212. nu. 76. 430. & 714. n. 8. Milan. dec. 9. nu. 133. lib. 2. Caſſan. conſ. 28. n. 12. & 13. Caual. dec. 5. n. 37. p. 4. Farin. de ſimul. q. 162. n. 228. Decian. conſ. 23 nu. 14. lib. 2. Giurb. dec. 22. nu. 11. & nos diximus dec. 72. n. 17. & dec. 89 num.* 20.

4 Item prædicta erant geſta † inter matrem, & filium, inter quos magis præſumitur colluſio, *Becc. conſ. 52. n. 55. Caſanat. conſ. 28. n. 13 Maſcar. concl. 446. n 8. & concl. 559 num. 17. & ſeq. Milanenſ. d. deciſ. 9. nu. 132.*

5 Nec obſtat actus poſſeſſionis factus per acta notarij in terra Ferule, quia nō fuit capta vera, & realis poſſeſſio, & clandeſtinè confectus, nè perueniret ad creditorū ſcientiam, *ex not. per Ruyn. conſil. 128. num. 5. lib. 4. Caſanat. conſ. 28. nu. 15.*

Item quia cōſtabat euidenter omnia fuiſſe actitata de ordine D. Annæ matris cōtra ſemet ipsā ea annuēte, & curāte, & per eius Procuratores, quinimmo ſolutas pecunias de eiuſdemmet D. Annæ pecunijs, ex quo liquido conſtabat eam permanſiſſe in poſſeſſione, illamq; procuraſſe dictam adiudicationem, vt poſſet contra creditores ſe tueri, non autem vt veram, & realem poſſeſſionem
6 filio traderet. Ideo † exequutio prædicta nō videbatur poſſe impediri, *ex not. per Roman. conſil. 499. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 624. Giurb. deciſ. 22. num. 18. & deciſ. 62.* & pluries ſeruatum in Regno vidimus, quando euidenter apparet de ſimulatione, & colluſione actorum, & maximè, quia minor, & non poterat habere tot pecunias, ſed omnia mater ad euitandum ſolutionem creditorum confecit.

Quibus omnibus diſcuſſis fuit per M. R. C. deciſum in fauorem dicti Don Henrici ſub quod oppoſitiones dicti D. Franciſci reijciantur.

Ex exinde per eos facta ſolutio, & concordatum cum dicto D. Henrico.
(S)

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hypotheta an detur in bonis patris bona filij adminiſtrantis, explicatur tex. in l. cum oportet §. non autem hypothecam, C. de bon. qua lib. & §. fi. eiuſdem l.*

2 *Pater pro malè adminiſtratis an teneatur reddere rationem.*

3 *Adminiſtrator quilibet tenetur rationem reddere.*

4 *Pater in bonis filiorum non eſt ſimpliciter vſufructuarius, ſed habet proprietatem cum conditione, quòd teneatur relinquere filijs.*

5 *Hypotheca tacita inducitur ſuper bonis patris, qui malè, & fraudulenter adminiſtrauit bona filij, vel illa alienauerit.*

6 *Hypotheca tacita non datur ſuper bonis patris pro culpabili adminiſtratione bonorum filij.*

7 *Pater in his in quibus nō habet vſumfructum, & non eſt legitimus adminiſtrator indiſtinctè tenetur reddere rationem filio cum reſtitutione reliquorum: & datur hypotheca.*

8 *Ant. a Gamma dec. 3 3 0. adducit opiniones, quando detur hypotheca ſuper bonis patris, qui bona filiorum adminiſtrauit. & n. 1 0. adducitur Mantic. qui diſtinguit.*

9 *Ancilla filij vendita per patrem nullo modo reuocatur per filium.*

11 *Hypotheca inducitur à die, quo quis cępit adminiſtrare bona alterius.*

12 *Hypotheca tacita ſuper bonis patris incipit à die, quo pater adminiſtrare, non à die malæ adminiſtrationis.*

13 *Tutoris bona ſunt tacitè hypothecata à die, quo adminiſtrare tutor cępit.*

14 *Hypothecam tacitam dari ſuper bonis patris a die, quo cępit adminiſtrare verior eſt opinio: & ita deciſum.*

15 *Hypotheca expreſſa dotis, licet poſterior præfertur tacitæ anteriori.*

16 *Matrimonium licet à principio fuerit contractum more latinorum poteſt exinde contrahi more Romanorum.*

17 *Tertia pars, quæ mulieri contrahenti more latinorum competit ſuccedit loco dotis.*

ARGVMENTVM.

Filius an habeat hypothecam ſuper bonis patris, ſi malè adminiſtrauerit, & à quo die incipiat, & hypotheca dotis expreſſa etiam quod more latinorum ſit matrimonium pro tertio mulieris præfertur tacitæ anteriori.

DE-

DECISIO CCXXI

DVÆ iuris concluſiones fuerunt conſideratæ in præſenti cauſa, de qua inferius; Prima an detur hypotheca ſuper bonis patris, qui adminiſtrauit bona filiorum. Secunda, ſi datur hypotheca an incipiat à die malę adminiſtrationis, vel à die, quo cępit adminiſtrare.

1 Quo ad primum, † *tex. in l. cum oportet §. non autem hypothecam, C. de bon. quæ liberis,* clariſſimis verbis determinat non dari hypothecam in bonis patris, cui pleniſſimam poteſtatem conceſſit in rebus filiorum, vbi quod gubernatio earum rerum debet eſſe pęnitus impunita, & nullo modo audeat filiusfamilias, vel filia, vel deinceps perſonæ vetare eũ, in cuius poteſtate ſunt eaſdem res tenere, aut quomodo voluerit gubernare: cui quidē legi obſtare vĩ *alius tex. in §. fin. eiuſdem l.* vbi ait, ſed cum tacitas hypothecas, tàm veteres leges in quibuſdam caſibus introduxerunt, quàm nos in maternis, cæteriſq; quas ſeruari neceſſe eſt &c.

Ideo variè Doctores loquuntur, *& glo. in d. § non autem dicit q̃d dictus §. non autem corrigitur per d. § fi.* vel *in d. text.* loquitur de expreſſa, ibi de tacita, vel ibi in rebus materni generis, & in rebus nuptialibus ibi *in §. non autem in alijs;* vel verius non habet filius hypothecam, quia malè ſit vſus pater, vt male gubernet, vt ibi dicitur, ſed vt rem alienatam à patre, vel eius cõſequatur pretium, vt ibi, & infra *eod. tit. l. fi. §. non autem licentiam parentibus danda.* vbi text. vult quòd nõ liceat parentibus res filiorum alienare, vel pignori, vel hypothecæ titulo dare, vt ibi latius videri poteſt; hinc *Soc. conſ. 34. lib. 1.* diſputat quæſtionem vtrum pro male admini-
2 ſtratis, † pater teneatur reddere rationem filio, licet enim regula-
3 riter † quilibet adminiſtrator teneatur rationem reddere, *l. ſi procurator, ff. mandat. cum ſimil. ibi allegatis,* tamen ſpeciale eſt in patre, vt non teneatur filio rationem reddere, *d. l. fi. §. ſin autem C. de bo. quæ liber.* niſi doloſo ſe geſſerit, *per l. Imperator, ff. ad Trebell. & eſt tex. in l. ſi qui prioris, §. in illo, C. de ſecund. nupt.* Ea ratione, † quia pa-
4 ter non eſt ſimpliciter vſufructuarius, ſed habet proprietatem ſub certa tamen conditione, quia illam tenetur relinquere filijs primi matrimonij, ita quòd ſi filij præmorerentur, ita quòd nullus ex primo matrimonio ſupereſſet ſunt verè domini, & plenam conſequuntur proprietatem, ideo concludit *Soc. ibi n. 17.* quod pater ratione doli tenetur, non autem ratione culpæ, *Neguſ. de pign. 4. membr. 2. p. n. 13.* ait, quod in-
5 ducitur tacita † hypotheca quādo

Digitized by Google

do pater adminiſtrauit bona filij malè & fraudulenter, vel illa alienauit, nam iſto caſu pro bonis filij alienatis per patrem, & pro mala & fraudulenta adminiſtratione datur hypotheca in bonis ipſius patris tacita *d.l.cum oportet, §.fin.* ſecus autem eſt pro
6 † culpabili adminiſtratione patris, quia pro illa non tenetur pater, vt declarat *glo.Bart.& Bal. in d.l.cum oportet, §. non autem, & in §.final.* & dat rationem, quia pater de bonis, in quibus eſt legitimus adminiſtrator, & habet vſumfructum, non tenetur reddere rationem adminiſtrationis filio de his, quæ culpabiliter geſſit, ſed ſolum de his, quæ fraudulenter, & doloſè geſſit *d.l.Imperator, ff.ad Trebell.& allegat Socin.d. conſil.34.* vbi dicit magis communem.

Et ſubdit *Neguſ.num.15.* quod
7 in his † in quibus pater non habet vſumfructum, & non eſt legitimus adminiſtrator filij, iuxta notata per *Bartol.in l.fin.§.1.ff.de verb.obligat.* pater indiſtinctè tenetur reddere rationem filio cum reſtitutione reliquorum, & tunc ẽt dari tacitam hypothecam.

Quæſtionem ponit, & determinat poſt *Bart.& alios, & Ariũ Pinellum in l.1.2.part.num.33.C.de*
8 *bon. matern. Anton.* † *à Gama deciſio. 330.* vbi ponit omnes opiniones, *& num.3.* concludit verius eſſe, vt tunc bona patris tacitè pro mala adminiſtratione bonorum filij hypothecata ſint, quando fraus, ſeu dolus interuenerint, & poſt *Bart.& alios,* contra Paulum refert communem opinionem, & allegat *Neguſant. vbi ſupra,* ſecundam ponit opinionẽ quod etiam ceſſante dolo, ſi pater diſſipet, vel aliter noceat filio ſuccurratur illi, allegat *Pinell. vbi ſupra, num.33.* Vltimo concludit
9 quod in † ancilla vendita per patrem reus conuentus à filio fuerit abſolutus à petitione hypothecaria tentata per filium, quia nullo modo alienatio neceſſaria, facta fuerat cogente iudice ad æs alienum ſoluendum diſſipatio dici põt, nec alienatio doloſa, aut culpabilis, *l.ſi quis debitore, ff.quæ in fraud.cred.* vt tibi per eũ videre poteris.

Mantic. de tacit. & ambigu.conuent.libr.11.titu.16.nume.19. po-
10 nit quæſtionem, & diſtinguit inter peculium profectitium, & aduentitiũ, vt in illo non detur hypotheca, quia nullam tenetur reddere rationem, in aduentitio ſi agitur de vſufructu, in quo pater legitimam habet adminiſtrationem ſimiliter nullam tenetur reddere rationem, quia ei acquiritur, *l.prima, C.de bon.mater. & d. l.cum oportet, §.non autem, C.de bon. quæ liber.* & eſt magis communis doctorum opinio, vt ipſe refert, & conſequenter non datur hypotheca, ſi vero agi-

O tur

tur de proprietate bonorum filij, quia ad filium pertinet, & hoc reſpectu habet hypothecam in bonis patris, ſi forte alienauerit, *d. l. cum oportet, ſ. vlt* cũ ibi per eum allegatis, & tacita hypotheca inducitur, ſi pater fraudulenter adminiſtrauerit, ſed ſi culpa ei non poſſit imputari non tenetur ex magis communi, ita concludit allegando *gloſ. Bart. & Bald. in d. l. cum oportet, ſ. non autem C. de bon. quæ liber. Neguſ. vbi ſup. & Soc. d. conſ. 34. nu. 16. & 17. lib. 1.* in ijs autem bonis, in quibus pater non habet vſumfructum non eſt legitimus adminiſtrator *d. l. 1. de bon. matern. cum ſimil.* & ideo ſine diſtinctione tenetur filio reddere rationem adminiſtrationis, & reliqua reſtituere, & in hoc caſu bona patris cenſentur tacitè hypothecata allegat *Neguſ. vbi ſup. Paſchal. de patr. pot eſt par. 2. cap. 1. num. 82.*

Quo vero ad ſecundam concluſionem à quo die incipiat hypotheca, videlicet an à die adminiſtrationis, vel à die malę adminiſtrationis: eſt ſciendum, quod regulariter is, qui gerit aliquod
11 negotium, † ſiue officium, ex quo de iure ſuper eius bonis hypotheca contrahitur illa hypotheca habet initium ab eo tempore, quo quis officium ſuſcepit, *Iacob. de Aren. Cyn. Bald. & Salic. in l. hac adictali, ſ. penult. de ſecund. nupt.* & hanc opinionem poſt *Salicet.* communem etiam profitetur *Socin ſen. conſil. 61. nume. primo, lib. primo.* & ſequitur *Neguſant. de pignor. dicta par. ſecunda, membro quarto, num. 12.*

Ex quo inferunt Doctores ad propoſitum caſus, de quo
12 agitur, quod † tacita hypotheca inducta à lege in bonis patris adminiſtrantis bona filij, vt ſupra eſt dictum, non incipit à die actus male geſti, ſed à die inchoatæ adminiſtrationis, *ita Bald. in dicta l. cum oportet, ſ. final. C. de bon. quæ liber. Salicet. in l. pro officio, C. de adminiſtrat. tut.* vbi
13 idem in tutoris † obligatione, & actione tutelæ, in qua datur hypotheca tacita, quæ licet non habeat effectum, niſi demum tempore finitæ tutelæ, vel ex quo tutor incipit male adminiſtrare *l. prima, de tut. & ration. diſtrah. l. hac edictali, ſ. penult. C. de ſecund. nupt.* Tamen ſtatim oritur a principio, & producit hypothecam, *Socin. conſil. quadrageſimo primo, nume. decimo octauo, lib. quarto, & dicto conſil. 61. lib. primo incip. in præſenti conſultatione, colum prima, verſic. circa ſecundam quæſtionem,* vbi quod eſt magis communis opinio, quod bona ſint obligata à tempore ſuſceptæ tutelæ, non à die, quo tor cepit male adminiſtrare, *Neguſant. vbi ſupra, vbi de communi dicto membr. quarto, num. 12. par. ſecunda, & num. 17. & ſequen.*

&

& loquitur in caſu propoſito, quem allegat, & ſequitur *Mantic. de tacit. & ambig. dicto lib. 11. titu. 16. num. 19. in fine, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 53. num. 5. & 6. par. 1. Surd. in tractat. de alimen. priuil. 49. num. 17. & 18.* & idem ſequitur *Ruyn. conſil. 77. num. 5. lib. quinto,* vbi benè loquitur, & ex hoc infert quòd ſi pater aliqua debita contraheret ante malam adminiſtrationem quòd filius erit potior, & ſic inſpicitur principium adminiſtrationis.

Quibus omnibus conſideratis verior, & indubitata fuit
14 viſa opinio, quòd † detur hypotheca ſuper bonis patris adminiſtrãtis bona filiorũ à die inceptę adminiſtrationis, quod intelligendũ eſt de proprietate bonorũ filiorum, nõ autem vſusfructus, qui patri quæritur iuxta prædicta, & notat *Pinell. de bon. matern. 2. par. maximè n. 37.* & ita fuit reſolutum.

Sed exinde in prædicta cauſa fuit dubitatum de prędictis, quia hypotheca prætenſa ſuper bonis patris per creditorem poſteriorem erat ex cauſa dotis, & ſic
15 dicebatur hypothecam † expreſſam ex dote, licet poſteriorem præferri creditori anteriori habenti tacitam hypothecam, *ex not. per Doctores in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. Fachin. libr. decimo, controuerſ. iur. cap. 31. Caſtill. Sottomajor 3. controuerſ. cap. quarto, num. 6. cum ſequen. Alexan. Trentacinque tertio var. reſolut. de pignor. & hypothec. reſol. 9 num. 3. & 4. & Neguſ. & alios ibi per eos allegatos, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. titu. 26. nu. 24. & ſequen.* & quoniam creditum dictæ D. Margaritæ erat dotale cum expreſſa hypotheca, ideo eam præferendam eſſe vi-
16 ſum fuit, licet à principio † more latinorum contractum fuerit matrimonium, & exinde more Romanorum, ſeu Græcorum, quod fieri poſſe etiam conſtante matrimonio dixerunt doctores allegati per *Mut. ſuper conſuetud. Panor. cap. 44. num. 40. & ſequen. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. primo, gloſſ. 8. num. 43. & ſequen. qui num. 50.* contrarium probat natis filijs in eorum præiudicium, & habet mulier priuilegium etiam quod
17 contraxerit † more latinorum, eius tertia ſuccedit loco dotis, *ex not. per eumdem Mut. ſuper dictis conſuetud. conſuetud. 46. num. 17.*

Ex quibus fuit ſub die 18. Aprilis x. Indict. 1627. deciſum quod dicta D. Margarita præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor teſtamentarius annis ſingulis rationem reddere tenetur.*

2 *Exequutor teſtamenti ab Epiſcopo ad petitionem partium, & ex officio quandocumque rationem reddere tenetur.*

3 *Exequutor teſtamenti, vt remoueatur, qualibet iuſta cauſa ſufficit.*

4 *Exequutor teſtamenti tutori æquiparatur ſecundum aliquos.*

5 *Adiunctus datur quando ſuſpitio eſt leuis, ſecus ſi grauis.*

6 *Exequutor teſtamenti, qui non fuerit exequutus ordinem teſtatoris eſt remouendus.*

7 *Exequutor teſtamenti, qui pecunias acceperit pro exequendis teſtatoris ordinationibus eſt remouendus.*

8 *Exequutor teſtamenti, qui ſub nomine proprio pecunias hæreditarias mutuauit eſt remouendus.*

9 *Exequutor teſtamenti nimis pauper, & nimium affectans exequutoris munus ab Epiſcopo remoueri debet.*

10 *Exequutor teſtamenti remouetur, ſi bona hæreditaria non deſcripſerit, vel de ijs, quæ in eius poſſe peruenerint in computis ſe debitorem non conſtituerit.*

11 *Exequutor teſtamenti non debet admitti etiã præſtita fideiuſſione, ſi de eius mala adminiſtratione conſtiterit.*

ARGVMENTVM.

Exequutor teſtamentarius, quando ob malam adminiſtrationem ſit remouendus.

DECISIO CCXXII.

QVÆDAM mulier Tuzarella Monforti in eius teſtamento multa legata pia reliquit, ad quorum diſtributionem quemdam Sacerdotem Io. Dominicum Muſca in executorem elegit cum facultate alium eligendi tàm in vita, q̃ in articulo mortis, qui vigore facultatis prædictæ elegit alium Sacerdotem N. qui cum malè ſe gereret in adminiſtratione prædictã, cõſanguinei ad quos intereſſe legatorum ſpectabat alium Sacerdotem eligerunt in dicta adminiſtratione: & iſte cum exegiſſet multas pecuniarum quantitates elegit alium D. Michaelem Bitto, qui cum multas etiam ſummas exegiſſet, nec compotũ de eis dediſſet, conſanguinei iterum elegerũt alium Sacerdotem

de

Digitized by Google

de Ferrauto.

Inter quos fuit litigatum quis eorum remanere deberet in prædicta adminiſtratione coram Reuerẽdiſſimo Archiepiſcopo Meſſanenſe, dictoq; de Ferrauto per eum approbato, cauſa via grauaminis ad Tribunal Regię Monarchię fuit deuoluta, in qua fuit declaratum nullum fuiſſe illatum grauamen, & inde per Tribunal C.S.R.C. ſeu per Iudicem Eccleſiaſticum cum voto ipſius reformata fuit declaratum fuiſſe illatum grauamen in modo procedendi, & quod dictus de Bitto ſuſpendatur ab adminiſtratione p̃dicta, & remaneat dictus de Ferrauto, vſq; ad deciſionem cauſæ per Tribunal faciendæ.

Et ab iſta ſententia iterum appellatum, & dato Iudice Eccleſiaſtico, prout eſt ſolitum cum voto M. R. C. ſedis ciuilis, in ea fuit diſcuſſum quis eorum remanſurus erat.

Et quidem ex parte conſanguineorum, qui inſtabant, vt re-
mouereẽ dictus de Bitto, & rema
neret dictus de Ferrauto diceba-
1 tur, quod † fideicommiſſarius, &
teſtamentarius exequutor ſingu-
lis annis tenetur rationem red-
dere, *not. Rebuff. in l. boues, §. hoc ſer
mone, n. 16. ff. de verb. ſignif. Oldrad.
conſ. 196. Anchar. conſ. 45. & 387.
Caſtrenſ. conſ. 97. in fin. lib. 1. vbi de
communi, apoſtill. ad Bar. conſ. 142.
Roman. conſ. 228. Bero. conſ. 192. n.
31. Rota Ianuenſ. deciſ. 164. Tuſch. in
verb. exequutores concluſ. 146.*

2 Quotieſcumque enim quis in
adminiſtratione exequutoris teſtamenti præficitur, quandocunque ab Epiſcopo, & ad petitionẽ partium, vel ex ſolo iudicis offificio rationem reddere tenetur *Bal. in l. fin. ff. de bon. auth. iud. poſſid. Eſcobar de ratioc. c. 6. nu. 85. Molin. de iuſt. & iur. p. 1. c. fi. Caualc. & alij per Gutier. de tutel. lib. 3. c. 1. nu. 32. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. c. 2. glo. 13. n. 31. Craſſ. § fi. q. 7. n. 1. & ſeq.*

Et vt exequutor † teſtamenta-
3 rius remoueatẽ ſufficit q̃libet iuſta
cauſa ab Epiſcopo bene p̃ſpecta
*Specul. de offi. omnium iud. §. 2. verſ.
reperitur Goz. ad. conſ 62. Decia. conſ.
85. n. 9. vol. 2. & eſt tex. in l. 3. § præ
terea vbi Bar. de ſuſpect. tutor. Iac. de
Canib. de exequut. vltim. volunt. p. 1.
4 f. 91. n. 10. in tract.* qui dicit æqui-
parari tutori huiuſmodi exequu-
torem, & facit, *gl. in l. ſi quis à filio
§. ſi plures, ff. de leg. 1.*

Nec iſto caſu dicto de Bit-
to erat dandus adiunctus, tunc
5 enim datur, quando ſuſpitio eſt
leuis, ſed in iſto caſu grauis reputabatur, cum exegiſſet pecunias, illaſq; in vſum à teſtatore deſtinatum non conuertiſſet, ita *Caualc. loquens in tutore in tracta. de tutor. & curat. nu. 19. Affl. de iure prothom. n. 18. Caſtrenſ. conſ. 355. vol. 2. Vrſil. ad Affl. dec. 357. Boer. dec. 33. n. 100. Montan. de tutel. reg. 3. n. 15 f. 175. Franc. Marc. dec. 654.*

6 Et quod adminiſtrator, † ſeu
exequutor teſtamenti, qui nõ fue

rit

rit exequutus ordinem teſtatoris, ſeu Epiſcopi (prout in caſu iſto) ſit remouendus dixit *Jo. à Canib. d.tract. de exequ. vlt. volunt. tract. 7. p. 1. n. 2. f. 86. Duaren. in l. ſi mora, ff. ſolut. matr. Tuſc. in verb. exequutores concl. 545. Craſſus §. fi. q. 15. nu. 2. Tuſc. concl. 546. lit. E, Giurb. ad conſuet. Meſſan. c. 2. gl. 13. ſub nu. 4.*

7 Eo maximè, † quia pro exequenda voluntate teſtatoris pecunias accepiſſe apparebat, quo caſu remouendus venit, *§. nunc videamus de ſuſp. tut. l. 3. §. nunc videamus ff. eod. tit. Mont. de tutel. c. 26 reg. 1. n. 20. Jo. à Canib.* qui in exequutore loquitur, vbi ſup. §. nouiſſimum.

8 Item, quia † quaſdam pecun. hæreditarias ſibi nomine proprio tamquã ab eo mutuatas ſibi obligandas per contractus publicos curauit, quo caſu ſicut etiam tutor erit remouendus, *l. tutor §. nũc videamus in verb. interceperit, ff. de ſuſpect. tutor. Montan. vbi ſup. c. 26. tit. de excuſ. tut. reg.* 1. *n.* 20.

9 Vltra quod dicebat † eſſe nimis pauperẽ, & pro minima sũma per d. Archiepiſcopũ carceratus, & affectabat officiũ exequutoris, quo in caſu remouendus venit, *ex not. per Crauet. conſ. 18. n. 19 Monta. vbi ſup. n. 7. & eſt tex. in l. q̃ omnia, verſ. nec petendus, ff. de pcur.*

10 Et bona hrditaria non deſcripſit, nec in computis de omnibus, quæ in eius poſſe peruenerunt ſe debitorem conſtituit, ideo remouendus, *ex not. per Soc. cõſ. 290. vol. 1. Pariſ. cõſ. 90. nu. 29. lib. 1. Alciat. reſp. 46. n. 46. to. 2. lib. 6. Rota Genu. dec. 173. n. 12. Greg. Lopez l. 25. tit. 9. p. 2. Eſcobar c. 10. & c. 24. nu. 17. Giurb. vbi ſup. n. 31.*

11 Conſtito ergo † de mala adminiſtratione non erit admittẽdus ẽt præſtita fideiuſſione, *Alex. in l. Imperator nu. 7. ff. ad Trebell. Ripa in l. ſi conſtante, in fi. ff. ſolut. matrimon. Pinell in l. 1. p. 2. n. 38. ff. de bon. matern. Eſcobar. c. 6. n. 8.*

Ex quibus omnibus M. R. C. ſub die 31. Ianuarij 1624. determinauit, quòd dictus de Bitti remoueatur abſq; nota infamiæ, & cogatur reddere compotum, & quòd remaneret dictus de Ferrauto præſtito tamen de reddendo iuſtum, & legale compotum, & quo ad nullitatem ſententiæ, quæ prætendebatur non fuit habita conſideratio, non enim erat defectu citationis, nec dationis terminorum iuxta Regni capitulum, ſed potius ad cauſam protelandum, ex quo etiam magis augebatur ſuſpitio, & affectatio procurando, ne ei adminiſtratio interdiceretur, prout fuit deciſum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarij mortuo Summo Pontefice non poſſunt commiſſionem ſibi delegatam exequi.*

2 *Eccleſiaſtica bona regulariter alienari nequeunt.*

3 *Summus Pontifex non ſolet concedere licentiam alienandi bona Eccleſiaſtica, niſi ex cauſa euidentis eccleſiæ vtilitatis.*

4 *Iuriſdictio acceſſoria ad gratiam morte concedentis non expirat, etiam ſi res ſit integra.*

5 *Delegatio facta per Summum Pontificem in euidentem vtilitatem, &c. expirat morte concedentis.*

6 *Delegatus, ſi in euidentem vtilitatem eccleſiæ, &c. habet cauſæ cognitionem.*

7 *Gratia morte concedentis non expirat, ſi tamen perfecta fuerit.*

8 *Gratia non dicitur perfecta, quando pendet à futuro euentu, vel ſententia à delegato eſt proferenda.*

9 *Emphyteuta, qui obtinuit literas, ſi in euidentem, &c. eaſque ſuperſtite Summo Pontifice non fuerit exequutus obtineat obſeruatoriales literas.*

ARGVMENTVM.

Obtento reſcripto ſi in euidentem vtilitatem citatis citandis, mortuo Summo Pontifice, & re integra an poſſit exequi per delegatos, vel expiret.

DECISIO CC XXIII.

CONCESSIONE facta per Reuerendiſſimum Epiſcopum Cefaludenſem de quodã terreno in anno 1534. Ioanni Antonio de Serio ad emphyteuſim de 29. annis ad 29. ſub canone vnc. quatuor, & inde renouata ad vnc. ſex Nicolao de Serio eius filio in anno 1559.

Dictum terrenum à prædictis de Serio fuit venditum in anno anno 1572. Nicolao Ceſalu, & elapſo tempore dictorũ annorũ 29. per d. Octauium Alenium Vicarium Apoſtolicum fuit ei conceſſum pro vnc. decẽ anno quolibet ad tertiam generationem, qua finita etiam benefacta eccleſiæ deuoluerent &c. obtenta tamen diſpenſatione Summi Pontificis, & hoc in anno 1593.

Quapropter in anno 1600. à Santiſſimo Clemente VIII. fuit ob-

obtentum reſcriptum directum Vicario, & Archidiacono Panor. vt cognito de vtilitate eccleſiæ citatis citandis interponerent auctoritate Apoſtolica decretum dictæ conceſſioni. Quod quidem reſcriptum non apparet executoriatum in Regno iuxta morem, & ſtilum ipſius, ſed tranſumpta copia ipſius, (originale enim non apparet) fuit conceſſa executoria in anno 1624. citato dicto Reuerendiſſimo Epiſcopo, & Capitulo.

Et facta præſentatione coram dictis delegatis, cauſaque adhuc non expedita, nec interpoſito decreto prædicto, Reuerendiſſimus Epiſcopus reiuendicatorio iudicio ſe direxit pro recuperatione dictarum terrarum vna cũ benefactis, & fructibus duabus potiſſimis rationibus. Primò, quia cõceſſio facta per Vicarium Apoſtolicum eſt nulla, niſi approbatio Apoſtolica ſubſequatur. Secundò, quia obtento Apoſtolico reſcripto non fuit ſecuta approbatio, & interpoſitum decretum, nec ſeruata forma in dicto reſcripto Apoſtolico contenta, qua non ſeruata nulla dicitur, *c. cum dilecto de reſcript. Ricc. reſol. 18.*

1 Nec amplius † cõmiſſarij mortuo Sanctiſſimo Clemente VIII. re integra poſſunt ferre decretũ; eo enim mortuo expirauit gratia, *c. ſi cui, §. ſecus de prebend. in 6. Ricc. reſol. 94. & dec. 206. alias 109 fol. mihi 111.*

Erit ergo videndum an mortuo Pontifice gratia, & commiſſio directa Vicario, & Archidiacono Panor. expirauerit, ita vt ipſorũ iuriſdictio ceſſauerit, nec amplius poſſint de prædicta cauſa cognoſcere.

2 Et quidem regulariter res Eccleſiaſticæ alienari nequeunt tam de iure communi canonico, quã ex forma extrauag. ambitioſæ, vt late diximus *dec. 194. p. 2.* qđ non poteſt diſpenſari, niſi ex gratia Summi Põtificis, in tantum quod res Eccleſiaſticæ de iuſtitia alienari nequeunt, ſed accedente conſenſu Põtificio ſic, quod quidem

3 Summus Pontifex † concedere nõ ſolet, niſi adſit euidens Eccleſiæ vtilitas, eaque accedente ex gratia Summi Pontificis alienantur, vel ad emphyteuſim conceduntur, & huiuſmodi reſcripta ſunt

4 gratioſa, & quando † iuriſdictio eſt acceſſoria ad gratiam morte concedentis non expirat, ſicuti enim gratia eſt perpetua, & non expirat morte concedentis etiam re integra, ita etiã iuriſdictio acceſſoria ad gratiam non expirat morte concedentis, vt dixi, etiam ſi res ſit integra, *ita Abb. conſ. 34. ſuper quæſtionis materia, col. 2. nu. 5. verſ. ſubreptio autem, & nu. 6. lib. 2.* quem ſequitur *Tuſc. in verb. reſcriptum concl. 208. in fin. id confirmatur ex not. per Ioan. Bapt. Leonell. de ſubrept. reſcript. art. 9. q. 3.* vbi ponit de reſcripto reali quod ſit perpetuum, *& art. 15. Didac. Perez lib. 2 tit. 2.*

Digitized by Google

tit. 2. l. 2. glo. in verb ſean firmes. & *lib. 3. tit. 12 l. B q. 35. & 36. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 21. n. 7. gl. literam. & ſeq. & lib 14 de irregul c. 17 ſub n. 7 gl. in lit. b. Cened. pract q. 38. n. 18. & ſeq. & in collect. 1. ad extrauag. in 6.* & eſt pulchrum *conſ. Fed. de ſen. conſ. 68. & 78. Nouar. q. forenſ. 121. n. 17.*

Sed è contra dicebatur quod
5 quando † Summus Pontifex delegat cauſam cum reſcripto ſi in euidentem vtilitatem tunc gratia non dr̃ perfecta, & delegatus
6 habet cauſę cognitionẽ, quod reſcriptum cum non fuerit præſentatum, & res ſit integra morte cõcedentis expirat ita per *tex. in c. ſi cui ſ. ſecus de prabend. in 6. dixit à Peguer. dec. 128.* Et licet *tex. in c. ſi ſuper gratia de off. deleg. in 6.* dicat
7 †gratiam morte concedentis non expirare, tamen hoc intelligitur, qñ gratia eſt perfecta, non quan-
8 do pendet † à futuro euentu, & ſententia per delegatum ferenda, & ita illum ſequitur *Ricc. in praxi alien. rerum eccleſ. dec. 109. fol. mihi 111. & Farin. dec. 473. p. 2. tom. 1. fol. mihi 522.* vbi allegat plures deciſiones Rotæ Romanæ diſtinguendo per modum, vt ſupra, ac etiam adducit *à Peguer. d. dec. 128. & Gabr. concluſ. 1. de prabend. num. 13. Dec. Geminian. & alios;* & ita etiam conſuluit in ſimili caſu, P. Gaſpar del Caſtillo Congregationis Oratorij Sancti Ignatij, & Abbas terranæ *conſ. 60.* quæ habeo ad pennam.

Et proptereà fuit reſolutum ꝙ non poterat exequi prædictum reſcriptum, ſed pro cautela emphyteutæ † iterum obtinerentur à Sereniſſimo literæ obſeruatoriales prædicti reſcripti.

SVMMARIVM.

1 *Catana Vrbs inter alias Siciliæ antiquiſſima, eiuſque patrona Diua Agatha.*

2 *Petitio iuriſditionis ꝓ defenſione Chriſtianæ Urbis contra hoſtes eſt iuſtiſſima.*

3 *Defenſio omni iure diuino, & humano eſt licita, & permiſſa.*

4 *Conceſſo vno neceſſe eſt concedere antecedens, & ſubſequens.*

5 *Magiſtratus creandus eſt vbi Princeps perſonaliter adeſſe non poteſt.*

6 *Iuriſditionis poſſeſſio multis modis acquiritur.*

7 *Iuriſditio acquiritur ex promulgatione bannorum, ex punitione, captura, & ſimilibus, per duos, aut vnicum iuriſditionales actus.*

8 *Scientia, & patientia præſumitur ex præſentia Præſidis in Prouincia.*

9 *Subſtitutus, vel ſubrogatus gaudet eiſdem prærogatiuis, & præhemimentijs, quibus principalis gaudere ſolet.*

Digitized by Google

10 *Vrbes habent maiorem auctoritatem in miniſtros, quibus de proprio ſoluunt ſtipendia.*
11 *Militum duo genera adſunt in Regno Siciliæ.*
12 *Cognitio cauſarum militum, qui habent ſtipendia regia ſpectat ad Proregem, tamquam Generalem Capitaneum.*
13 *Principis iuriſdictio præſcribi, vel conſuetudine acquiri prohibetur.*
14 *Princeps ſemper dicitur concedere iuriſditionem cumulatiuam.*
15 *Princeps ſemper retinet eius ſupremã iuriſditionem.*
16 *Priuilegium Regis requiritur pro acquirenda iuriſditione ſuprema.*
17 *Princeps cum quouis alio in iuriſditione concurrit.*
18 *Milites Hiſpani non cognoſcuntur, niſi per Proregem, & ita ſeruatum num. 19.*
20 *Vicarij Generales deſtinati per Regnum à Prorege non cognoſcunt de cauſis militum Hiſpanorum.*
21 *Milites regnicoli quomodo cognoſcantur, & in eorum cauſis procedatur.*
22 *Princeps ſolus concedit facultatem procedendi ex abrupto, & diſpenſatiuo modo.*

ARGVMENTVM.

Officium Capitanei armorum ad bellum, an poſſit præſcribi, vel conſuetudine introduci.

DECISIO CCXXIIII.

REGNVM hoc Siciliæ Regi, & Domino noſtro Filippo fideliſſimũ cum ſit terris Barbaris, & hoſtibus communibus Chriſtiani nominis viciniſſimum a Piratis quotannis infeſtatur, ideo Excellentiſſimi Domini Proreges oportuna ſolent adhibere remedia, & inter alia milites Regni ad maritimas ipſius conuocare, quibus præfectos, ſeu vt communiter vocant armorum Capitaneos ad bellum præficit, vt prędictis hoſtibus poſſint obuiare.

Et qm̄ inter Regni potiſſimas,
1 & tertia ī ordine eſt Vrbs†Catinę antiquiſſima inter Ciuitates oēs, nobilibusq; viris ornata, cuius patrona eſt diua Agatha, quæ in prædicta Vrbe martirio coronata eius corpore illam exornat, prętendit Senatus ipſius manutenerī ī poſſeſſione exercēdi dictũ officiũ Capitanei armorũ ad bellũ in abſentia tamẽ & quãdo alius à Principe creatus non fuerit, & à Sereniſſimo Dn̄o Principe Filiberto commiſſa cauſa fuit ſuper

eius

eius ſcripturis quid iuris eſſet determinandum.

2 Dicebatur ergo ex parte dictæ Vrbis eius petitionem eſſe iuſtiſſimam, & tamquam res neceſſaria, & vtilis ſine vlla petitione pręcipienda foret, etiam ſi ab illo Senatu recuſaret, quid enim iuſtius præcipi, & peti poteſt, quàm iuriſdictio pro defenſione Vrbis Chriſtianæ ab infidelibus inimicis Chriſtiani nominis, & fide, cũ quibus perpetuum eſt bellum indictum.

3 Et cum defenſio † ſit omni iure diuino, & humano licita, & permiſſa, petitio prędicta videtur legitima, & fauorabilis iudicanda, vbi præcipuè per nobiles, & expertos viros exerceri poteſt, prout ſolent eſſe dictæ Vrbis Senatores, 4 conceſſo enim vno † eſt neceſſe concedere antecedens, & ſubſequens, *l. ad rem mobilem, ff. de procur. l. 2. C. de iuriſd. omn. iudic.* Vbi enim † Princeps non poteſt per-5 ſonaliter adeſſe, neceſſario Magiſtratus creandus eſt; *l. 2. ff. de orig. iur.* Et in inſtructionibus nouę militiæ huius Regni editis tempore Excellentiſſimi Domini Comitis Oliuares digniſſimi tunc Proregis *cap. 48. & 51.* datur huiuſmodi poteſtas Vicario, vel Armorum Capitaneo, & in eius abſentia ſuratis.

Petebat Senatus prædictus literas conſeruatorias huiuſmodi officij Armorum Capitanei durante abſentia armorum Capitanei Deputati ab Excellentiſſimo Domino Prorege, dicebatur igitur quod erant concedendæ, & ei ſufficiens erat docere Senatum eſſe in huiuſmodi poſſeſſione, ut ſit manutenendus.

6 Poſſeſſio † vero iuriſdictionis multis modis acquiritur, de quibus per *Apetr. de fideicommiſſ. quæſt. 12 n. 141. & ſequ. Peregrin. in tract. var. à nu. 84. vſque ad nu. 110. Muta deciſ. 99. nu. 7. 27. & ſequ. Perez in lib. ordin. Regn. lib. 3. tit. 1. l. 1. verſ. ſaluo fol. 465.* Et 7 præſertim † acquiritur ex bannorum promulgatione ex punitione, captura, & omnibus alijs actibus iuriſditionalibus per duos, quinimmo per vnicum actum, vt ibi ait *nu. 152. & 153. Maſtrill. dec. 52. num. 1.* quæ omnia ex par-8 te Senatus oſtendebantur † cum ſcientia, & pacientia ſuperioris, quæ probatur hoc ipſo, quod Pręſes eſt in prouincia, *Ruy. conſ. vlt. n. 9. lib. 4.*

Ex quibus inferebatur omnes ſubditos foro belli ad obediendum teneri dicto Senatui dicto 9 tempore, ſubſtitutus † enim, vel ſubrogatus gaudet eiſdem prærogatiuis, & præheminentijs, quibus principalis gaudere ſolet, *Carot. de locat. & conduct. in tit. de ſublocat. quæſtio. 20. nume. tertio, & ſequent. Maſtrill. dicta deciſio. 52. nume. 16. & ſequent. dixi deciſ. 126. Adrian. Neguſant. in ſilua reſponſ. quæſt. 293. num. 1. & ſequent.*

Sed fortius prædicta procede-
10 re dicebatur in fortilitijs † fabricatis ex pecunijs Vrbis, ſuper q. bus ſunt poſitæ bombardæ per Vrbem, & in quibus Vrbs, tamq̃ domina eligit miniſtros, eiſq; ſoluit ſalarium, & de neceſſarijs prouidet, *Luc. de Penn. in rubr. C. de appar. præfect. Vrb. in fi. vbi allegat inter alia tex. in l. 2. ff de off. magiſtri militũ.* Et quia ita ſeruatur in Vrbe Panor. & Meſſanæ ita ſeruandum eſſe in prædicta Vrbe Catinæ intendebat Senatus prædictus.

Sed in his eſt aduertendum q̃
11 in Regno ad ſunt † duo genera militum Hiſpanorum, vel Veteranorum, ſeu tratenutorum à Catholica Maieſtate, vel aliorum, q. habent ſtipendia Regia, quæ annotantur, & ſoluũtur per Officiũ Sp. Veditoris Generalis, & Conſeruatoris, & alij ſunt milites regnicolæ, tàm equeſtres, quàm pedeſtres, qui ex prædictis nouæ militiæ inſtructionibus in omnibus Ciuitatibus, & Oppidis Regni ſunt deſignati pro ipſius defenſione, qui non habent certũ ſtipẽdiũ, prout in prædictis inſtructionibus ſtatuit. Si agit de primis
12 cognitio eorũ cauſarũ ſpectat ad Principem, tamq̃ Capitaneũ Ge-
13 neralẽ, & iſta iuriſdictio nullo modo poteſt præſcribi, nec prætendi põt ab alio quæſitã fuiſſe, quia ſuprema Principis, iuriſdictio p̃ſcribi, vel conſuetudine acquiri prohibet poſt *Caſtrenſ. conſ. 7. vol. 1.* dixerunt plures adducti per *Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. c. 2. n. 23. & ſeq.* & ſi agitur de iuriſdictione in officiũ conceſſa, ſine adminiſtratione, quæ eſt illa, quæ in omnibꝰ magiſtratibus Deputatis ad iuſtitiæ adminiſtrationem commu-
14 nicatur, tũc † ſemper cumulatiuè conceſſa intelligitur, cum Prin-
15 ceps † ſemper retinere dicat eius ſupremã iuriſdictionẽ, & debeat
16 conſtare † de aliquo priuilegio, & cõceſſione, de quo in præſenti caſu non apparebat, *ex not. per eundẽ Maſtrill. vbi ſup. n. 37. & ſeq.* con-
17 currere enim dr̃ Princeps cũ quouis alio in iuriſdictione ſecundũ *Bal. in c. 1. in princ. quis dicat. Dux, March. vel Com. Vinc. de Franch. deciſ. 370.* & illã põt ad nutũ auferre, *Bal. in l. qui ſi patris n. 14. C. vnde liber. Maſtril. vbi ſup. n. 43.* Quicquid ſit quando mediante pecunia, vel per contractum fuerit cõceſſa, non erat caſus, de quo agit.

Ideo, quia prædicti milites Hi-
18 ſpani, & qui ſtipendium habent à Rege ſunt immediatè ſubiecti eorum Capitaneo Generali, aliſq; non recognoſcunt ſuperiorẽ non poſſunt cognoſci, niſi ab eo, vel Officialibus ab eo Deputatis, & non põt iſta iuriſdictio præſcribi, nec conſuetudine aliud introduci: & ita ſtatutum eſt per inſtructiones militares, vt dixi *dec. 105. n. 10. & ſeq.* Quinimò hic † in Vr-
19 be Panormi, vbi ſemper ſolet Ill. Senatus in abſentia Excellentiſſ. Domini Proregis exercere officiũ Capitanei armorũ ad bellum non

cogno-

cognoſcit de militibus Hyſpanis, & ita fuit demandatum tempore Excellentiſſimi Domini Ducis Feriæ; & erat Prætor Ill. Comes D. Aleramus del Carretto Comes Galeani, & ita ſeruatum cum quibuſdam Hiſpanis militibus, quorum cauſa de ordine Excell. ſuæ fuit cognita per ſubſtitutum in officio Sp. Auditoris Generalis facta relatione Ill. Andreæ de Salazar tunc meritiſſimo Magiſtro militum.

In tantum quòd dictus Senatus nullam habet iuriſdictionem cõtra eos, nec habere poteſt, niſi ſpecialiter, & verbis expreſſis hoc à Principe fuerit conceſſum, & generaliter in huiuſmodi cauſis
20 et † Vicarij Generalis Regni, qui ſupremam habere ſolent ab Excellentiſs. Domino Prorege poteſtatem de illis non cognoſcũt, ſed certiorem faciũt Principem, & ad illum cauſas remittunt, prout de his plenum eſt Archiuium officij Sp. Auditoris Generalis, & in prædicta Vrbe Catinæ ita ſeruatum eſt ab Ill. Marchione Surtini, tunc Vicario Generali in cauſa domini de Yepes Capitanei Artellariæ dictæ Vrbis, nã remiſſis informationibus p Senatum ad prædictum D. Marchionẽ remiſit Illuſtriſſimo Domino Cardinali, tunc Locumtenẽti, & fuerunt expeditæ per officium Sp. Auditoris Generalis.

Si verò agimus de alio genere
21 † militum Regni, qui ſunt regnicolæ, vt ſupra dixi, & per prædictas militiæ inſtructiones c. 9. ſtatuitur quòd in Ciuitate Catinæ (inter alias) non determinetur numerus militum, ſed ipſi ciues cuſtodiant eorum muros, & maritimam, alias autem Ciuitatibus & Oppidis Regni imponitur, vt ſubditi eorum præfectis, ſeu Sergẽtibus, vt vocãt maioribus, qui ex *c. 46. 47.* aliam non habent poteſtatẽ, niſi capiendi informationes, eaſq; remittendi ad Vicariũ Vallis, ſi delictum fuerit à relegatione ſupra, ſi vero à relegatione infra, vel rẽ pertinente ad bonum regimen militiæ poterunt cognoſcere, ſicut etiam eorum Capitanei, & Armorum Capitanei ad bellum habent etiam inſtructiones iuxta prædicta, nec poſſunt de eorum cauſis cognoſcere, ſi ſint à relegatione ſupra. Nec de cauſis ciuilibus ab vnc. decem ſupra, vel vbi adſunt ſcripturæ, & cõtrouerſia inter partes, ea enim remittuntur ad Principem ſi committũtur delicta, vel debita, tempore, quo actu militant, alias ad ordinarium, vt in dictis inſtructionibus ſtatuitur, & ita eſt intelligendus *Maſtrill. lib. 5. c. 15. n. 18. & 19.* & vidi ſemper ſeruatum, aliàs enim eſſet contrauenire prędictis inſtructionibus.

Ex quibus infertur quod Senatus prædictus, nec etiam in militibus prædictis, vel alijs, qui accederent ad defenſionem eorum maritimæ poſſunt de eorum cauſis

ſis, à relegatione ſuprà cognoſcere, niſi modo prædicto. Quæ
22 confirmantur, quia cum in prædictis caſibus procedatur palatino modo, & ex abruptò, niſi habeãt poteſtatem ſpecialem à Domino Prorege nullo modo poſſunt procedere, nec de prædictis cauſis cognoſcere, *ex not. per Burg. de mod. proced. ex abrupto q. 1. nu. 3. & q. 56. per totam, & q. 11. nu. 10. 39. & ſeq.* vbi adducit rationem, quia hoc eſt de Regalibus.

Ideo omnibus his perpenſis oportunum viſum fuit prædicto Senatui concedere ex ſpeciali gratia Principis huiuſmodi poteſtatem Capitanei Armorum ad bellum in abſentia Capitanei ad bellum deſignandi per eundem Principem, & ita fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 Comparens principaliter ſe defendendo, licet in conſequentiam petat reuocationem alicuius tenutæ dicitur reus.

2 Petens poſſeſſionem reſtitui, vel ſimilia dicitur actor.

3 Actor, vel reus dicitur diuerſis reſpectibus, & ideo cautus debet eſſe Aduocatus in formando petitionẽ.

4 Prouiſio gratioſa per ſecundam non dicitur reuocata.

5 Iuſtitia eſt ſeruare gratiam.

6 Prouiſio prima, quæ eſt contra, vel præter iura partis per ſecundam dicitur reuocata, & omnia fieri debent, prout de iure diſponitur.

7 Curator prodigo non datur, niſi cum cauſæ cognitione.

8 Curator prodigo non datur, niſi ea citato, & probato actu prodigalitatis.

9 Clauſula (interim) denotat pendentiam alicuius actus faciendi.

10 Clauſula (interim) reſtringit diſpoſitionem, vſque ad tempus cui adiecta eſt.

11 Contractus initi cum prodigo valent, niſi ſit publicata interdictio per proclama.

12 Citatus, vel comparens ne ad vlteriora procedatur contra eum dicitur laceſſitus, & conſequenter dicitur reus, & non actor.

13 Tertius poſſeſſor, qui comparet, & ſe opponit de dominio ne diſtrahatur eius propria res dicitur reus, quia venit laceſſitus etiam quòd non ſit citatus.

ARGVMENTVM.

Quis quando dicatur actor, vel reus, & prodigo, quando ſit dandus curator.

D. I.

DECISIO CC XXV.

PRO deciſione articuli pendẽtis in M.R.C. inter Thomam Pape, & Caterinam eius ſororẽ quis eorũ deberet eſſe actor vel reus præſupponebatur in facto, quòd die 30. Ianuarij 1623. fuerat ad inſtantiam dictæ Caterinæ obtentũ à Sereniſſimo Principe, tunc Prorege, quòd dicto Thomæ eius fratri daretur, tamq̃ prodigo curator.

Qui die 7. Februarij ſupplicauit quod reuocata dicta prouiſione facta ad relationem vnius ex Sp. Iudicibus alij duo Iudices referrent ſuper reuocatione, prout fuit obtentum, & facta exinde in menſe Maij relatione prouiſum, quod M.C. prouideat de iuſtitia, & interim ſtet curator.

Exinde eodem tempore ad inſtantiam eiuſdem Thomæ, quia dicta Caterina non proponebat ſuam petitionem ſuper datione curatoris confidens in dicta prouiſione, ſeu clauſula, quod ſtet curator) fuit ſupplicatum Sereniſſimo Domino pro expeditione, & per S.A.S. prouiſum, quod intelligatur dicta prouiſio, quod M.C. prouideat de iuſtitia, & interim ſtet curator infra menſes quatuor, qui terminus per dictã Caterinam fuit pluries prorogatus.

Et inde ſupplicatum quòd ei non incumbit expeditio cauſæ, quæ habet dictam prouiſionem deciſiuam, quod ſtet curator, ſed incumbebat expeditione dicto Thomæ ſuper qua petitione fuit decretum, quod M.C. prouideat. Fuit igitur dubitatum, cui incumbebat onus expeditionis dictæ cauſæ dictæ Caterinæ, vel dicto Thomæ infra quatuor mẽſes iuxta prouiſionem prædictã, & quis eorum eſſet actor, vel reus.

Dicebatur ex parte dictæ Caterinæ, quod Thomas petebat reſciſſionem prouiſionis contra eum factę, & conſequenter eſſe actorem, quia Doctores conſiderant modum proponendi, videlicet, aut quis comparet principaliter † ſe defendendo, licet in conſequentiam petat reuocationem alicuius rei, puta tenutę, & iſto caſu dicitur reus, quia attenditur id, quod principaliter agitur, aut principaliter petit reſcindi quod factum eſt contra ſe, vel petit poſſeſſionem reſtitui, vel ſimilia, & tunc eſt actor. *Bar. in l. de pupillis, §. procurator n. 2. ff. de nou. oper. nunc. vbi Angel. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. n. 6. & Imol. Dec. in c. intelleximus n. 9. de iud. Felin. ibid. n. 4. Roman. conſ. 217. Patian. de probat. lib. 1 c. 56. n. 18. & ſeq.*

Et ideo inferebatur, quod dictus Thomas erat in ſecundo diſtinctionis caſu, quia licet reſpectu primę prouocationis ſit reus, ta-

tamen ſi aliquid proponit in cauſa non per viam exceptionis, ſed principaliter petẽdo aliquid reuocari, vel fieri dicitur in hac petitione actor, & ei perit inſtantia ita Rom. *d. conſ.* 217. *& Caualc. dec.* 17. *num.* 5. *& ſeq. & nu.* 27. *lib.* 1. *Burg. de laudim. p.* 3. *inſpect.* 31. *n.* 37

Ea ratione, quia principaliter comparet petiendo aliquid declarari, vel fieri, ita quod diuerſis
3 reſpectibus põt† quis eſſe actor, vel reus, & debet eſſe cautus aduocatus in modo proponendi, vt dixit *Ang. in d. l. de pupillis, §. fin. n.* 3.

Sed ex parte dicti Thomæ dicebatur quod terminus prædictus fuerit præfixus dictæ Caterinæ, & quod curator non poterat, nec debebat durare vltra quatuor menſes: & quod inſtantia prædicta peribat ipſi Caterinæ, & ipſa erat actrix.

Quandoquidem prouiſio illa quòd detur curator per ſecundã prouiſionem quod M. C. prouideat, de iuſtitia infra quatuor mẽſes fuit reuocata, & in iuſtitiam remiſſa, prout in Regno practicatur, ex *not. per Maſtrill. dec.* 228. *lib.*
4 3. *per tot.* vbi quod ſi prouiſio† prima eſt merè gratioſa, tunc per ſecundam prouiſionem non dicitꝰ reuocata, & ꝓcedit *dec. Affl.* 228 in qua dicitur, quod iuſtitia eſt
5 ſeruare gratiam. Sed quando pri-
6 ma prouiſio † eſt contra, vel pręter iura partis, tũc dr̃ reuocata ꝑ ſecundam prouiſionem, & iniuſtitiam remiſſa, & dicunt eo caſu omnia fieri de iuſtitia, & prout ius requirit.

7 Ex forma autem iuris † in decernendo curatore alicui prodigo requiritꝰ plena cauſę cognitio,
8 & debet ipſe prodigus citari, † & probari actus prodigalitatis, *Rip. in l. is cui bonis n.* 26. *vbi de communi ff. de verb. oblig. Bertrand. conſ.* 212 *par.* 1. *lib.* 3. *Montan. de tutel. c.* 38. *n.* 26. *&* 31 *f.* 79. *Ricc. collect.* 1757. *verſ.* 3. *p.* 5. *poſt Viuium com. opi.* 655 *Maſcar. concl.* 1234. vbi de modo probandi quem eſſe prodigum, cũ ergo prædicta fieri debuiſſent cum prædicta cauſæ cognitione meritò Princeps dationem curatoris in perſonam dicti Thomæ de iuſtitia commiſit, & ſic fuit prima prouiſio reuocata, & remanſit vnuſquiſque prout erat à principio, vnde Caterina ſi intendebat curatorem dandum eſſe ꝓdigo erat actrix, & ſic modo remanſit.

Quod confirmatur ex clauſu-
9 la illa† in prouiſione appoſita (interim) quæ denotat prudentiam alicuius actus faciendi, ut dixerſit *Signorol. conſ.* 198. *n.* 1. *Florent. deciſ. n.* 13. ad ſi dictũ fuiſſet, dum cauſa prædicta agitatur de iuſtitia infra quatuor menſes ſeu curator, *Rimin. iun. conſ.* 244. *n.* 70. *lib.* 3. natu
10 ra enim dictę dictionis eſt reſtringere diſpoſitionem, vſque ad tẽpus cui adiecta eſt, vt ibi dicit *nu.* 276. *& ſeq.* & ſic cum fuerit dictũ quod cauſa prouideretur inter quatuor menſes, & interim ſtet cu-

curator, vt ſupra reſtringitur tempus curatiæ ad illud tempus, quo elapſo, & non determinata cauſa curator, qui non fuerat datus legitimè, & iuxta iuris formam ceſsare debebat.

His addebatur quòd ad hoc, vt dictus Thomas contrahere non potuiſſet requirebatur publicum proclama, ex
1 quo de iure † contractus cum prodigo facti valent, & tenent, niſi ſit publicata interdictio per proclama, *Rip. in dicta l. is cui num. 37. ff. de verborum obligatione. Riminald. iun. conſil. 615. num. decimo, lib. quinto, Fachin. contrauerſ. iur. lib. primo, capitul. ſexageſimo octauo, in princ.*

Comparuit ergo dictus Thomas, tamquam laceſſitus ne ad vlteriora procederetur, & proclama publicaretur pro tali remotione adminiſtrationis eius bonorum, quo caſu dicendum eſt reum eſſe, & non actorem, & procedere dicta *Bartol. in dicta l. de pupillo, §. final. ff. de nou. oper. nuntiat.* quod petens reuocationem actus cenſetur actor, vt non procedat,
2 quando fuit aliquis † citatus, vel etiam quando abſque citatione comparet ad impediendum ne ad vlteriora procedatur, nam iſto caſu dicitur venire laceſſitus, & prouocatus, & ex timore, ne in totum poſſeſſione adminiſtrationis, & rei ſuæ priuaretur, ita poſt *Bartol. & alios, vbi ſupra declarat Corſett. lib. ſecundo, quæſtio. Forenſ. quæſtio. quarta*, vbi formans quæſtionem in ter-
13 tio poſſeſſore, † qui comparet, & ſe opponit de dominio ad impediendum, ne diſtrahantur eius propria, vel per eum poſſeſſa, dicit, quod eſt reus, & venit laceſſitus etiam quòd non ſit citatus, non obſtante quod petat reuocari primum decretum interpoſitum ſuper re propria, quia venit prouocatus, & vult impedire perfectionem diſtractionis, ſicuti etiam dicitur reus, quando comparet ad exceptionem tuendam, & remouendas inquietationes, *Grattan. diſceptation. octuageſima quinta, per totam*. Sic in prædicto caſu dictus Thomas, qui videbat dictas prouiſiones factas, dubitans ne publicaretur proclama, & totalis ei adminiſtratio adimeretur comparuit laceſſitus, & verè dicitur originaliter reus, comparet enim ad ſe defendendum, non vt agat, & maximè, quia Sereniſſimus Princeps cultor iuſtitiæ nũquam intellexit tollere ius tertij, nec

Q alte-

Digitized by Google

alteri præiudicium inferre, ſed quod omnia fierent ſecundum ius, & iuſtitiam. Remanſit ergo Thomas, prout erat, & curator propter eius abſentiam per quadrimeſtre, donec de iuſtitia prouideret M. R. C.

Ex quibus videntur ceſſare allegata ex parte Caterinæ, quæ originaliter erat actrix, ſi curatorem fratri dandum, tamquam prodigo intendebat, & cum Sereniſſimus Princeps omnia remiſerit de iuſtitia, ſed infra quatuor menſes, ipſa debebat agere, & inſtantia cauſæ ei perire debebat.

Et ſic his omnibus conſideratis determinauit M.R.C. ſub die 14. Februarij 1624. quod terminus menſium quatuor currat dictæ Caterinæ Papè.

(§)

SVMMARIVM.

1 *Aduocato debetur ſalarium etiã quòd non ſit conuentum.*

2 *Procurator habet ſalariũ etiam quòd non ſit conuentum ex antiqua conſuetudine.*

3 *Salarium Aduocato, & Procuratori conſtituitur arbitrio iudicis.*

4 *Negotiorum geſtori ſalarium non debetur, niſi fuerit conuentum.*

5 *Negotiorum geſtori ſalarium debetur etiam quod non ſit conuentum ex conſuetudine attenta æquitate, & num. 7.*

16 *Negotiorum geſtori pauperi, qui viuit de ſuo labore, & induſtria.*

7 *Salarium debetur negotiorum geſtori ex conſuetudine Regni; & ſeruatur conſil. Bald. 155. lib. 5.*

9 *Conſtitutio Regni hac edictali, quæ conſtituit Aduocatis ſexageſimam partem rei, quæ litigatur non ſeruatur.*

10 *Exceptio, vel compenſatio nulla admittitur aduerſus reſtitutionem depoſiti.*

11 *Iudex arbitrio ſuo poteſt ſuperſedere ex cauſa in redepoſito pecuniarum datarum cum fideiuſſione loco depoſiti creditori.*

14 *Iudex poteſt ex cauſa depoſiti reſtitutionem denegare.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM

Aduocato, & negotiorum geſtori an debeatur ſalarium non conuentum; Retentio an detur creditori ſtante fideiuſſione, & de detinendo loco depoſiti, & reſtituendo ad omne Curiæ mandatum.

DECISIO CCXXVI.

VM. I. D. Leonardus Miraglies litigabat cum Clara Borzone petés eius ſalarium, tamquã Aduocatus procurator, ſeu negociorum geſtor ipſius Claræ, & interim hoc prætendens mandatũ à iudicibus obtinuit, vt ſibi ſoluerentur vnc. 400. pręſtito tamẽ prius de illas detinendo loco depoſiti, & reſtituendo ad omne curiæ mandatum.

Fuit inſtatum ex parte dictæ Claræ, vt prædictus de Miralles reſtitueret dictas vnc. 400. ad nomen ipſius, prout illas à tabula huius Vrbis Panormi receperat, fuit ex eius parte ſupplicatum nullo modo teneri ad redepoſitandum pecunias prædictas; quinimmo ei taxandum eſſe ſalarium ad multo maiorem ſummam, & per curiam Regiæ Curię Pręturæ huius Vrbis fuit determinatum, quòd redepoſitentur vnc. 200. in tabula huius Vrbis, prout antea erant ad nomen dictæ Claræ, ità quòd non poſſint per aliquem ipſarum partium amoueri à dicta tabula, niſi prius deciſa cauſa ſalariorũ, in qua intelligantur reſeruata iura vtrique parti; reliquæ vero vnc. 200. remaneant penes dictum de Miralles loco depoſiti ſub eadem fideiuſſione, vſque ad exitum cauſæ.

A qua interlocutoria ex parte dictæ Claræ fuit appellatum ad M. R. C. via grauaminis, in qua de duobus principaliter fuit diſcuſſum.

Primo an dicto de Miralles competat ſalarium, tãquam Aduocato, Procuratori, ſeu negociorum geſtori, de quo ſalario non aderat conuentio inter partes: & ad quantam ſummam.

Secundo, an ſtante fideiuſſione prædicta teneatur redepoſitare integrè pecunias prędictas, vel apud ſe illas retinere propter ſalaria ab eo prætenſa.

Quoad primum in aduocato ſpe-

ſpeciale eſt † quòd ſalarium etiam quòd non ſit conuentum debeat *l. 1. §. aduocatos vbi Bar. ff. de var. & extraord. cognit. Feller. ad Sen. conſ. 218. Alex. conſ. 109. lib. 5. Soc. conſ. 196. lib. 2. Bott. conſ. 47. Natt. cōſ. 376. Flor. de Mena pract. q. lib. 1. q. 8. n. 46. Gratian. c. 251. nu. 6. & 8. Ricc. collecta. 2466. verſ. aduocato. Seraf. dec. 1322. n. 1. & dec. 65. n. 1. Cened. collectan. 28. ad decretum n. 9. Marcheſ. de commiſſ. app. in cauſa aliment. p. 1. §. 1. in cauſa mercedis nu. 35. fol. 194. Ricc. dec. 85. num. 21 par. 1.*

2 Idem dicendum eſt † in procuratore ad lites ex antiqua conſuetudine, vterq; enim † ſibi taxare
3 facit ſalarium arbitrio iudicis parte incitata, *Pet. de Greg. de dot. q. 38. n. 9. Milanenſ. dec. 3. n. 26. lib. 2. Cumia ſuper ritu 38. n. 400. cum ſeq. Marcheſ. in dec. Rotæ poſit. in p. 2. de commiſſ. incip.* licet in iure *fol. 165.* vbi declarat, ſi tamen eſt ſolitum præſtari.

Et licet in negotiorum geſto-
4 re † (prout prætendebatur fuiſſe dictum de Miralles) ſalarium non conuentum non deberi dicebatur ex prædictis deciſionib⁹, & dixit etiam *Eſcobar de ratiocin. c. 37. n. 51. Gratian. vbi ſup. n. 34. Gabr. de procurat. concl. 8. Intrigl. ſing. 49. lib. 3.*

5 Attamen etiam quando non adeſt conſuetudo attenta æquitate ſalarium non conuētum debetur, *Bal. conſ. 155. n. 2. lib. 5.* vbi loquēdo in ſocio primò ait quòd non debeatur, quia non aīo mercenarij, ſed ſocij poſuit operam, *l. cum duobus §. ſi ſecunda, ff. pro ſoc.* ſubdit exinde quòd quando ſtat pro famulo, vel famello debet inſpici primò quod actum eſt inter partes; & ſi non apparet dēt inſpici conſuetudo loci; & ſi de conſuetudine non apparet dēt inſpiſpici qualitas perſonarum, eius induſtriæ, & eius peritię, ſi ille, q operam præſtat, & maximè ēt de-
6 bet conſiderari ſi ſit homo † pauper, qui nō habet vnde viuat, niſi de ſuo labore, nam non eſt veriſimile, quòd voluerit operari gratis *pl. in princ. ff. de var. & extraord. cognit.*

Quæ oīa fuerunt conſiderata in prædicto caſu, & compertum dictum de Miralles multa feciſſe in beneficium dictæ Claræ; & illas operas implicaſſe non aīo eas gratis faciendi, ſed ſalarium condecens habendi, & vt dicta Clara ei ſatisfaceret prædicta ſeruitia. *Io. And. in add. ad Spec. in tit. de locat. §. poſtquam verſ. vtili dubitare,* idem firmat *Soc. ſen. d. conſ. 196. in fi. lib. 2. Rebuff. to. 2. gl. 0 tit. de ſalarijs. Menoc. conſ. 228. nu. 3. & 38. lib. 3.*

7 Et quod in regno † ex æquitate ſeruatur dictum *conſil. Bal. n. 55 & non conſil. Alex. 109. lib. 6.* & ita fuiſſe deciſum teſtatur *Muta ſuper conſuetud. Panorm. conſuet. 69 initial. 4. & 5.*

8 Et quòd ſtante conſuetudine ſoluendi ſalarium non conuen-

tum

tum debeatur, *Fodet. de Sen.conſil. 2 18. Soc. d. conſ. 196. Gratian. d.c. 257.n.34.cum ſeq. Alex. d.conſ.109 lib.6.Tuſc. lit. S, concl. 7, n.14.36. & 37. Ricc. dec. 85. n.3. p.1.*

9 Quod quidem ſalarium taxandum eſt arbitrio iudicis, *Flores de Mena var.q.lib.1.nu.49. Rota in d. dec. adducta per Marcheſ. vbi ſup. n. 3.* Et iſto caſu erit ſeruanda conſuetudo Regni, in quo ſalarium conſtitui ſolet non ſecundum rei æſtimationem, ſed ſingulo anno, quæ conſuetudo in his eſt ſeruanda, *ex not. p Gratian. d.c. 257.n.33*

10 *cum ſeq.* & ſic non ſeruatur † *conſtitutio hac edictali*, per quam pro ſalario aduocatis conſtituitur ſexageſima pars rei, quæ litigatur.

Quoad ſecundum an benè fuerit deciſum per Curiam Prætorianam, quòd dictus de Miralles potuiſſet ſibi retinere pecunias taxatas pro ſalario, & illas non redepoſitare iuxta formam fideiuſſionis per eum datæ de detinẽdo loco depoſiti, & reſtituẽdo ad oẽ Curiæ mandatum, & licet aduerſus reſtitutionẽ depoſiti nul-

11 la exceptio, † vel compenſatio allegari poſſit, *l. ſi quis C. depoſit. c. fin. extra eod. l. 1. ſ. hanc actionem, & l. bonæ fidei, ff. depoſ. Bart. in d. l. ſi quis, Scacc. de iud. cauſ. ciuil. & criminal. c. 62. n.11. verſ. contrariam ſententiam, Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 10. n.1. & ſeq. Surd. conſ. 322 n.8. & ſeq. Franc. dec. 151. Aloyſ. de Leo in l. 1. n.19. C. depoſit.* Et in Regno adeſt *Ritus cap. 114.* vbi ſcribẽtes *hinrigh. ſing. 211. 216. & 217. lib. 1. Maſtrill. dec. 126. n.1. & ſeq. Caroc. de except. except. 13. n.7. Muta ad conſuet. Pan. c. 22. nu. 39. Ricc. collectan. 1054. p.4. Cumia ritu 19. n.18. & 25*

Attamen prædicta iura, & auctoritates procedunt ſimpliciter quando quis deponit pecuniam penes aliquem quam deinde repetere vult, de illa enim poſt modum diſponere poteſt, ſicut quilibet dñus de re propria; at quando de illa diſponere nõ poteſt ad libitum, prout in caſu iſto, quia prædictæ pecuniæ erant ſequeſtratæ pro ſalario, tunc locũ hẽt iudicis arbitrium, vt durante lite de illa quantitate quam veriſimiliter deberi arbitrabitur non obſtante fideiuſſione prædicta pecunias non teneatur redepoſitare; ſed penes eum remaneant, donec

12 cauſa expediatur; iudex enim iſto caſu ex ſuo arbitrio poteſt illum nominare depoſitarium, ſicuti, & alium quem ipſe malueri, *Menoc. de arbit. caſu 232. nu. 7. Tiraq. de retract. gl. 7. n.3.* Et multo fortius & maiori æquitate nominabit depoſitarium, quem breui arbitrabitur futurum creditorem in

13 illa ſumma, & ex cauſa † poteſt iudex depoſiti reſtitutionem denegare, *gl. in l. 1. ſ. eſt autem verb. non reddat ff. depoſit.* Et ita in dies vidi ſeruatum in M. R. C. ſi enim aliquis petit redepoſitum ſtante fideiuſſione prædicta iterum diſcutiuntur merita cauſæ antequã pecuniæ redepoſitẽtur, vbi eũq; enim

enim exactum eſt illud, quod verè debitum eſt authoritate iudicis, licet non ordine iudiciario, retineri poteſt, & exactum reſtitui non debet, *Jo. de Amic. conſil. 55. n. 14.*

Quibus omnibus conſideratis quo ad primum fuit vltra prędicta conſiderata doctrina, *Specul. in titu. de ſalar. §. ſequitur num.*
13 1. vbi quod aduocato† non poteſt dari maior ſumma centum aureorum quantacumque ſit cauſa etiam de vno Regno, *Guid. Papa deciſ. 190. & eſt text. in leg. 1. §. in honorarijs, & §. ſi cui, ff. de var. & extraord. cogn.* Sed contrarium determinat ſtante iuramento & vide *Joan. de Amic. conſil. 148. & Caualcan. deciſ. 41. num. 43. & ſequent.* Quæ tamen omnia non procedunt ſtante conſuetudine
14 † vt ſupra eſt demonſtratum, & maximè in illis perſonis, quæ veriſimiliter, & ex qualitate earum perſonarum, & negotiorum aliàs prædicta negotia non tractarent, niſi cum ſalario, quæ omnia iudicis arbitrio remittuntur. Sicut ſecundo capite fideiuſſionis. Ideo ſub die 23. Februarij 1624.

fuit declaratum nullum fuiſſe illatum grauamen per Curiam Prætorianam, ita quod cauſa ſalariorum petita ad inſtantiam dicti de Miralles expediatur infra menſem; alias teneatur depoſitare in tabula liberè ad nomen dictæ Claræ.

Et inde die 8. Maij 1624. ſuper meritis fuit deciſum per M. R. C. quod iſte de Miralles non cogatur redepoſitare vnc. ducentas tt. decem & octo, & granos duos de maiori ſumma penes eum exiſtentes ſub fideiuſſione de detinendo loco depoſiti vigore interlocutoriæ latæ quòd Curiæ Prætorianæ ſub die 23. Auguſti proximi præteriti, ſed penes eum remaneant liberè relaxata dicta fideiuſſione, aliæ verò vnc. 200. redepoſitatæ in tabula Vrbis Panormi vigore eiuſdem interlocutoriæ, & cum clauſulis, prout in actu depoſiti liberè etiam remaneant pro ipſa Clara Borzonæ, & ad eius nomen, & reliquis abſoluantur, & liberentur.

SVMMARIVM.

1 *Coloni eccleſiarum reſpectu fructuum à ſolo ſeparatorum tenentur ad collectas.*

2 *Coloni monaſteriorum non ſunt exempti à ſolutione collectarum etiam ſtantibus Bullis Pontificijs.*

3 *Exemptio collectarum non dicitur realis, ſed perſonalis, conceditur enim reſpectu perſonarum eccleſiaſticarum ne arceantur à diuinis.*

Em-

Digitized by Google

4 *Emphyteuta Eccleſiæ laicus non gaudet exemptione collectarum.*

5 *Coloni Eccleſiæ, eorumque ruſtici, qui ſumptibus eccleſiæ earum fundos colerent gaudent exemptione collectarum.*

6 *Monaſteria, quæ ſoluunt donatiua regia nõ debent ſoluere collectas, quia non ſunt bis collectanda.*

7 *Coloni Eccleſiarum gaudent exemptione collectarum, quoties per indirectum Eccleſia patitur damnum.*

8 *Bona eccleſiæ etiam per indirectum collectari non poſſunt ſub pœna excõmunicationis.*

9 *Statuta laicorum, ſiue directè, ſiue indirectè non poſſunt afficere clericos, ſicut eorum bona patrimonialia, ſiue eccleſiaſtica ex defectu poteſtatis*

10 *Conductores retrahuntur à conductione agrorum, ſeu vilius conducunt pro onere ſolutionis collectarũ, ideo eccleſia grauatur.*

11 *Statutum etiam quod generaliter loquatur Eccleſiam non comprehendit.*

12 *Statuta impedientia laicis liberum commercium cum clericis ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.*

13 *Eccleſiæ in dubio erit fauendum, tam in conſulendo, quàm in iudicando.*

14 *Coloni laici, qui ſoluunt gabellas, ſiue penſiones, de fructibus, qui ad eos ſpectant ſoluunt gabellas, ſeu collectas, non enim grauantur eccleſiæ.*

15 *Conſuetudo erit ſeruanda in collectandis colonis laicis, & conductoribus eccleſiarum.*

16 *Edictum Illuſtriſſimi Domini Cardinalis ab Auria ſuper materia exemptionis à ſolutione gabellarum anno 1626.*

17 *Conductores eccleſiæ, ſi ea maximè læditur, vel ſoluit tandas regias non collectantur, & ita deciſum.*

ARGVMENTVM.

Coloni laici Eccleſiaſticorum, an teneantur ſoluere collectas.

DECISIO CCXXVII.

MONASTERIVM Sancti Nicolai de Arenis Vrbis Catinæ, & Cõuentus Sanctæ Mariȩ de Licodia habent quædam prædia ſita in territorio Paternionis fuit impoſita gabella per Vniuerſitatem terræ prædictæ ſuper extractione frumentorum pro ſolutione Regij donatiui, conductores, & inquilini prædictarum terrarum extrahere volentes fuerunt moleſtati, & expignorati, tamquam contrauenientes ordinationibus, & bannis ex cauſa prædicta promulgationis, & ex parte Yconomi prædicti Monaſterij, & Conuentus facta prius re-

requiſitione Iuratis dictæ terræ eis recuſantibus fuit per eorum Conſeruatorem facta inhibitio ſub pęna excommunicationis, ne prædictos conductores, & inquilinos moleſtarent, eiſq; pignora reſtituerent, de quo petito per Iuratos grauamine coram Tribunali Regiæ Monarchiæ fuit determinatum nullum fuiſſe illatũ grauamen, inde per Iudicem Eccleſiaſticum cum voto Tribunali C.S.R.C. dictum fuiſſe illatum grauamen, à qua cum fuiſſet appellatum ad alium Eccleſiaſticũ Iudicem cum voto M.R.C. ſedis criminalis fuit prætenſum inſtantiam appellationis peremptam, & declarata peremptiône Monaſterium prædictum via reſtitutionis in integrum, quæ fuit cauſa cognita per interlocutoriam conceſſa per Iudicem Eccleſiaſticum cum voto M.R.C. ſedis ciuilis, fuit principaliter diſcuſſum de meritis cauſę principalis, an ſcilicet dicti Conductores, & inquilini terrarum dicti Monaſterij, & Conuentus ad ſolutionem prædictarum gabellarum tenerentur, & quod ſententia deberet confirmari Trib. Regiæ Monarchiæ in fauorem dicti Monaſterij, & Conuentus, vel illa Iudicis eccleſiaſtici cum voto Trib. C.S.R.C. in fauorem Iuratorum.

Dicebatur ex parte dictorum Iuratorum dictum Monaſterium teneri ad prædictam ſolutionem, quia prædicta gabella non fuit impoſita ſuper prædijs, vel rebus habito reſpectu ad ipſa prædia, ſed tantum ſuper frumentis, & fru-
1 ctibus † a ſolo ſeparatis, qui ſpectant ad colonos, nec amplius agitur de rebus eccleſiæ, ex quo & perſonæ, & res Conductorum, & inquilinorum ſunt iuriſdictioni laicæ ſubditi, ideo tenentur ad collectas, *Soc. ſen. conſ. 119. n. 2. lib. 1. Burſat, conſ. 42. n. 14. vol. 1. Surd. conſ. 301. n. 29. cũ ſeq. & conſ. 338 n. 14. vol. 3. Gutierr. de gabell. cap. 44 n. 3. & ſeq. Muta dec. 31. n. 46. & ad cap. Regn. cap. 25. n. 60. & 61. lib. 3. Menoch. conſ. 36. num. 2. verſ. quarto non parum, & ſub n. 25. & de arbitr. iud. caſu 180. n. 8. & conſ. 1144. nu. 25.* vbi enumerat 26. doctores per iſta opinione, *& n. 26.* dicit eſſe magis receptam opinionem *Sfort. conſ. 70. nu. 14. & 15. Marcabr. conſ. 18. num. 2. & 6. lib. 1. Lederch. Jmol. conſ. 78. n. 8. Peregr. de fideicom. art. 50. n. 18. Brunor. à Sola in ſuo tract. propoſit. iur. in verb. coloni eccleſiarum Rip. obſeru. 278. nu. 2.* dicens quòd ſi non ſoluerent fieret maxima iniuria Principi, & communem dicit *n. 5. Coſta in tractat. de port. rath. q. 158. n. 10. cũ ſeq. Ludou. Sacca reſp. 14. n. 13. And. Alſer. conſ. 44. Villalob. & Bonacoſſ. in tract. com. opi. diuerſ. vol. 1. loc. 1. tit. 4 de eccleſia Cathol. c. 10. n. 3. verſ. fallit quarto, & n. 5. verſ. coloni clericorum Capr. reg. 86. nu. 8. Petra de pot. Princ. c. 5. n. 5. cũ ſeq. Ægid. Bellam. in repet. clement. religioſi de decim. in n. 52. & ſeq. nu. 239. & 141. Bertaz.*

tat de clauſ. 21. gl. 20. & conſ. crim. 169. vol. 1. Molin. de maiorat. & trib. diſput. 663. num. 8. Boer. deciſ. 213 num. 13. vbi de communi, prout *Alder. Maſcard. de interpret. ſtatut. concl. 1. num. 157.*

Et hęc opinio ſeruatur in emphyteutica eccleſiæ, *Tuſch. concluſ. 556. lit. E, num. 19. & 20. Zeuall. q. 726. circa fin. Theſaur. deciſ. 116. nu. 8.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum; *& deciſ. 22. Gaſp. Anton. Theſaur. in addit. ad dictam deciſ. 116. Caualcan. deciſ. 44. num. 97. lib. 1. Caroc. de locat. par. quarta, tit. de collect. n. 30.*

Quod quidem procedere dicebatur non obſtantibus bullis Pōtificijs, † & maximè Papæ Eugenijs IIII. quæ faciunt exemptos monacos, monaſteria, & eorū bona, quia nihilominus coloni, & conductores ipſorum non ſunt exempti, *Io. Bapt. Marcheſ. de cōmiſſ. par. 1. capit. 15. de cauſa appellat. in cauſa decimarum n. 8. Rot. Roman. nouiſſima dec. 950. par. 3. Socin. ſen. conſ. 292. vol. 2. Pappon. conſ. 7. n. 16 & ſequ.*

6 Quæ quidem exemptio † non dicitur realis, ſed perſonalis, conceditur enim non reſpectu bonorum, ſed monachorum ne ſeparētur à diuinis, in tantum quod cōceſſo † ad emphyteuſim, vel alienato cum licentia Summi Pontificis in laicum non habet huiuſmodi exemptionē Doctores vbi ſup. *Tuſc. concl. 559. in litera exemptio, n. 1. Papon. d. conſ. 7. nu. 12. & 19. vverſ. addo vltra.*

5 Immo Doctores, qui in contrarium allegantur dicunt intelligi de ruſticis, & colonis eccleſiæ perpetuis, & qui ſumptibus eccleſiæ laborarent, & fundos colerent, *Tuſc. concl. 556. num. 9. & 10 lit. E. in verb. exemptio Alfer. dicto conſ. 44. num. 4. Burſat. conſil. 42. nu. 17. volum. 1. Pappon. d. conſil. 7. num. 17. Theſaur. d. deciſ. 116. num. 12. & in fin. Petr. de poteſt. Princip. cap. 5. num. 5. Roland. Cauagnol. ad decreta antiqua Montisferrati decret. 72. q. 11, num. 91.* Et ſi reſcripta prædicta comprehenderent iſtos colonos, & conductores, & non de perpetuis tantum vtique ſi non fuerint exequuta in regno, prout eſt ſolitum ex ordinationibus Regijs nō ſeruarētur, *ex not. p Theſaur. dec. 22 num. 7. Laurent. de Pino conſil. 198. num. 12.*

Sed in contrarium ex parte Monaſterij dicebatur non teneri eius inquilinos ad huiuſmodi ſolutionē etiam quòd ſint pro Regijs donatiuis, quando quidem prædictum monaſterium † ſoluit eius ratham donatiui Regij, Abbas enim prædicti monaſterij eſt vnus de his, qui interuenit in generali colloquio obligauitque monaſterium prædictum ad ſolutionem donatiui ſuper bonis dicti Monaſterij cum licentia Summi Pontificis, ideo nō eſt bis collectādum dictum Monaſterium, nec eius bona.

Secūdo, q † dato q coloni eccleſię nō gaudeāt immunitate pdicta

7 † quoties per indirectum eccleſia patitur damnum, prout in caſu iſto, quia gabellæ prædictorum territoriorum erant diminutæ ad vnc. ducentas quolibet anno, tūc coloni ſunt exempti, *Bertacchin. de gabell. 7. p. princ. n. 15. Io. de Amic. conſ. 18. n. 13. Siluan. conſ. 9. num. 7. Burſ. conſ. 25. n. 4. verſ. quinimmo, & conſil. 42. n. 16. Theſaur. d. dec. 116 nu. 9. Bellett. in titu. de exempt. cleric. eorum bonorum à munerib. publ. §. 7. n. 5. Mart. de iuriſd. par. 4. caſu 13. n. 15. cent. 1. & cent. 2. caſ. 113. n. 8 Surd. conſ. 301. nu. 8. Craß. de effect. cler. cap. 2. n. 180. & c. 3. n. 71.* Non

8 enim † bona eccleſiæ etiam per indirectum collectari poſſunt ſub pęna excommunicationis, tam de iure communi, quàm ex forma bullæ in cæna Domini, *per text. in c. 1. & c. clericis 3. de immunit. eccleſ. in 6. vbi Doctores commu. Dec. conſil. 48. num. quinto, verſic.* & adeo iſta procedunt *Menoch. conſil 36. num. 7. & 8. lib. ſecundo, Molin. de iuſtit & iur. diſput. 670. colum. ſecunda, verſic. hodie, Bollett. vbi ſupra, §. 1. n. 16. Franciſc. Leon. cap. 14. num. 25. in fin. Alterius de cenſur. tom. primo, lib. quinto, titu. de excommun. bullæ in cæna Domini, diſput. 19. cap. quarto, colum. 1. & ſequen. Marta vbi ſupra, caſu 13. nu. 20. Gemin in cap. quamquam in fine, de cenſ. lib. 6. Vgolin. in expoſit. dictæ bullæ in Cæna Domini, cap. 18. §. 4. verſ. 3.*

9 Et ſtatuta † laicorum, ſiue directè, ſiue indirectè non poſſunt afficere clericos, ſiue eorum bona patrimonialia, ſiue eccleſiaſtica ex defectu poteſtatis, *Abb. & alij, in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & cap. fin. de immunit. eccleſ. Anchar. in cap. canonum ſtatuta 11. quæſt. princ. verſic. ſed hoc quæro. Marta par. quarta, caſ. 5. num. 17. & caſ. 45. num. 4. Craſſ. cap. 2. num. 65. Surd. deciſ. 20. Ball. ad pragmat. Regn. lib. 5. in prælud. nu. 38. & ſeq. Muta in d. cap. Regni 25. num. 32. & ſequen. lib. 3. Paſchal. de patr. poteſt. cap. 6. num. 40. par. 1. Morla in empor. vtriuſque iur. par. 1. titu. 1. de legib. quæſt. 16. num. 1. & ſeq.*

10 Et iſto caſu retrahuntur † conductores à conductione agrorum ſeu vilius conducūt attento onere, quod ex collectis fructibus ſoluere habent, & grauatur eccleſia, *cap. fin. de immun. eccleſ. cap. quanto de priuil. cap. ſtatutum de hæret. in 6. Anch. conſil. 12. num. 3. & conſil. 13. & 155. nu. 6. Mandell. conſil. 8. Surd. dicto conſil. 301. num. 75. & ſequ. Bellett. vbi ſupra, num. 25. & 27. Marta vbi ſupra, par. quarta, caſ. 13. num. 17. Graff. in prax. de caſib. conſc. capit. 42. num. 37. & 39. Vgolin. de cenſ. lib. 2. capit. 15. verſ. necnon qui ſtatuta §. 3. verſic. 7. Alter. de cenſ. lib. 5. diſp. 16. c. 6. in reſponſione ad decimā quæſtionē. Anna ſing. 99. Caroc. tit. de collect. p. 4. n. 34 fol. 210. Bellon. de poteſt. eorum, quæ fiunt in continēti, c. 196. n. 2. Gratia. diſcep. 390. n. 15. & ſeq.*

11 Et ſufficit qđ † ſtatutū generaliter, & indefinite ſit cōceptū, qñ

Ec-

eccleſia lęditur, etiam quod de ea ſpecialis nulla fuerit facta mentio, quotieſcumq; ipſa eccleſia in executione ſtatuti lęditur, *Anch. conſ. 12. n. 4.*

12 Et ſtatuta impedientia laicis liberũ cõmerciũ cũ clericis sũt cõtra libertatẽ eccleſiaſticã, *Graſſ. d. c. 42. n. 23. Franc. Leon. d. c. 14. n. 38* & alij quos *Craſſ. vbi ſup. cap. 2. nu. 358. & ſeq. Bellett. vbi ſup. §. 4. n. 4.* ſuper quibus eſt conſideranda *gl. in c. fi. verb. libertatis de immu. eccl. in 6. & Anchar. conſ. 155. n. 7. & 8. & Mandell. conſ. 8. nu. 6. & Carol. de Graſſis d. c. 2. n. 310. & nu. 433.*

Ex quibus dicebatur ſtatutũ, & bãna prædicta nõ cõprehendere territoria prædicti monaſterij, quia illud immediatè lędit, & cogit conducere cũ tãto eius incõmodo, & euidẽti dãno. Quod ſi

13 hęc eſſent dubia erit fauendũ † in dubio eccleſię, tã in iudicãdo, q̃ in conſulẽdo, *l. ſunt perſonæ, ff. de re lig. & ſumptib. funer. c. fi. de re iud. Iaſ. in l. filius familias, §. diui in 1. lectur. n. 83. ff. de leg. 1. Hond. conſ. 3. n. 24. Bellett. in ſuis diſquiſit. tit. de exẽpt. cler. à ſtatut. ſæcular. §. 4. n. 13. Leonius c. 14. n. 40. Craſ. vbi ſup. eff. 3. n. 105*

In his tñ fuit conſideratũ quod vna ſemel quod per eccleſiaſticos

14 fuerũt locata eorũ feuda, aut p̃dia, ſiue eorũ fructus venditi, qui ſpectant ad laicos, & ipſis vigore eorũ contractuum locationũ nõ ſpectant, niſi penſiones feudorũ, ſeu prædiorũ, huiuſmodi coloni laici tenent̃ ſoluere collectas, nõ enim grauant̃ eccleſię, ſiue eccleſiaſticę perſonę, ſpectãt. n. ad laicos, & ipſi ſunt dñi illorũ fructuũ, & ita videmus in dies ſeruari tã in Archiepiſcopatu Mõtis Regalis, & in aliis huiuſmodi, q̃ conſuetu-

15 do † eſt ſeruãda, *ex not. p Rip. reſp. 2 in tit. de eccl. ędific. q. 116. vbi de cõi, Natt. conſ. 409. ſeqtur Craſſ. vbi ſup. effect. 2. n. 73. & 74.*

Et tunc dicunt̃ coloni clericorũ nimis grauari, qñ ab eis exigitur pluſquã à colonis laicorũ, qđ remittit̃ arbitrio iudicis, *ex not. per Menoc. de arbi. caſ. 562. n. 54. Craſſ. vbi ſup. n. 72.* Vnde poſt deciſionẽ iſtã Illuſtriſs. & Reuerẽdiſs. D. Car

16 dinalis † ab Auria meritiſsimus, & noſter Archiep. Pan. per edictum promulgatum die 26. Auguſti anni 1626. ita ſtatuit, quod vidẽdum & conſiderandum erit.

Sed quia in prædicto caſu Monaſteriũ prędictum ſoluebat tandãs regias, & bis collectãdũ non erat, & in facto conſtabat ex ſolutione prædictarum collectarum grauari in tantum, ut eſſet in dãno multorum redditũ quolibet

17 anno. Ideo M. R. C. fuit † in voto nullum fuiſſe illatum grauamen per Iudicem Conſeruatorem, & ita fuit determinatum per iudicẽ eccleſiaſticum de Tagliauia cum voto prædicto reuocãdo ſententiã iudicis eccleſiaſtici cum voto Trib. C. S. R. C. & confirmando ſententiam Trib. Regiæ Monarchiæ in fauorem Monaſterij die 30. Ianuarij 1624.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ ſpectat ad Iudicem, qui aliquid addit, vel ſententiam reformat.*

2 *Sententia executioni non eſt demandanda pendente in integrum reſtitutione.*

3 *Appellatione pendente omnia attitata à Iudice à quo ſunt nulla.*

4 *Reſtitutione in integrum pendente omnia attitata ſunt nulla, & inualida.*

5 *Attentatorum priuilegium, ſeu natura eſt, vt exequutio, ſiue quid aliud fuerit confectum corruat.*

6 *Executio ſententiæ ſi non eſt cepta remedio reſtitutionis in integrum impeditur.*

ARGVMENTVM.

Sententia in partim reformata à quo exequatur, pendente reſtitutione in integrum an in ipſius ſententiæ exequutione ſit ſuperſedendum.

DECISIO CCXXVIII.

IN Tribunali C.S.R.C. fuit lata ſententia inter D. Vincentiũ Naſellis cum D. Hieronymo Morra Barone Bucherij in anno 1621. qui fuit condemnatus pro dotibus D. Melchionæ Naſellis relaxare dictam Baroniã factis bonis fructibus redditiuũ, & omnibus alijs bonis, ſiue pretio ipſorũ penes dictam D. Melchionam peruentarum de bonis mobilibus D. Ioannis Montalto, & pro ut in dicta ſententia.

Quæ cauſa deuoluta ad M. R. C. ſedis criminalis fuit confirmata dicta ſententia, ſed dictum factis bonis fructibus reddituum, ac omnibus alijs bonis, ſiue pretio ipſorum penes ipſam D. Melchionam quomodolibet prouenientis de bonis dicti D. Ioannis.

Interim D. Vincentius exequutionem exercuit in vnc. bis mille, & interpoſito primo decreto ſuper bonis intẽdebat ad vlteriora procedere, ideo dictus Baro prætendens ſententiam prędictã eſſe reformatam, & iudicium ſpectare ad M. R. C. ſedis criminalis ſupplicauit Sereniſſimo Domino & commiſſa cauſa M. R. C. ſedis ciuilis fuit dubitatum quid iuris.

Dicebatur ex parte D. Vincẽ-

tij,

1 tij, quòd † quando Iudex ad quē aliquid addit, vel detrahit priori ſententia executio ad eum ſpectat, quia ſententia ſic reformata eſt ſecundi, & non primi iudicis, *Abb. in cap. paſtoralis, §. præterea n. 7. de off. & poteſt. iud. deleg. Muta deciſ. 17. n. 8. 10. & ſeq.* ideo exequutio prędictæ ſententiæ ſpectabat ad ad M. R. C. ſedis criminalis.

Sed ex parte Baronis replicabat primo, quòd ex dictis verbis ſententia nō erat reformata, quia habebat relationem ad inuentarium, in quo erant deſcripta, tàm bona ſtabilia, quàm mobilia, vnde non procedunt contraria, & ea quæ annotat vltimo loco, *Giurb. dec. 89.* Secundo, quia Tribunal Conſiſtorij poterat procedere, quia eorum iuriſditio non erat ſuſpenſa.

Sed ad primū dicebatur quod ex verbis illis (bonis mobilibus) nullo modo verificari queunt ſuper ſtabilibus, & relatio, quæ fit ad inuentarium erat circa quantitatem bonorum mobilium, vnde iure merito ſententia dicitur reformata.

Quo vero ad ſecundum quòd iuriſditio Trib. C. S. R. C. non erat
2 † ſuſpenſa ceſſabat pendente reſtitutione in integrum, ideo nihil innouandum, nec ſententia executioni demandanda, *l. 1. in integr. reſt. poſtul. ne quid nou. fiat Vinc. de Franch. dec. 702. Giurb. dec. 19. n. 6. Muta dec. 19. nu. 20. Ceuall. q. 830. nu. 5. tom. 3. Thor. in compend. dec. verſ. reſtitutio in integrum petita, to. 2.*

3 Et ſicut pendente † appellatione omnia actitata à iudice à quo ſunt nulla, nil enim noui appellatione pend. vt tradit *Vant. de null. ex defectu iuriſd. n. 241. Maſtrill. dec. 243. Giurb. d. dec. 19. n. 2. Ricc. collect. 644. n. 4. p. 3.*
4 ita & omnia actitata reſtitutione pend. ſunt nulla, & inualida, quia nil noui reſtitione pend. *d. l. 1.* æquiparantur enim appellatio, & reſtitutionis petitio in hoc *d. l. 1. & l. ſi cauſa cognita 32. C. de tranſ. Faber in tit. in integr. reſt. poſtul. def. 1. & ibi in glo num. 1. & ſequ.* Ideo tamquam attentata omnia corrūūt ſiue exequutio, ſiue quid
5 aliud factum ſit, hoc enim eſt † attentatorum priuilegium, quotieſcumque appellatio, aut reſtitutio habuit effectum ſuſpenſiuum, *Couar. poſt alias pract. q. n. 7. Faber vbi ſupra def. 1. & in alleg. nu. 9. Thor. vbi ſupra.*

6 Et quando reſtitutio † in integrum eſt prius petita, quàm eſſet cępta ſentētiæ exequutio, tūc reſtitutio in integrum habet effectum ſuſpenſiuum, *glo. in cap. ſuſcitata verb. poſtulauit verſ. quia incontinenti de reſt. in integ. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 7. Maſull. ad Capyc. dec. 53. n. 2. & ſeq. Maſtrill. ad Greg. de cenſib. q. 6. n. 107. & dec. 30. in princ. Lancellott. de attent. reſt. pend. p. 2. cap. 18 n. 127. & 132.* vbi refert pluries deciſum, *Gratian. dec. March. 172. n. 2. & 3. Vinc. de Franch. dec. 86. n. 8. & dec. 702.* vbi loquitur in ſenten Principis, *Giurb. dec. 4. n. 22. dixi deciſ.*

Digitized by Google

ciſio. 199. Thorus compend. deciſ. verſ. reſtitutio in integr. an concedenda Add. ad Ludouiſ. dec. 458. nu. 10. qui ponunt, quando dicatur cepta exequutio ſententiæ ad hunc effectum, *Maſtrill. deciſ. 110. nu. 4. & ſeq.* qui loquitur in reſtitutione petita aduerſus tres ſententias cõformes: quod tamen alibi latius diſcutiendum curabo: non enim erat caſus præſentis iudicij.

Quibus omnibus conſideratis fuit per M. R. C. relatum Sereniſſimo Domino Principi ſub die 13. Februarij 1624. quod cauſa remaneat in M. C. ſedis criminalis; & ibi ſtet, & cognoſcatur præterquo ad attentata, nam euidenter apparet ex prædictis cauſam remittendam eſſe ad M. R. C. quæ reformauit ſententiam, ibiq; ſententiam exequendam.

SVMMARIVM.

1 *Locator finita locatione conductorem expellere poteſt.*

2 *Conductor non poteſt contra locatorem refricare quæſtionem dominij.*

3 *Conductor poteſt refricare quæſtionem dominij, ſi de illo liquido conſtet.*

4 *Dolo petitur, quod ſtatim reſtituendum veniret.*

5 *Dominij cauſa ſuperueniente poſt conductionem conductor refricabit quæſtionem dominij, & ratio n. 6.*

7 *Conductor finita locatione reſtituit rem locatam, & exinde petere fideicommiſſum poterit.*

8 *Scriptura non requiritur in locatione, ſed ſufficit contrahentium cõſenſus.*

ARGVMENTVM.

Conductor an poſſit refricare quæſtionem dominij contra locatorem.

DECISIO CCXXVIIII.

IN cauſa vertente inter Baldaſſarem Calandra, & Petrum la Colla præſuppoſito pro veriſſima conclu-
1 ſione quòd locator† finita locatione conductorem expellere poſſit. *l. ſi quis conductionis, & l. conductores locat. & alijs per Gomes. var. reſol. cap. 3. Surd. cõſ. 103. Cumia cap. riſus 40. n. 84. & ſeq. Muta ad conſuet. Pan. c. 54. n. 42.* prætenſio cõductoris nullo modo procedere debebat de prætenſo fideicommiſſo, quoniam & ſi de illo dubita-

ta-

2 taretur, nihilominus † conductor quæſtionem dominij refricare nõ poteſt, *ex not. per Affl. dec. 12. Apeguer. dec. 162. Ricc. in ſuis collect. collect. 195. Tuſc. concl. 608. n. 2. & ſeq. verb. conductor, & concl. 613. nu. 2. verb. Dominij Caualc. dec. 44. nu. 109 lib. 1. Camill. de Medic. conſ. 9. n. 7.*

Quod quidem non procedere ex parte conductoris dicebatur, quotieſcumque de dominii exceptione excipiatur ex parte ipſius conuenti, & de illo liquido con-
3 ſtaret, † *per tex. in l. qui rem, & l. ad probationem, C. locat. Alex. in l. ſi aliquam rem n. 35. ff. de acq. poſſ. gl. in d. l. ſi quis conductionis verb. colligas hic C. locat. Mangrell. in add. ad Bart. in d. l. ad probationem, C. eod. Bart. in l. non ab re num. 4. & in l. ei à quo in fi. ff. de vſucap. Alex. ad Bart. in l. fi. C. de rei uend. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 11. nu. 35. Felin. in cap. inter dilectos, n. 20. in fi. de fid. inſtr. Plot. in l. ſi quãdo n. 504. C. vnde vi ſecundũ primã impreſſ. Jo. de Amic. conſ. 123. nu. 5. Crauet. conſ. 22. n. 16. vol. 1. Martian. con. 81. n. 33. vol. 1. vbi de communi Alex. conſ. 43. n. 4. lib. 4. Soc. ſen. conſ. 287. vol. 2. Grat. conſ. 90. in fine, lib. 1. Boer. conſ. 14. n. 14. Pariſ. conſ. 59 n. 30. lib. 1. Caroc. de locat. p. 6. remed. 14. n. 12. & 15.* ea ratione, quia do
4 lo facis petere quod ſtatim reſtituturus es, *l. dolo facis, ff. de dol. except.*

Quæ fortius procedunt, quan
5 do † dominij cauſa ſuperuenit tẽpore conductionis, prout in caſu prædicto prætendebatur eueniſſe, *Alber. de Roſat. in l. ſi quis fundum § fin. ff. locat. qui allegat Guid. de Suzar. ibidem Jaſ. conſ. 158. col. 2. verſ. 5. principaliter lib. 2. Ceph. conſ. 328. n. 16. lib. 3. Caroc. vbi ſupra limit. 6. n. 21. Valaſc. dec. 42. per totam, Plot. in d. l. ſi quanto nu. 3. C. vnde vi verſ. fallit 2. Menoch. de recuper. poſſ. re-
6 med. 11. n. 42. & 43.* & ratione, q͠a primo caſu conductor conducendo rem propriam ſibi prę iudicat in dominio quod habet, *l. interdũ § fi. ff. de acqu. poſſ.* Secundo vero caſu cum tempore conductionis nullum habeat dominium, ſi ſuperueniat non vr̃ renuntiaſſe, quia non poterat renuntiare id, quod non habebat.

Sed in caſu iſto replicabatur ex parte locatoris prædicta non procedere, quandoquidem fideicommiſſum, de quo agebatur nõ erat certum, neque indubitatum vel ſaltim de illo detrahenda legitima, ſiue trebellianica, quæ erat deducẽda per poſſeſſorem, à quo reuendicatorio iudicio ſubſtitutus petere debebat res fideicommiſſo ſubiectas, quia ſaltim poſſeſſio vltimi poſſeſſoris, & defuncti fuit continuata in hæredem locatorem, à cuius poſſe fuit ſublata ſtante locatione, ideo procedere dẽt, *text. in d. l. ſi conductionis* (ibi ad ſimilitudinem inuaſoris alienæ poſſeſſionis prębere compellãtur) & idem ſentit *tex. in d. l. ad probationem*, ex aduerſo allegatus in fine (nemo enim ſibi iure poſſeſſionem mutare poteſt) ex

Digitized by Google

ex quo colligitur quod finita locatione conductor reſtituit, & poſtea agit rei vendicatione, *ita Salic. in d. l. ad probationem*, & eſt clarum, quia eſſet interuertere poſſeſſionem locationis. *Farinat. dec. 63. n. 2. p. 1. to. 1. & ſpolium cõmittere Muta d. conſuet. Pan. 54. nu. 45. Caual. d. dec. 44. n. 107.*

Inſuper ex parte conductoris dicebatur non conſtare de locatione prædicta per publica documenta, ideo prædictas concluſiones non procedere in caſu, ſed ex parte locatoris reſpondebatur liquido per teſtes conſtaſſe de locatione in qua nõ requiritur ſcri-
8 ptura, † ſed ſufficit contrahentium, conſenſus, *l. conſenſu, ff. de act. & oblig. vbi tex.* conſenſu fiũt omnes obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis; *Caroc. de locat. p. 1. titu. locatio an requirat ſcripturam q. 7. f. 38. Oſaſc. dec. Pedam. 52. n. 9. Thorus in compend. dec. ſub verſ. reconductio to. 2.* vbi ait hoc procedere etiam quod fiat pactum, quod de locatione fiat ſcriptura. Ideo autem iſtis modis conſenſu dicimus obligationes contrahi, quia neq; verborum, neque ſcripturæ proprietas vlla deſideratur, ſed tantum eos, qui negotia egerunt cõſentire. vbi Doctores ita firmant.

Vnde ex prædictis in menſe Februarij 1624. fuit determinatũ in M. R. C. in fauorem locatoris contra conductorem.

SVMMARIVM.

1 *Verba Bullæ cenſus non loquuntur, niſi de contractu emptionis.*

2 *Statutum exorbitãs, & correctorium propriè eſt intelligendum, nec ad caſum fictum trahitur.*

3 *Pretium vbi interuenit propriè intelligitur de contractu venditionis.*

4 *Venditionis contractus tria ſubſtantialia requirit res, quæ veneat; pretiũ quo venditur, & conſenſus cõtrahentium ſimultaneus.*

5 *Legata non continent pretium, nec ſimultaneum contrahentium conſenſum, pendent enim à voluntate teſtantis.*

6 *Legata non continent ſubſtantialia bullæ, vt puta pactum de retrouendendo, ſortem de mortuam, ſpecialitatem bonorum, & conſenſum ſimultaneum.*

7 *Retrouendere non tenetur, qui non conſenſit.*

8 *Cenſus iuxta formam bullæ fieri poteſt per viam legati ex communi, & in Regno receptiſſima opinione.*

9 *Emptionis, & venditionis appellatione continetur omnis actus, per quẽ dominium transfertur etiam ex vltima voluntate.*

10 *Redditus relicti pro omni, & quocũq; iure continent pretium.*

pecu-

11 *Peculia licet non interueniat, ſufficit tamen interuenire cauſam, ex qua oriri debeatur.*

12 *Debitum ex vna cauſa conuertitur in contractum cenſus bullæ.*

13 *Cenſus conſtituitur in vltimis voluntatibus, & eueniente caſu mortis habet vim contractus.*

14 *Retrouendere tenetur is, qui exigit cenſum iuxta formam bullæ relictum in teſtamento.*

15 *Vtens contractu, ſeu ſtatuto tenetur ad omnia requiſita neceſſaria ab illo contractu, ſeu ſtatuto.*

16 *Conſentiens contractui, eoque vtens tenetur ad omnia ſubſtantialia ipſius.*

17 *Teſtay alleg. 10 declaratur.*

18 *Pactum ad diſcurſum dicitur acceſſorium hypothecæ contractæ pro ſolutione cenſus.*

19 *Pactum ad diſcurſum dicitur pactum reale, quia ad rem eſt directum.*

20 *Pactum poſterius licet in diuerſo inſtrumento informat primum contractum.*

21 *Cenſus iuxta formam bullæ conſtitutus in teſtamento habet priuilegia contractus bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, & ita deciſum in M. R. C.*

ARGVMENTVM.

In teſtamento conſtituto cenſu an intelligatur iuxta formam bullæ, & Regię Pragmaticæ, & cum pacto ad diſcurſum.

DECISIO CCXXX.

RAcobvs Stayti in anno 1558. inſtituit hæredem particularem Iacobellũ eius nepotem ex filio in quibuſdam ſalinis cum onere ſoluendi vnc. quadraginta annuales Hieronymo Stayti cum facultate illas quandocũque redimendi pro vnc. quatricentis ad 10. pro centenario, exinde in anno 1597. fuit facta inter eos tranſactio, in qua Iacobellus ſe obligauit cum pactis exequutiuis in forma ſolitas ſoluere prædictos redditus dicto Hieronymo, quo mortuo ſuc ceſſit Innocentia Stayti, quę exequutionem exercuit in vnc. 200. contra Iacobum Stayti iuniorem Thomam Rauida, & D. Franciſcum, & D. Iacobam Stayti ea ratione mota, quia bonorum ſubiugatorum vſusfructus ad præſens reperiebatur penes dictum D. Franciſcum, & D. Iacobam, proprietas vero penes dictum de Rauida, & contra Iacobellum ſtatice propria obligatione.

Excipit dictus Thomas Rauida cõtra eum tamquam tertium

 exe-

exequutio procedere non debet, quia ſoli cenſus bullares habent ex Pragmatica hoc priuilegium.

Dubitari ergo contingit an cenſus bullaris, & cum priuilegio Pragmaticæ poſſit conſtitui titulo legati, particularis inſtitutionis, aut donationis, & ſic alio titulo, quam emptionis, & venditionis, quo caſu videtur loqui Bulla, quam priuilegiat Pragmatica. Dicebatur ex parte dicti de Rauida nullo modo poſſe verificari eſſe contractum cenſualem iuxta formam bullæ, & Regiæ pragma
1 ticę legatum prædictum titulo inſtitutionis particularis relictum, quoniam ſiue inſpiciamus mentem Bullæ Apoſtolicæ, ſiue verba † non loquitur niſi de contractu emptionis, & venditionis, nā ſi mentem Pontificis conſideremus, ea fuit, vt euitarentur vſuræ, quæ non habent locum in legatis, & teſtamentis, ſed in contractibus, ſi verba ipſius bullæ loquũtur de contractu emptionis ibi (per huiuſmodi cenſualium venditiones ſubueniri) & ibi (inter venditores, & emptores,) & ibi (per venditiones prædictorũ cenſualium) & ibi (vendendi, & emendi) & tandem ibi (de quibus inter ementes eſt.

Et quia ſumus in caſu exorbitanti, vt tertius poſſeſſor non obligatus in contractu conueniri poſſit contra regulas iuris communis, debet priuilegiari
2 contractus, de quo bulla loquitur, ac Pragmatica non autem per fictionem, & extenſionem, cum bulla excludat omnem fictionem, quia ſtatutum † exorbitans, & correctorium propriè eſt intelligendum, nec ad caſum fictum trahitur, *l. 3. § hæc verba ff. de negot. geſt. cap. in noſtra de iureiur. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 70. l. 1. §. ſi is, qui nauem, ff. de exercit. act. Cenc. de cenſib. par. ſecunda, cap. 1. quæſtio. 1. art. 7. num. 18. fol. 102. Montalt. ſuper bulla, num. 9. & 10. Rouit. ſuper Pragmat. de cenſib. num. 15. Maſtrill. ad Greg. quæſt. quinta, num. 131. & ſequen. Conuerſ. in addit. ad Intrigl ſuper bulla, quæſt. 96. litera B. in fine Addit. Anton. Ball. ad Pragmat. de cenſib. quæſtio. 12. nu. 12. & 13.*

Fortius, quia bulla prædi-
3 ctà † facit mentionem de pretio, ſiue recepto, quod in quantitatem deductum ſit loco pretij, quo caſu accipitur de venditione propriè, & ſtrictè ſumpta, *text. in l. vltima, vbi gloſ. Bartol. & Luc. de Penna colum. 6. C. de præd. ver. lib. 10. gloſ. in l. cum dotem, in verb. quis enim & ibi Bald. colum. 1. C. de iur. dot. Tiraquell de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2. num. 1. & in præfat. num. 60. & melius, §. 1. gloſſ. 2. nu. ſecundo, & eſt text. in l. Statu liber ad fin. ff. de Statu lib. Capiblanc. de Baronib. pragmat. 1, nu. 329. fol. mihi 66. Gutierrez de gabell. quæſt. 35. num. quinto, & quæſt. 31. num. octauo, Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 2. nu. 1,*

An-

Digitized by Google

Anton. Monach. deciſio. Florentin. 6. num. 5.

Et ita loquendo in retractu dixit *Afflict. in conſt. ſancimus verb. licet enim Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. num. 90. & §. 25. gloſſ. 2.*

Inſuper ad eſſe contractus venditionis tria ſubſtantialia requiruntur, res quæ veneat, pretium quo venditur, & conſenſus contrahentium ſimultaneus, ita tradit *Cene. de cenſib. p. 2. cap. 1. q. 1. art. 6. n. 29. Cald. Pereyr. de empt. & vẽd. ca. 34. n. 29.* & in huiuſmodi legatis † non adeſt ſimultaneus conſenſus, nec pretium, ideo nullo modo dici poteſt emptio, & venditio, *Maſtrill. dec. 94. num. 8. vbi ex Aret. conſ. 128.* concludit in contractu venditionis à principio cõſenſum ambarum partium interuenire debere alias contractus eſt nullus, & ſubdit, quod ſi ex poſt facto interueniſſet non ſufficit ad validandum contractum, & idem firmat *in addit. ad Gregor. q. 5. num. 214.*

Et per prædictas rationes ita in puncto quæſtionis de qua agitur firmarunt *Felician. de cenſib. lib. 2. c. 5. n. 8. verſ. bulla q. 96. Ball. ſuper bulla q. 12. Teſtay alleg. 10.* qui alios allegat, & præſertim noſtrates ſuper eadem bulla. *Bocc. de cenſib. p. 1. n. 86. & p. 2. n. 64. & 65.*

Qui doctores addunt aliam rationem, quia in mero legato † nõ poſſunt interuenire omnia ſubſtantialia bullæ, vt potè pactum de retrouendendo, ſors de mortua, & ſpecialitas bonorũ, vltra cõſenſum ſimultaneum, vt ſupra dictum eſt, cũ quo perficitur contractus, *l. conſenſu, ff. de act. & oblig.* qui conſenſus operatur circa alia ſubſtantialia, non enim tenetur † retrouendere, qui non conſenſit, nec fictio *l. ſingularia* in pretij receptione operatur, dum ambo ex contrahentibus non interueniant.

Sed ex parte dictæ Innocentiæ dicebatur, quod vera opinio eſt in contrarium, & magis recepta in Regno, *Foller. in tract. de cenſib. in verb. huiuſmodi cenſualia n. 68. Blaſc. Lanc. Anton. de Montalt. & D. Octau. Corſett. in quibuſdam alleg. relatis à Maſtrill. dec. 103.* vbi dicit, quod in ſupremis Tribunalibus de hoc amplius non audiuntur diſputationes, & idem *in Addit. ad Petr. de Gregor. ſuper bulla q. 5. nu. 197. Intrigl. dicta quæſt. 96. Muta deciſ. 73. num. 7. & 8. & nos diximus dec. 51. in fi.*

Non obſtant contraria, & primò, quod bulla loquatur de contractu emptionis, & venditionis: nam Reſpondetur quod licet hoc verum ſit, tamen de iure † appellatione emptionis, & venditionis continetur omnis actus, per quem dominium transfertur etiam ex vltima voluntate, *Bartol. qui ita ſummat text. in l. ſicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. vbi glo. in verb. generaliter concord. allegat*

Cald.de error. Pragm.lib.4.c.3.n.6. Bellon. de poteſt. eorum, quæ fiunt in contin.c.41.nu.15. Monach. dec. Florent. 6.n.2.& ſeq. vbi declarat n.4. & in caſu de quo agebatur dicebatur adeſſe pretium, dum reddi-
10 ditus† prędicti fuerant relicti pro omni, & quocumque iure, iſta.n. cauſa loco pretij reputatur, licet
11 enim pecunia † non interueniat, tamen ſufficit cauſa, ex qua poſſit conſiderari verè deberi pecunia, *Muta dec.34.n.7.& 8.* Quinimmo eſſe magis ſecundum mẽtem bullæ, quod iſto modo fiat, cum hoc caſu nulla poſſit conſiderari fraus, *Rodrigu.de annu.reddit.lib.3.quaſt.6. Maſtrill. deciſ. 262.*

Et hoc pacto, nec dicitur deficere pretium, nam fictione, *l.ſin-*
12 *gularia, ff. ſi cert.pet.* debitum† enim ex vna cauſa conuertitur in debitum bullæ in puncto, dixit *Maſtrill.d.dec.34.nu.5.& ſeq. Muta d. dec.6.7.& 8.*

Et ad illud quod pragmatica exorbitans non debet extendi ad vltimas voluntates dicebatur q̃
13 non ex eo, quod† fit in inſtrumẽto teſtamenti dicitur vltima voluntas, ſed eueniente caſu mortis habet vim contractus, & poſſunt in vltimis voluntatibus fieri cõtractus, *Rodrigu.de annu.reddit.lib. 3.q.6.n.4. Surd.dec.127.n.15.& dec.149.n.13. Couar.3.p.rubr.de teſtam.n.17. Adrian.Neguſant.in ſylu. reſp.q.518.n.13.& q.464.n.7.* & *Teſtay allegat.10.num.56.* vbi plures allegat.

Ad illud vero quod cõtractus ſubiugatarius ſit vltro citroque obligatorius, nam ſubiugans obligatur ad cenſum, & ſubiugatarius ad retrouendendum, quod non videtur factum vbi cenſus conſtituitur ex teſtamento, quia ſimultanea obligatio non poteſt interuenire in teſtamento, & conſequenter non ſubſiſtit contractus. Reſpondebatur quod dum obligatio retrouenditionis eſt de ſubſtantialibus contractus bullaris, vt poſt multos dixit *Maſtrill.*
14 *de cenſ.q.5.n.254.* eo ipſo † quod exigit cenſum ratificat illum contractum cum omnibus ſubſtãtialibus, & ſic ſe obligat ad retrouendendum, *Maſtril.d.q.5.n.274 & 275.* ea ratione, quia ſi quis
15 vtitur cõtractu, † ſeu ſtatuto, cauſatiuè ſe obligat ad omnia requiſita neceſſaria ab illo contractu, ſeu ſtatuto, *Rota Roman. diuerſ.dec. 281.n.34.& 35.p.2. Surd.dec.295 Laderch.conſ.8.n.18. Lancellot. Gall. conſ.14.n.2.& conſ.36.nu.1. Gratian.diſcept.301.n.58.& ſeq. Surd. conſ.104.à n.8. Maſcard.conclu.255. n.37.& ſeq.*

Nec ex eo, quia vſus cõtractus, ex quo oritur approbatio cũ obligatione ad retrouendendum fit ſatis poſt teſtamentum ceſſat vis contractus, qui fit tantum accedente ſimultaneo conſenſu, & nõ ex interuallo, quia hoc operatur tantum, quia ante approbationẽ alterius partis poſſit alter ſe pœnitere

Digitized by Google

tere, & diſſentire, ſed ſi non diſſentit, & adhuc durat voluntas vnius; quando alter conſentit, nihilominus† valet contractus, &
6 conſenſus dicitur ſimultaneus, *gl. ſo. Bartol. & Bald. in l. 1. ff. de contrah. empt. glo. & Bart. in l. conſenſu, ff. de act. & oblig. Bellon. de poteſt. tor. c. 125. n. 1. ex Pappon. ad rubr. de verb. oblig. n. 153. & 255.*

Et licet ſecundum formam bullæ requirantur illa tria requiſita neceſſaria, ſcilicet ſuppoſitio, p̃tium, & facultas redimendi, ea tamen omnia interuenire in dicto legato apparebat, nam ſuppoſitio patet ex illis verbis (teneatur ſoluere ſuper Salinis) quod adſit pretium apparet ex eo, quod reliquit dictas vnc. 40. annuales p̄ omni, & quocumq; iure ſibi debito ſuper bonis ipſius teſtatoris, facultas redimendi eſt clariſſima, nã voluit redimi poſſe pro vnc. 400. ad rationem de decem pro centenario.

Ex quibus patet reſponſio ad contraria, & non bene fuiſſe loquutum Teſtay *alleg.* 10. niſi dicamus, quod teſtatrix in illo caſu noluit conſtituere cenſum iuxta formam bullę, ea ratione quia in illo teſtamento appoſuit conditionem caducitatis, quę non conuenit cenſui iuxta formam bullę, item voluit capitale eſſe repetibile, quod de directo eſt contra formam cenſus iuxta formam prædictæ bullæ.

Vltimo dicebatur ex parte dicti de Rauida quod ſaltim primũ decretum cum facultate vendendi bona ad diſcurſum nullo modo ſubſiſtere poterat, quia licet potuerit in teſtamento conſtitui cenſus iuxta formam bullæ, tamen ibi nõ legitur iſtud pactum, & cum non ſit de ſubſtantialibus bullæ quòd bona adiudicentur ad diſcurſum, ideo cùm hac facultate exequutio procedere nõ debet.

Sed reſpondebatur & benè ex parte dictæ Innocentiæ, quòd licet in teſtamento prædicto non adſit pactum vendendi bona ad diſcurſum, adeſt tamen trãſactio exinde facta, in qua Iacobus ſe obligauit ſoluere iſtos cenſus cũ
17 pacto ad diſcurſum, quod† pactũ ex illo tunc fuit acceſſorium hypothecæ pro ſolutione cenſus, vt dixit *Angel. in l. ſi prior §. fin. ff. qui pot. in pign. hab.* & eo ipſo tranſiuit in quẽlibet ſucceſſorem ſingula-
18 rem rei, quia dicitur† pactum reale, ſiue in rem ſcriptum, *Maſtrill. dec. 89. n. 11. & ſeq. Ball. ſuper bulla q. 31. per tot. Burg. de laudim. p. 3. q. 40. n. 291.* Quod autem pactum illud ſit reale ex eo patet, quia directum eſt ad rem, cum perſonale illud ſit, quod ad perſonam dirigitur, *Crauet. conſ. 929. n. 19. & Rimin. iun. conſ. 727. n. 19.*

Fortius, quia dictus de Rauida conuentus habebat ius, & cauſam ex adiudicatione facta per Iacobellum, qui pactum fecerat, & rem in eum tranſtulit cum pa-
ctis

Digitized by Google

ctis adiectis *Add. ad Intrigl. ſuper bulla q. 40. lit. B, verſ. declaratur ſecundo.*

20 Et ex dicto pacto † poſteriori, & ſubſequenti, licet appoſito in alio, & ſeparato inſtrumento dicitur informari primus contractus ſubiugatorius, *Natt. conſil. 727. n. 3. lib. 3. Decian. conſ. 82. nu. 115. lib. 2. Laderch. conſ. 143. n. 8.* Et in terminis contractus cenſualis, *Bened. Bon in tract. de cenſib. art. 86 n. 119. verſ. & in tantum Cenc. in eo. tract. de cenſib. par. 2. cap. 1. q. 3. artic. 7. à num. 6. vſque ad num. 14. fol. 126.*

Quibus omnibus perpenſis in M. R. C. dictus cenſus, vt ſupra
21 conſtitutus † fuit iudicatus eſſe cenſualis iuxta formam bullæ, & quòd pactum ad diſcurſum fuerit informatum dicto cenſui in teſtamento conſtituto ex pacto ad diſcurſum in tranſactione adiecto. Ideo ſub die 4. Maij 1624. fuit determinatum quod oppoſitiones dicti de Rauida Reijciātur in fauorē dictæ Innocētię.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia contracta cum vno de familia, & fortius cum fratre dicitur contracta cum tota familia.*

2 *Iudex inimicus recuſari poteſt.*

3 *Iudex amicus inimici recuſari poteſt.*

4 *Inimicus non ſolum clarus, ſed præſumptus recuſari poteſt.*

5 *Iudex conſanguineus inimici recuſari poteſt.*

6 *Inimicitia etiam quòd non ſit capitalis, & grauis ſufficit ad recuſandū Iudicem.*

7 *Inimicitia ex probabili cauſa ſufficit ad recuſandum Iudicem.*

8 *Inimicitia, ſiue ortum habuerit à falſo, ſiue à vero, vel ab ipſis partibus, vel à tertio ſufficit ad recuſationem Iudicis.*

9 *Iudex ex omni leui cauſa, ex qua odiū concipiatur recuſari poteſt.*

10 *Inimicitiæ cauſa licet ignota iudici ſufficit ad illum recuſandum.*

11 *Iudex etiam quòd aſſeueret non eſſe inimicum, ſi de hoc conſtet, ei non creditur.*

12 *Inimici dicuntur non ſolum, qui ſe palam inimicos profitentur, ſed etiam illi, qui odium in mente habent, vel habere præſumuntur.*

13 *Inimicitia, quæ non eſt contracta cum ipſomet iudice, ſed cum eius conſanguineo debet eſſe capitalis, vel ſaltim grauis, vt recuſetur.*

14 *Inimicitia dicitur friuola, quæ fuit contracta ex adminiſtratione iuſtitiæ ex Pragmatica Excellentiſſimi Comitis Aluæ.*

15 *Odium fratris veriſimiliter conſideratur in fratre Iudice.*

16 *Pragmatica Comitis Alua procedit reſpectu iudicis, qui recuſatur, & adminiſtrauit iuſtitiā, & nō alterius, qui eſt exinde Iudex, & hēt aliquā recuſationis cauſā, q̄ ſit legitima.*

Con-

17 *Condemnati, ſiue proſequuti dicuntur inimici, ideo recuſantur, & à teſtimonio repelluntur.*

18 *Iurati ſeu, ſonatores Ciuitatū ad condēnationē pœnarū procedunt ex officio non ad inſtantiam partis, nec fiſci.*

19 *Odium maius cōcipitur in iudicem, qui ex officio procedit.*

20 *Iudex repellitur ex minori cauſa, quàm teſtis.*

21 *Iudices facilius inueniuntur, quā vnus teſtis.*

22 *Conſentiens in iudicem illum recuſare non poteſt.*

23 *Comparens coram Iudice, vel illum in iudicem obtinendo recuſationi renūtiare dicitur.*

24 *Clauſula, ſiue proteſtatio in ſupplicatione (non animo tamen conſentiendi) quando iuuet. & nu. 25. 28. & 29.*

26 *Proteſtatio in ſupplicatione diſſenſus, (non animo conſentiendi in iudicē) dicitur contraria facto.*

27 *Cōſenſus in iudicem in cauſa parui momenti non præiudicat in alia graui cauſa.*

30 *Recuſatio eſt proponenda ante litem conteſtatam. ratio n. 31.*

32 *Lis non dicitur conteſtata pendente diſſenſu in modo procedendi.*

33 *Aſſeſſor, conſultor, ſiue adiunctus facilius recuſatur, quàm Iudex: licet contrarium in Regno ſeruetur n. 34*

35 *Iudex ex leui cauſa cauſante odium recuſari poteſt, & ita deciſum.*

ARGVMENTVM.

Iudex quando recuſari poſſit ex odio, ſeu inimicitia contracta cum eius conſanguineo, & quando operetur conſenſus in iudicem.

DECISIO CC XXXI.

IN cauſa vertente inter Rectores domus Orphanorum Ciuitatis Marſaliæ cum d. Vincentio Laliotta ex parte d. Vincentij fuit recuſatus vnus ex tribus Iudicibus Trib. C.S.R.C. & commiſſa cauſa Sp. D. Iacobo Corſetto F.P. M.R.C. & Sp. D. Santoro Criſaphulli, quia alter etiam iam fuerat ex vtraque parte ſuſpectus declaratus, fuit mihi commiſſa cauſa de ordinē Suæ Excellentiæ, quoniam dicti duo Sp. Iudices diuiſerunt ſibi vota Sp. enim F.P. declarauit dictum Iudicem ſuſpectum, & Sp. de Criſaphulli contrarium declarauit non eſſe ſuſpectum, abſq; incurſu pœnæ.

Fuit ergo diſcuſſum quid iuris; & quidem cauſa recuſationis erat fundata in inimicitia, ſeu odio cauſato inter fratrem dicti

Sp.

Sp. Iudicis cum dicto D. Vincentio eo quia pluries dum eſſet Senator, ſeu Iuratus huius Vrbis condemnauit ad pœnam in bannis contentam vini, quod vendere faciebat; eoque motus dictus frater dicti Iudicis prorupit in aliqua verba, ex quibus non ſolũ indignatus apparebat, ſed D. Vincentium cum dicto eius fratre minabatur.

Quo ſtante odio, ſeu inimicitia ex parte D. Vincentij prætendebatur dictum Sp. Iudicem eſſe
1 ſuſpectũ, quia inimicitia † contracta cum vno de familia, & fortius cum fratre dicitur contracta cum omnibus de familia, *Milanenſ. poſt alios dec. 16. n. 7. & ſeq. lib. 1. Frãc. de Ponte dec. 30. Farin. q. 53. Bald. in l. Athlete, §. dat remiſſionem, ff. de excuſ. tut. Marſil. conſ. 31. n. 17. Craſſ. except. 24. n. 28.*

2 Quando ergo † Iudex eſt inimicus nulli dubiũ eſt recuſari poſſe, *l. ſi pariter ff. de liber. cauſ. & in l. 1. C. ſi quacũq; prædia vbi Bart. ſequitur Aponte d. dec. 30. n. 2. & 3. Milanenſ. d. dec. 16. lib. 1. Intrigl. ſing. 79. n. 9. lib. 3. Craſſ. d. except. n. 24. Apicell. in add. de ſuſp. iud. n. 770.*

3 Quinimmo extendunt doctores ad † amicum inimici, vt recuſari poſſit *l. liberi 28. C. de inoffic. teſtam. Milan. d. dec. 16. nu. 13. lib. 1. Rebuff. de recuſat. art. 1. gl. vna, n. 21. Faber in C. lib. 3. titu. 4. ne quis in ſua cauſ. def. 4. in alleg. n. 3.* Et non ſo-
4 lum † inimicus clarus, ſed præſumptus recuſari poteſt, *Felin. poſt Abb. in c. cum ſuper de offic. delegat. Franc. de Ponte d. dec. 30. n. 4. & 5. Pedam. dec. 15. nu. 7. Milanenſ. d. dec. 16. n. 20. lib. 1. Apicella vbi ſup. nu. 772. Intrigl. d. ſing. 79. n. 16. Craſſ. vbi ſup. n. 35.*

5 Et quòd ſi Iudex † eſt conſanguineus inimici alicuius ex partibus litigantibus pars litigans ratione inimicitiæ, quam habet cum aliquo conſanguineo ipſius iudicis illum recuſare poſſit, *eſt tex. in c. accedens, il 2. vt lite non conteſt. vbi Io. Andr. & Abb. Franc. in c. poſtremo, n. 11. de appell. Franc. de Ponte d. dec. 30. n. 8. Rebuff. de recuſat. art. 9. gl. vna, n. 17. conſequenter 3. Apicell. vbi ſupra, num. 783. Maſtrill. dec. 151. n. 48.*

6 Immò quælibet † inimicitia etiam quòd non ſit capitalis, & grauis ſufficit ad recuſationem Iudicis, *cap. quia ſuſpectus 3. q. 5. c. cũ ſuper de off. deleg. glo. & Geminian. in c. 2. de procur. in 6. Franc. in c. poſtremo n. fi. cauſa 32. de appell. Franc. de Ponte d. dec. 30. n. 9. Milanenſ. d. dec. 16. n. 19. lib. 1. Rebuff. vbi ſup. nu 16. Rouitus ad pragm. primam de ſuſpit. officiał. n. 24.* vbi ait ſufficere, qđ
7 ſit † probabilis cauſa, & non inſpi-
8 citur, ſi habuerit † initium, ſiue fomitem à falſo, vel à vero, vel ab ipſis partibus, uel à tertio. *Maſtrill. d. dec. 151. n. 46. Craſſ. vbi ſup. n. 31. Apicell. d. loco n. 772. Intrigl. vbi ſup. n. 10. & 12.*

9 Quinimmo ex omni † leui cauſa judicem in ſuſpectum recuſari poſſe, ex qua odium concipiatur

dixe-

dixerunt *Dec. ac Præpoſit. in d.c. poſtremo Aufrer. & alij per Franc. à Pōte dicta dec. 30. n. fi. Menoch. de arbit. iud. q. 152. nu. 6. Farin. in fragm. p. 2. verb. Iudex.*

10 Et ſufficit quod adſit † cauſa inimitiæ, licet iudex cauſam inimicitiæ ignoret, *Iaſ. in l. apertiſſimi nu. 7. C. de iud. Milanenſ. d. deciſ. 16. nu. 21. & 22. Marſil. ſing. 178. Apicell. vbi ſup. nu. 777. Intrigl. d. ſing.*
11 *79. n. 15.* Et etiam quod † iudex dicat non eſſe inimicũ in hoc nō creditur, vbi ſubeſt cauſa, *Menoc. de arbitr. q. 28. n. 7. & ſeq. Alex. cōſ. 99. vol. 1.*

12 Et inimici † dicuntur non ſolum, qui ſe palam inimicos profitentur, ſed etiam illi, qui odium in mente habent, vel habere præſumuntur, *Farin. q. 49. n. 94. Rebuff. vbi ſup. n. 19.*

Sed ex parte dictorum Rectorum dicebatur dictam cauſam inimicitiæ fuiſſe friuolam, & leuiſſimam, quæ numquam fuit habita in conſideratione, & inimicitia,
13 quæ non eſt contracta cum ipſo Iudice, ſed cum eius conſanguineo ad hoc ut ſit ſufficiens ad recuſandum iudicē debet eſſe, & ſi non capitalis, ſaltim grauis, *Abb. in c. accedens, il ſecondo, vt lit. non conteſt.*

14 Dicitur etiam friuola † iſta cauſa, ex quo fuit contracta in adminiſtratione, & exercitio officij, quę per Pragmaticam Illuſtriſs. Comitis Aluæ eſt reiecta, vt refert *Muta in Pragmatica 3. de recuſat. iud. nu. 47. quod & nos tetigimus deciſ. 160. num. 6. & 7. lib. 2.*

Sed ex parte D. Vincentij Reſpondebatur conſiderandũ eſſe ad id quod ex prædictis reſulta-
15 uerit, ſcilicet odium † in perſonam fratris dicti Sp. iudicis, ex quo poterat euenire veriſimiliter odium etiam in fratre, & ita conſiderant doctores præcitati, & maximè *Marſil. ſingul. 178. & Apōte vbi ſupra, in fine, & alij per eos adducti.*

16 Et quo ad Pragmaticam † Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi Comitis Aluæ quod non poſſint recuſari officiales reſpectu eorum, quę ratione adminiſtrationis eorum officii fecerunt procederent quotieſcumq; Don Vincentius officialis recuſaretur, non autem id procedit reſpectu partiũ, quæ ſunt condemnatæ, † ſiue proſequutæ, & carceratæ ab officiali, nam ipſi dicuntur inimici, & odioſi, ita vt etiam à teſtificando repellantur, *Authent. ſi teſtis productus dicatur, C. de teſtib. vbi Doctores Grammat. conſil. 46. num. ſecundo in criminal. Farinat. quæſt. 111. num. 268. & 269. Felin. in cap. repelluntur num. ſexto, de accuſat. Auguſt. Dulcett. de ſindic. num. 29. & ſeq. Scipio Rouit. ad Pragmatic. primam de ſuſpit. official. num. 51. & ſequent. Maſtrill. deciſio. 214. num. 33.*

Et maxime quia in iſtis proſe-
18 quutionibus Iurati procedũt ex

T co-

eorum officio, & non ad inſtantiam partium, ſiue fiſci, ſed vt victualia bonæ qualitatis ciuibus ſubminiſtrentur, quo caſu cum totum pendeat ab eorum volun-
19 tate dicitur contrahi † maius odiũ & inimicitia, *ex not. per Farin. q. 49 num. 65. & nos diximus d. dec. 160. num. 7.*

20 Immo iudex † repellitur ex minori cauſa, quam teſtis gloſ. *in c. inſinuante de offi. & pot. iud. deleg.* ea
21 ratione, quia facilius † inueniuntur plures iudices, quàm vnus teſtis *Dec. in c. 1. n. 22. de iud. Rebuff. vbi ſup. n. 44. Craſſ. d. except. 24. nu. 32. 42. & 44.*

Inſuper dicebatur ex parte dictorum Rectorum dictam recuſationem non potuiſſe proponi duabus rationibus. Prima, quia dictus D. Vincentius conſenſerat in prædictum iudicem, ſecundò, quia recuſatio ante litem conteſtatam erat proponenda, & nihilominus in caſu iſto erat exinde propoſita, & prætenſa.

Primum fundabatur, quia in alia lite poſt prætenſam inimicitiam, quæ pendebat coram dicto Iudice comparuerat, & in hac eadem lite conſentijt dum diſſentiendo in modo procedendi ſupplicauerit eidem, vt ordinariè procederetur iuxta formam iuris, & ritus.

Ideo vna ſemel quod in iu-
22 dicem † conſentijt non ſubſiſtente noua recuſationis cauſa illu mrecuſare nequit *cap. quod ſemel de reg. iur. in 6. vbi gloſ. loquitur in recuſatione Iudicis, capit. ſi teſtes, §. ſi quis cauſa 4. quæſt. 3. Caſtrenſ. conſil. 441. num. quarto, verſic. ſi vero lib. ſecundo, Abb. in cap. inſinuante, num. 10. in fin. ff. de offic. deleg. Gargiar. patrocin. 40. num. 3.*

23 Et ea ratio ea eſt, quia † cum quis habet exceptionem recuſandi iudicem compatens poſtea coram eo, vel illum in iudicem obtinendo dictæ exceptioni dicitur renuntiaſſe, *argum. cap. gratum de offic. deleg. Alexand. conſil. 12. lib. 6. Ludouiſ. deciſ. 362. num. ſecundo, & deciſ. 466. num. 9. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 100. num. 27. Abb. in dicto cap. inter monaſterium, num.... & Felin. ibidem num. quarto, verſic. contrariam partem, dixi deciſ. ſexta, num. ſeptimo, Intrigl. dicto ſingul. 79 num. 187. & ſequen. Seraphin. deciſ. 532. num. ſecundo, Seſſe deciſ. 346. num. 3. & 4.* vbi ampliat etiam in procuratore eius, qui recuſationem propoſuit.

24 Nec iuuat illa † proteſtatio in ſupplicatione diſſenſus (animo tamen non conſentiendi in iudicem, nec iuriſdictionem aliquam prorogandi, & non aliter) quia recuſatio requirit ſpecialem mentionem, & exprimi debet ſaltim cauſa, ex qua ei erat ſuſpectus, *gloſ. in cap. offeratur 3. quæſt. 3. verb. fideiuſſione, in fine, Alexand. de Neu. in dicto capit. inter monaſterium, num. decimo nono, Felin. in capit. cum M. Ferrarienſis num. 31. verſic. tertio, Surd. deciſio.*

286.

Digitized by Google

281. num. 38. Alexan. conſ. 14. lib. 5. Bald. in l. querò ff. de act. empt. & vend.

25 Item quia ad hoc, † vt prædicta proteſtatio valeat debet adijci (animo tamen non conſentiendi in iudicem, nec iuriſdictionē aliquam prorogandi, niſi ſi & quatenus de iure arctatur) alias, tamquam inepta proteſtanti non iuuat doctores, *vbi Alex. in l. non ſolum § morte, ff. de nou. oper. nunc. Rendin. var. iur. tit. de citat. n. 8.*

26 Item, quia dicta † proteſtatio eſt contraria facto ex quo exceptio recuſationis ſemper tendit ad Iudicem declinandum, exceptio autem in modo procedendi tendit tantum ad differendum Iudicium, ſed non contra iudicem, immo præſupponit iudicem habere iuriſdictionem, cum ab eo pronuntiari petatur, ideo non obſtante huiuſmodi proteſtatione factum tenet, & cenſetur in Iudicem conſenſiſſe doctores, *in d. l. non ſolum, § morte ff. de nou. oper. nunc. & Canoniſt. in d. c. inter monaſterium maximè Bald. & Abb. Ludouiſ. vbi addit. dec. 292. Seraphin. deciſ. 287. Puteus deciſ. 370. per totum, Rouit. in Pragmatica 9. de ſuſpit. official. num. 9. Caroc. de except. except. 120. num. 17. & ſequen. Rota Roman. in nouiſs. deciſ. 1476. alias 63. de appell. Calderin. conſil. quinto de appellat. Anchar. cōſil. 6. nu. 3.*

Quibus ex parte D. Vincentij dicebatur quod & ſi verum ſit eum conſenſiſſe in prædictum iudicem poſt prædictam cauſam odij ſiue inimicitiæ fuit in cauſa minimi momenti reſpectu eius qualitatis, & perſonæ, videlicet vnc. triginta, cum autem in prædicta cauſa agatur de re magni momenti; non propterea cenſetur renuntiaſſe exceptioni huiuſmodi recuſationis ſibi competenti, quia conſenſus † in vna

27 cauſa non operatur in alia *gloſſ. in clement. ſæpe de verbor. ſignific. verb. partibus*, vbi quod conſenſus in aliquibus actibus iudicij non præiudicat in alijs actibus futuris, *Crauett. de antiqu. tempor. 4. par. num. 77. Marcheſ. de commiſſ. par. ſecunda, § ſecundo, de de iud. ſuſp. num. 43. in ſpecie Burſat. conſil. 21. num. 33. Gargiar. dicto patrot. 20. num. ſeptimo, verſ. non obſtat Bertaz. conſ. 8. num. quinto, Galganett. de condit. & demonſtrat. par. 2. q. 69. n. 18. & ſeq.*

Nec conſenſus in dicta ſupplicatione diſſenſus dicitur præ-

28 ſtitus; quia † fuit cum prædicta proteſtatione, ideo non conſenſit; *Felin. in dicto cap. inter monaſterium num. octauo, de ſent. & re iudic. Joan. Anton. de Nigr. in rubric. de ſuſpit. capit. 217. num. ſexto, & ſequen. Ricc. collect. 1747. verſic. limita 2. Seraph. dec. 1057. n. 1. & ſeq.*

Nec obſtat non fuiſſe addita illa verba (niſi ſi & quatenus)

29 † ſi enim loquimur reſpectu contumaciæ, & niſi ea verba appo-

T 2 nan-

nantur per excipientem habetur is pro contumace, & condemnari poterit, & ideo apponuntur illa verba, aut vero reſpectu diſſenſus, & illa verba non ſunt neceſſaria, immò intelliguntur ex proprio effectu, vt declarat *Dec. in c. 1. de iud. n. 188. Felin. in d. c. inter monaſterium, n. 8.* vbi dicunt id ſolũ tueri propter auctoritatem Innocentij, nõ quòd ſit neceſſariũ, & ita firmauit *Caſtrenſ. in l. non videtur ff. de iud.* qui addit quòd etiã ſi ſimpliciter ſit facta proteſtatio ſi tamen iudex nõ pronunciaſſet eum haberi pro contumace illa proteſtatio operaretur, quod ſi exinde Iudex eſſet incompetens non cenſeretur prorogata iuriſdictio.

Vltimo dicebatur ex parte rectorum dictam recuſationem nõ
30 admittendam, propoſita † enim fuerat poſt litis conteſtationem, cum tamẽ de iure requiratur ante litis conteſtationem proponendam eſſe, alioquin nullo modo procedere, & admitti debere ita per *tex. in c. offeratur 3. q. 3.* vbi *glo. dixit Hoſt. in c. inter monaſterium ante n. 2. & Alex. de Neuo ibid. n. 19*
31 quia † cum exceptio recuſationis ſit nolle, quòd Iudex, qui recuſatur cognoſcat de meritis cauſæ, niſi recuſetur antequam de illis cognoſcere incipiat non poterit amplius recuſari, immò in illum cõſentire dicitur, dum coram illo comparet, & adminiſtrari ſibi iuſtitiam petit, induciturq; conſenſus, *Abb. vbi omnes in d. c. inter monaſterium de re iud. Lanfranc. in c. quoniam contra verb. recuſationes de probat. Marant. in ſpecul. in verbo appellatio verſ. recuſatio. n. 26. & 75. Apicell. de ſuſpit. official. n. 24. Natta cõſil. 152. nu. 8. & 9. verſ. non ommitto lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. c. 100. n. 30. Athill. de Craſſ. de except. dec. 1. num. 2. & 3. in ordine 203. Intrigl. deciſ. 49. num. 18. Maſtrill. d. deciſ. 151. num. 68. Seſſe deciſ. 346. num. 1.*

Sed his ex parte D. Vincentij dicebatur non obſtare, quia lis
32 numquam fuit conteſtata, † & hoc liquido conſtabat dum adhuc penderet articulus diſſenſus in modo procedendi, & conſequenter non poterat dici fuiſſe conſentitum in deciſione meritorum ex his, quæ annotauit *Corſett. in q. forenſ. q. 12. f. 176. & q. 8. fol. 151.*

Prædicta omnia confirmantur, quia dictus Sp. Iudex recuſatus non erat Iudex verus, ſed Iudex erat eccleſiaſtica pſõna cũ voto totius tribunalis, vnde potius
33 dici poterat conſultor, † ſi aſſeſſor ſeu adiunctus ad cuius recuſationem non requiruntur ea, quæ ad recuſationem Iudicis ordinarij ſunt neceſſaria, *ad not. p Io. Vinc. de Anna ſingular. 15.*

Sed certe in Regno † ſemper vidi cõtrarium fuiſſe obſeruatum, nam ea omnia, quæ in iudicibus M.R.C. & Tribunalis C.S.R.C. in alijs cauſis ex forma pragmaticæ re-

Digitized by Google

requiruntur, eadem ſeruari in huiuſmodi cauſis eccleſiaſticis cum voto eiuſdem Tribunalis decidendis vidimus ea ratione, quia Tribunalis Iudices, qui votant in cauſa ſunt conſultores neceſſarij, à quorum conſilio Iudex eccleſiaſticus non debet, nec poteſt recedere, *Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 81. n. 2. & ſeq. Bald. de quaeſt. & torm. q. 18. in fin. & q. 16. nu. 30.* ea ratione, quia vt tuta conſcientia, & recte procedatur per dñum Regem vti legatum ſubdelegatur cauſa Iudici eccleſiaſtico iuriſdictionis eccleſiaſticæ capaci, ſed cum voto Tribunalis, vt iuſtitia rectè adminiſtretur; ideo huiuſmodi Iudices, ſeu Conſultores dati recuſari debent iuxta formam pragmaticæ.

Quibus omnibus conſideratis, quia durum eſt coram Iudice ſuſpecto litigare, ideo Iudices debent eſſe proni pro recuſatione, & licet ex leui † cauſa Iudex 35 recuſari nequeat, tamen ſi ſit ex leui cauſa cauſante odium Iudex recuſari põt, vt ſupra firmaui, *ex Dec. in d. c. poſtremo vbi Prapoſ. Aufr. & alijs per Aponte d. dec. 30. in fi. & Menoch. de arbitr. caſ. 152. nu. 6.* Vnde ſub die 2. Iunij 1627. me conformem reddendo cum voto Sp. D. Iacobi Corſetto F. P. M. R. C. fuit dictus Sp. Iudex declaratus ſuſpectus, & loco ipſius exinde per Excellentiam Suam fui electus vnus ex iudicibus in meritis cauſę principalis.

SVMMARIVM.

1 *Mater amittit facultatem taxandi dotes filiabus ei relictam per virum, ſi ſecundo nubat.*

2 *Pœnæ ſecundo nubentium infra annum ſunt ſublatæ: licet remaneant illæ, quæ in fauorem filiorum primi matrimonij fuerunt introductæ.*

3 *Vxor poſt tranſitum ad ſecundas nuptias filios prioris matrimonij odio proſequitur, & affectat illos bonis priuare, vt ea omnia poſteriori coniugi relinquat.*

4 *Executrix teſtamenti eius viri etiam ſi ad ſecunda vota tranſierit nõ deſinit eius officium exequi, ſecus in tutela.*

5 *Jus exequendi mutatione perſonæ, & per deportationem non perditur, licet tutela finiatur.*

6 *Jnofficioſæ dotis actio contra virum tẽtari non poteſt, ſed eius mors erit expectanda.*

7 *Pater non tenetur filias æqualiter tractare, ſed ſufficit quod dotem competentem conſtituat.*

8 *Dotis in taxatione etiam bona fideicommiſſo ſubiecta ab aſcendentibus computantur.*

9 *Dotis in taxatione attenduntur qualitas viri, vxoris, patrimonij, quantitas filiorum, & vſus regionis.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Dos relicta per teſtatorem arbitrio vxoris, & matris filiarum quomodo ſit taxanda, & ſi conuolauerit ad ſecundas nuptias an dotem taxare poſſit.

DECISIO CCXXXII.

SIMEON Maurici inſtituit hæredes particulares Eumiliam, & alias tres filias in omnibus dotibus ſtatuendis, & taxandis per Antoniam eius vxoré, earumq; matrem, dūmodo q̃ dotes dictæ Eumiliæ non excederét ſummam ſcutorum octo mille, & aliarum ſororum ſcutorum ſex mille, & caſu quo aliqua elegerit ſe monachari intelligať tantū inſtituta in dote ordinaria per monaſterio, & expenſis neceſſariis, & in vnc. decem & octo annualibus, dicta Eumilia nupſit Antonino Imbeges, & in capitulis matrimonialibus Antonia mater, quæ ad ſecundas nuptias conuolauerat taxauit dotes ad ſcutos octo mille, videlicet ſcutos quatuor mille de cōtanti, & alios quatuor mille infra annos quatuor ad vnc. 400. quolibet anno, vigore quorum teſtamenti, & capitulorū matrimonialiū fuerunt cauſatæ tres exequutiones ad ſummã vnc. bis mille tàm pro capitale dotium, quàm pro earum fructibus.

Fuit oppoſitum de pluribus, & Primò, q̃d dicta Antonia mater † amiſit facultatem taxandi dotes prædictas per tranſitum ad ſecunda vota ex *Pappon. lib. 20. tit. 9. Arreſt. vlt. & Guid. Pap. ſing. 263*

1

2 Sed reſpondebať † pænas ſecūdo nubentium infra annum hodie eſſe ſublatas, & licet remanſerint pęnæ, quæ in fauorem filiorū primi matrimonii ſunt introductę, in caſu iſto non procedunt, ratio enim fuit, quia † vxor poſt trãſitum ad ſecundas nuptias amore poſterioris coniugis allecta filios prioris coniugij odio proſequitur, & affectat illos in quantū poteſt bonis priuare, vt & omnia poſteriori coniugi relinquat. *P. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 88. n. 39 & diſp. 87. n. 21. Theſaur. iun. q. 28. lib. 1.* Quæ ratio hic ceſſabat, quia agebatur de dote taxanda inter filios primi matrimonij, quod nullo modo ſiue ſit magna, ſiue parua dos poterit reſultarę in fauorem ſecundi viri.

3

4 Item, quia vxor in caſu iſto erat † executrix teſtamenti, & voluntatis ipſius teſtatoris, quo caſu etiam per tranſitum ad ſecundas

das nuptias non deſinit eſſe habere huiuſmodi facultatē, licet ſecus ſit in tutela, *Bart. in l. à filio, in princ. n. 2. ff de alim. & cib. leg. mouetur per tex. in l. cum pater § . hæreditatem ff. de leg. 2.* vbi mutatione
5 † perſonæ, & per deportionem ius exequendi non perditur, licet tutela per eam finiatur, *l. ſi arrogati, ff. de tutel. Bar. ſequitur Bald. in l. eiſdem pœnis, in fi. C. de ſecund. nupt. Dec. in l. 2. n. 21. ff. de reg. iur. & in c. ex parte n. 2. de appell. & conſ. 91. n. 1. Jo. Lup. in l. 31. Taur. nu. 38. & 39. & in rub. de donat. § . 67. n. 14. Couar. in c. tua nu. 3. de teſtam. Greg. Lopez in l. 2. in verb. Frayles tit. 10. p. 6. Aul. in prohem. leg. Prætor. gl. 1. n. 43. Matienz. lib. 5. tit. 4. leg. 2. glo. 8. n. 5. Sanch. latè d. diſp. 88. n. 14. & n. 25. Craſs. in § . exequutor q. 2. n. 27 p. 2. vbi addit Spec. & Jo. Andr. Ant. de Virgil. de legitim. perſon. c. 21. n. 13* dum iſtam opinionem vltimo loco adducit.

Secundo, fuit oppoſitum dictam taxationem fuiſſe exceſſiuè factam, nam pro alijs filiabus nō remanebant eorum legitimæ, *ex Molfeſ. ad conſuet. Neapol. p. 4. q. 26 n. 7. & in add. n. 1.* q alios adducit.

Huic tamen oppoſitioni, ſeu
6 exceptioni dicebatur † actionem inofficioſæ dotis contra virum tentari non poſſe, ſed eius mortē expectandam, *Bar. in l. fi. §. ſi à ſocero ff. de his, quæ in fraud. cred. n. 2. vbi add. allegat Bal. conſ. 68. lib. 2. Ang. ī d. l. fi. § ſi à ſocero & in l. ignoti, C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. Aret. in § . itē ſi quis in fraud. inſtit. de act. Cāpeg. in tract. de dot. 3. p. q. 48. vbi de cōi Natta conſ. 90. n. 6. verſ. concludēdo. Jaſ. conſ. 71. lib. 4. Affl. dec. 86. Segura in l. cohæredi § . cū filia n. 130. ff. de vulg. & pupill. Gram. dec. 90. n. 3. Theſaur. in q. forenſ. quæſt. 80. nu. 8. circa med lib. 4. Vinc. de Frāc. dec. 104 & de cōi cū Affl. refert Anell. de Amat. conſ. 71. n. 20. Fontanell. de pact. clauſ. 5. gl. 1. p. 3. nu. 22. & ſeq.* licet alij contrarium teneant *Barboſ. p. 1. l. 2. in princ. n. 172. & ſeq. Gratian. diſcept. 472. Molfeſ. ad conſu. Neap. p. 4 q. 26. n. 8. & ſeq. Muta ad cōſu. Panorm. c. 47. n. 138. Franc. in addit. ad dec. 104. Fontanell. vbi ſup. n. 24.*

Nec erat verum in facto non remanere pro alijs filiabus dotē competentem, vſq; ad legitimā, nec † pater tenetur filias æqualiter tractare, ſed ſufficit quod dotem competentem conſtituat, ex latè *not. p Becc. conſ. 112. n. 16. Paſch. de patr. poteſt. c. 4. n. 284. & ſeq. Fontanell. clauſ. 5. gl. 8. p. 1. nu. 22. Barboſ. ſolut. matr. l. 1. p. 4. n. 162. in fi. & Fontanell. d. clauſ. 5. gl. 1. p. 3. n. 17. & ſeq. to. 2. Peregr. conſ. 86. n. 16. vol. 1.* vbi ita obtinuiſſe teſtatur.

Nec his obſtabat dictum Simeonem hæredem particularem in quibuſdam prædijs fideicommiſſo ſubiectis Ioannem alterum filium inſtituiſſe, quoniam in ta-
7 xanda dote † etiam huiuſmodi bona ab aſcendentibus vinculata, ſeu fideicommiſſo ſubiecta computantur latè poſt alios *Mantica de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 21. n. 17 &*

Digitized by Google

& not. doctores in Auth. res quæ C. commun. de legat.

9 Præterea prædicta omnia † cõfirmabantur attenta qualitate viri, vxoris, patrimonij, quantitate filiorum, & vſu regionis, quæ in taxanda dote attendenda ſunt *l. quæro, ff. de iure dot. Mantic. d. lib. 12. tit. 21. nu. 4.* Ideo dos ſcutorum octo mille non dum exceſſiua, ſed exigua videbatur.

Ex quibus omnibus M. R. C. reſoluit potuiſſe dictam eorum matrem non obſtante quod ad ſecundas nuptias conuolauerit arbitrari dotem, & quòd eius arbitrium fuerit legitimum, ideo ſub die vltimo Februarij 1624. fuit dictum quod procedat exequutio, ſaluis iuribus vtriq; parti in diſtractione bonorum ! ea ratione, quia ſi in diſtractione reperiri contingeret bona non eſſe ſuffectura vſque ad legitimam aliarum filiarum vnicuiq; partium ſalua iura remanerent.

SVMMARIVM.

1 *Maritus dicitur poſſidere iure familiaritatis bona adiudicata per vxorem.*

2 *Vir conueniri non poteſt propter bona ab eo poſſeſſa iure familiaritatis, & ſe excipere poteſt etiam in prima inſtantia.*

3 *Vxor ſi eſt domina, & habet legitimũ titulum, vir non conuenitur etiam ſtantibus teſtibus in vim extremorum de poſſeſſione viri.*

4 *Fœminæ non inſiſtunt perſonaliter in prædijs ruſticanis.*

5 *Pecunia ſoluta per vxorem præſumitur de pecunijs viri.*

6 *L. quintus non habet locum, quando vxor litigat cum extraneo.*

7 *Dominium, & poſſeſſio vxori acquiruntur, licet pecunia adeſſet viri.*

8 *Pecunias recipiens, ſiue in totum, ſiue in partim pretij, pro quo proceſſit adiudicatio, ab illa recedere dicitur.*

9 *Pecuniæ ſi peruenerint ad vxorem de bonis viri, præſumitur titulus adiudicationis factus cum illis ſimulatus in perſonam vxoris.*

10 *Iudicis arbitrium maxime verſatur in cognoſcendo ſimulationes inter virum & vxorem.*

11 *Literæ conceduntur eccleſijs alijſue locis pijs, vt habeant viam exequutiuam, dummodo ſtent in iure percipiendi.*

12 *Literæ iuris percipiendi in Eccleſijs non ſolum habent viam exequutiuam contra ſoluentem, ſed etiam contra tertium, qui nunquam ſoluit habentem tamen ius, & cauſam à ſoluente.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vir quando dicatur poſſidere iure familiaritatis, & actus in perſonam vxoris præſumantur colluſiui; literæ Eccleſiarum ſiſtant in iure percipiendi quando locum habeant.

DECISIO CCXXXIII.

EXecutionem cauſatam ad inſtantiam Cõuentus Sancti Frãciſci Ciuitatis Marſaliæ contra D. Vincentium Schifaldo in vnc. quadraginta vigore contractus, in quo anno quolibet ſe obligauerat ſoluere dicto Conuentui vnc. viginti pro legitima fratris: qui religionem profeſſus fuerat in dicto Conuentu, nullo modo ſubſiſtendam, nec procedere debere intendebatur, & hoc ex duobus potiſſimis rationibus.

Prima, quia prædia ſuper quibus erat primũ decretũ interpoſitum poſſidebantur per D. Franciſcam eius vxorẽ ex ſecundo decreto interpoſito ad inſtãtiã dicti Conuentus pro alijs interuſurijs decurſis eiuſdẽ cenſus, in quo ipſi D. Franciſcæ, tãquam tertiæ oblatrici fuerunt dicta bona adiudicata, vnde † maritus dicta bona
1 iure familiaritatis dicitur poſſidere, & nõ proprio ſtante prædicto titulo, *ex not. per Caſtrenſ. in l. q iure familiaritatis ff. de acq. poſſ. Ruy. conſ. 34. Tiraq. de iur primog. q. 25. Ceſal. conſ. 4. n. 40. Menoch. præſump. 67. n. 12. lib. 6. & poſt Cur. iun. conſil. 168. n. 32. Crauett. conſ. 612. & alios Surd. conſ. 572. n. 18.* dixi dec.
2 *72. n. 11.* ideo † conueniri non dẽt & ſe excipere põt etiam in prima inſtantia, *Milanenſ. dec. 3. n. 128. lib. 2. Maſtrill. ad Greg. de cenſib. q. 6. n. 88.* Et ſic non obſtantibus teſtibus in vim extremorum productis de poſſeſſione viri, quando
3 vxor † eſt domina, & habet legitimum titulum vir præſumitur iure familiaritatis poſſidere, *Crauett. conſil. 611. num. 2.*

4 Et fortius, quia agebatur de prædijs ruſticanis, in quibus perſonaliter fœminas inſiſtere non licet *Dec. conſ. 463. n. 3. Soc. conſ. 60. nu. 7. lib. 1. Burſat. conſ. 303. n. 2. & ſequen. Milanenſ. dicta dec. 3. nu. 24. lib. 2.*

5 Nec obſtat quod † pecunia ſoluta per d. D. Franciſcã præſumatur fuiſſe viri, *ex l. quintus Mucius, ff. de don. inter vir. & vxor. & l. etiam C. eod.* Nam dicta præſumptio nõ
6 locum, quãdo † vxor litigat cũ extraneo, *Alex. conſ. 101. nu. 9 lib. 7. Thob. Non. cõſ. 66. n. 4. Mareſcot. var. reſol.*

V

reſol.lib.2.cap.82.num.7. Riminald. iun.ſ.1. inſtit. per quas perſon.nob. acquir. num.20. Tort.concluſ.14. limit.1.lib.1. Ricc. var.reſolut.384. num. 2.

Item dicebatur quod dato qđ 7 † pecunia eſſet viri, attamen dominium, & poſſeſſio prædiorum vxori acquiruntur, *Surd.dec.304 n.1.& ſeq. Amat.dec.40.n.20. Mantic.de tacit. & ambig.lib.7. titu.18. nu.18.& 19. Gratian. diſcept.160. n.9.& 10. Alex.Trentacinq. var. lib.3.reſol.1.tit.de emptione, Apont.de poteſt.Proreg. tit. de diuerſ. prouiſion. ſ.1.per totum, Farin.dec.607.n.2. p.1.tom.2.*

Sed ex parte dicti Conuentus dicebatur exequutionem prædictam procedere debere, oppoſitioneſque ſeu exceptiones, tam ad inſtantiam dicti D. Vincentij, quam dictæ D. Franciſcę ſe opponentis de dominio, & poſſeſſione eſſe reiiciendas: etenim habet intentionem fundatam ſuper teſtibus deponentibus, quod dictus D. Vincentius poſſidebat dicta prædia tanquam dominus iure proprio, & in eis depaſci faciebat, propria eius animalia.

Et ſi dicatur quod poſſidet iure familiaritatis per ea, quę ſupra dicta ſunt ſtante adiudicatione prędicta. Dicebatur non eſt verum in facto ſecũdum decretum fuiſſe expeditum in perſonam dictæ D. Franciſcæ, ſed eiuſdem Conuentus, & licet in actu ſolutionis facto per dictam D. Franciſcam id aſſeratur in veritati non obſtat.

Videlicet Conuentus recepe rit exinde ſolutionem à dicta D. Franciſca non ideo tranſtulit dominiũ, & poſſeſſionem, & acquiſiuit titulum, ſed erit creditrix pecuniarum quas cõuentus habuit, non enim hoc fecit, nec facere poterat ſine debitis ſollemnitatitibus à iure canonico requiſitis vna ſemel quod dominium dicto conuentui fuit acquiſitum, imò
8 ex receptione † pecuniarum prędictarum receſſit Conuentus ab adiudicatione, nam data re in ſolutum, ſi creditor recipiat nedũ totum, ſed partem crediti dicitur à datione inſolutũ receſſiſſe, *Alex. conſ.110.n.5.vol.2. Surd.conſ.104 n.8 cum ſeq.*

Prædicta cõfirmabantur ex eo quod in facto apparebat pecu-
9 nias ſolutas p D. Franciſcã ad eã perueniſſe de pecuniis pretii caſeorum dicti D. Vincentii eius viri, ex quo apparebat titulum prędictum adiudicationis fuiſſe fictum, & ſimulatum, & conſequęter iure proprio, & non familiaritatis poſſidere virum, *Ripa in cap. cum eccleſia Sutrina nu. 51. de cauſ. poſſ. & propr.* Vbi quod iſto caſu
10 maxime verſari dẽt arbitrium iudicis, *Maſcard.cõcl.1214.num.8 & 9. & nos diximus deciſ.72.num.8. & 9.* Quod quidem arbitrium iudicis maxime fundari debet in perſcrutando an pecuniæ ſolutæ per vxorem ad eam peruene-

rint

Digitized by Google

rint ex proprio patrimonio, vtputa de bonis paraphrenalibus, & ſimilibus ad eam iure proprio ſpectantibus, ſi autem ex veriſimilibus coniecturis appareret pecunias ad eam de bonis viri peruenisse, tunc potius arbitrabitũ ea ſimulato modo fuiſſe cõfecta, & in dãnũ, & perniciẽ creditorũ, quorũ indẽnitati Iudex pcauere dẽt. Nec obſtat quod præſumptio, *l. quintus* non habeat locum contra tertium, quia pecunias prędictas apparet fuiſſe viri; ideo non fuit neceſſarium diſcutere prædictam concluſionem, ſed ex prædictis ſimulationem, & fraudem liquido conſtare videbatur.

Secundum caput oppoſitionũ adductũ ex parte dicti D. Vincẽ-
11 tij erat nõ dari † contra eum viã executiuã ex literis cõceſſis, prout eſt ſolitum concedi eccleſijs pijſque locis, cum dictus Conuẽtus numquam dictas cenſus à dicto D. Vincentio fuerit conſequutus, & ſic non ſteterit in iure percipiendi dictas cenſus, prout ex forma literarum requiritur.

Sed ex parte dicti Conuentus reſpondebatur in caſu iſto nullã potuiſſe fieri dubietatẽ, quia ipſemet D. Vincentius ſe obligauerat ſoluere anno quolibet vnc. viginti, immo prætendi poterat eſſe contractum cenſus iuxta formam bullæ iuxta morem regionis *ex not. per nos deciſ. 51. & dec. 230.*

Sed quidquid ſit etiam ſi eſſemus in ſimplici iure percipiendi
12 ſufficeret, & de iure † operatur, nedum contra ſoluentem, ſed etiam contra tertium, qui numquam ſoluit ſi habet cauſam à ſoluente, contra quem eccleſia erat in iure percipiendi, *Guid. Pap. deciſ. 629. Rota dec. 99. num. 11. lib. 1. Gratian. in ſuis diſcept. cap. 310. n. 59 Auen. deciſ. 82. nu. 1. Peregr. de fideicom. art. 44. n. 19.*

Quibus omnibus conſideratis fuit per M.R.C. ſuper oppoſitionibus D. Franciſcæ dictum reijciantur &c. & ſuper alijs D. Vincentij via contrarij Imperij eodẽ modo, & hoc ſub die 22. Februarij 1624.

SVMMARIVM.

1 *Mulier licet non poſſit ſe pro viro obligare, nec alienationi fundi dotalis conſentire, põt tamen ſuã hypothecã remittere, ſecus de iure authẽticorũ auth. ſi qua mulier C. ad Velleia. n. 2*

3 *Mulier pro dote aget contra bona viri, & in ſubſidium contra tertios poſſeſſores.*

4 *Mulieris renuntiatio valet ſtante iuramento per eam præſtito.*

Digitized by Google

5 *Mulieris renuntiatio etiam ſtante iuramento non valet, ſi tota dote careat, vel maiori eius parte.*

6 *Mulier metu reuerentiali mariti præſumitur renuntiare eius hypotheca.*

7 *Mulieris in renuntiatione ſtante iuramento tempus renuntiationis, non autem reſtitutionis attenditur, contra n. 8. & 9. & n. 13.*

10 *Iuramentum nihil operatur, vbi adeſt læſio enormiſſima.*

11 *Læſa dicitur mulier, quando non pōt recuperare eius dotem.*

12 *Dos recuperari non poteſt regulariter, niſi mortuo marito.*

14 *Theſauri deciſio 223. numquam in Regno fuit obſeruata.*

15 *Mulierum contractus factus contemplatione mariti ex ſola læſione etiā minima reſcinduntur.*

16 *Contractus mulieris remiſſionis hypothecæ factus contemplatione mariti reſcinditur.*

17 *Mulier in eo quod remiſit, dicitur enormiſſimè læſa.*

18 *Colluſio non præſumitur data veritate crediti, & iſto caſu dicitur dolus bonus, & n. 19.*

20 *Remiſſio hypothecæ facta per mulierē contemplatione mariti non valet, & reſcinditur, & ita deciſum.*

ARGVMENTVM.

Renuntiatio, ſeu remiſſio hypothecæ facta per vxorem conſtante matrimonio, quando ſit valida, vel reſcindi poſſit.

DECISIO CC XXXIIII.

D. Iſabella Mangione petijt declarari debere hypothecatos ad ſuæ dotis reſtitutionē certos redditus vnc. 40. tam per ipſam, quàm per D. Antoninum olim eius virum Margaritæ Spuces venditos, & licet pretium fuerit ad nomen ipſius ſolutum, apparet nihilominus in veritate conuerſum ad vtilitatem dicti ſui viri.

Vnde in M.R.C. fuit diſcuſsū an mulier poſſit contemplatione mariti renuntiare hypothecæ q̄ habet ſuper aliquibus bonis ipſius, maximè accedēte iuramēto,
1 nam † antiquitus licet non poterat ſe pro viro obligare, nec venditioni fundi dotalis conſentire, tamen poterat ſuam hypothecā remittere, *l. etiam, & l. iubemus*, C.
2 *ad Velleian.* hodie † autem nec hypothecæ quam habet ſuper bonis mariti renuntiare poteſt, ex *diſpoſit. auth. ſi qua mulier C. eod. tit.*
3 niſi vbi † ei alias ſuper bonis viri poſſit eſſe cōſultum pro dote ſua, quod ſi nec bona mariti adſunt aget in ſubſidium contra tertios poſ-

poſſeſſores, *Bart. in l. Mania § fundus, n. 4 ff. ſol. matr. vbi Paul. de Caſtr. nu. 3. dixit communem plures refert Roland. conſ. 70. n. 1. & 2. lib. 2. Afflict. & ibi add. deciſ. 312. Vinc. de Franch. dec. 477. Maur. de fideiuſſ. p. 2. ſect. 8. c. 3. nu. 87. Couar. pract. q. cap. 28. ſub nu. 8. Molin. de ritu nupt. q. 57. n. 35. Ceuall. in ſuis comm. q. 3. n. 25. & ſeq. & n. 36.* vbi quod hēt rei uendicationem.

4 Sed an hæc procedāt ſtante iuramento, & quòd valeat huiuſmodi renuntiatio cum iuramento dixerunt *Alex. conſ. 83. n. 5. & 6 lib. 6. Paul. de Caſtr. conſ. 8. lib. 2. Afflict. dec. 311. n. 4. Bart. in d. l. etiam & l. iubemus ſub n. 4. Crauet. cōſ. 615 nu. 32. Alex. in l. Mæuia § fundus, ff. ſolut. matr. Alex. Trentacinq; var. reſol. lib. 3. in tit. de iure dot. reſol. 5. ſub n. 10. verſ. præfata declaratio &c. & de fideiuſſ. reſol. 3. nu. 11. & nu. 18. in fin. Burſ. conſ. 56. n. 15. lib. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 84. vbi add. Amendula Theſaur. dec. 223. n. 17. Morot. conſ. 87. nu. 8. Hond. conſ. 85. n. 30. & 31. lib. 1. Coſta de remed. ſubſid. remed. 85. n. 5. Barboſ. ī l. 1. 5. p. n. 60. & 61. ff. ſol. matr. Pellic. ad conſuet. Auerſ. c. 9. n. 159. Mantic. de tac. & ambig. lib. 11. tit. 19. n. 34. & 35. to. 1. Cancer. var. reſol. c. 15. in tit. de renunt. n. 99 cum ſeq 3. p. Ceuall. in ſuis comm. q. 3. nu. 20. & ſeq.*

Sed tamen in hoc vera, & cōmunis omnium reſolutio eſt qđ
5 ſi reperitur mulier ita enormiter læſa quod vel tota dote careat, vel ipſius maiori parte, hoc eſt plus medietatis, tunc non obſtante remiſſione hypothecæ iurata poteſt agere contra tertios poſſeſſores bonorum mariti inſolidum ea ratione, quia hoc † casu
6 ex tali læſione præſumitur metu reuerentiali mariti inducta ad remittendum, *Alciat. in c. cum contingat n. 9. de iureiur. Gutierr. de iuram. confirm. p. 1. c. 55. nu. 7. poſt multos Theſaur. dec. 223. n. 17. & 18. plures refert Coſt. de remed. ſubſid. remed. 85 n. 1. 2. 5. & 13. Fōtanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gl. 2. p. 6. & ibid. p. 7. per tot.* Nec obſtant in contrarium adducta, quia procedunt, quando mulieri eſſet æque bene conſultum ſuper alijs bonis viri, ſecus ſi remaneret læſa, & cū dāno, tunc enim etiam cum iuramento renuntiatio hypothecę ab ea facta non eſt valida, & venit reſcindenda ex prædictis.

Sed erit etiam conſiderandum quale tempus attendatur ad dignoſcendum iſtam læſionem tempus ne actus geſti, & remiſſionis hypothecæ, an vero tempus in quo venit dos reſtituenda, nam in caſu iſto, de quo agebatur nō remanſerunt bona viri ſuper quibus dos reſtituenda veniret.

Et quidem nonnulli voluere
7 quod ſtante iuramento tempus remiſſionis non autem reſtitutionis dotium ſit attendendum, *Roland. d. conſ. 70 n. 1. 20. & 26. lib. 2 Vinc. de Franch. dec. 80. & Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 1. n. 17. 18. & 19. Ceual. d. q. 3. nu. 19.*

At-

Attamen verior & communoir opinio eſt tempus in quo eſt
8 facienda dotis reſtitutio † eſſe attendendum, non autem remiſ-
9 ſionis hypothecæ ea ratione,† nã mulier modo, & non tunc poterat agere ad dotis recuperationẽ & interim poſt factam remiſſionem poterant creſcere facultates mariti, ideo eius læſio non tunc fuit conſiderabilis, ſed nunc; ita *Imola in c.peruenit de empt. & vẽd. vbi Abb. in 3. notab. & Ant. de Burg. in fin. qui reprobato Barb.* dixit ita communiter teneri, tam de iure canonico, quàm ciuili, *Fulgoſ. cõſ. 206. n. 2. Soc. conſ. 125. lib. 4. Rimin. conſ. 320. lib. 3. Mandoſ. in add. ad Roman. conſ. 187. Palat. Rub. in rubr §. 17. n. 21. Didac. Perez q. ciuili 7. nu. 58. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 76. n. 12. Burſat. conſ. 32. nu. 41. Affl. &. dec. 311. in fi. & dec. 313* qui ita deciſum refert reprobato *Paul. de Caſtr. Vinc. de Franc. dec. 477 n. 14. & 15. Magon. dec. Florent. 68. n. 6. Gaſp. Theſaur. qq. forenſ. lib. 2. c. 65. n. 1.* ſæpius deciſum teſtatur *Cancer. var. reſol. lib. 3. c. 15. n. 102* & ita ſeruari quotidie in illo Senatu dixit *Fontanell. d. tom. 2. clauſ. 7. gl. 2. p. 6. n. 17. & 18.*

10 Et ratio eſt, quia † vbi adeſt lęſio enormiſſima nihil operatur
11 iuramentũ. Et lęſio † in hoc aliud non eſt, niſi quod mulier non poteſt maiorem partem ſuæ dotis
12 recuperare, & dos non † põt peti, niſi mortuo marito, & ſi tem-
13 pus remiſſionis, † & non reſtitutionis attenderetur, nullum ex hoc beneficium haberet mulier, & iuramentũ conualidaret actũ, in quo contineretur enormiſſima læſio.

14 Vltra quòd in Regno nunquã fuit deciſum cum dec. Theſauri 223. & ſemper actus mulierum
15 fuerunt reſciſſi † ex ſola læſione etiam minima, in qua reperitur
16 mulier ex remiſſione† facta ad cõplacentiam mariti, & ita quotidie practicatur, quod ſcilicet ſuf-
17 ficiat ſe eſſe læſam in eo, † quod remiſit, & nihil vltra quæritur, qa ſatis in eo toto, quod remiſit, & ſic amiſit dicitur enormiſſimè læſa.

Et quia in caſu prædicto diſcuſſa cauſa cum partibus euidenter apparuit non remanſiſſe bona viri, ſuper quibus dictæ D. Iſabellæ fuiſſet conſultum, ideo videbatur ei ſubueniendum, ne remaneret in damno.

Fuit tamen in hoc oppoſitum ex parte dictæ de Spuchies quod quædam moleſtia illata dictæ D. Iſabellæ per d. Antonium eius fratrem fuerit colluſiuo modo cauſata, ideo ipſa habebat ſufficientia bona; vt ei de dotibus poſſet ſatisfieri, circumſcripta enim dicta moleſtia plura bona remanebant in poſſe dictæ D. Iſabellę.

Sed reſponſio erat clara & fundata in eo, quod creditum dicti D. Antonij erat verum, & incon-
18 trouertibile,† nec dabatur legitima contra illud exceptio, ideo

ceſſat

ceſſat colluſio, & ſimulatio, & licet adſit non eſt conſiderabilis,
19 immo dicitur dolus † bonus, *Honded. conſ. 41. num. 28. & 30. lib. 2. Amat. deciſ. 98. num. 4. Bertaz. conſ. 457. num. 2. in criminal. Maſcard. concluſ. 439. num. 23. Manent. de contractib. Liuell. par. 1. nu. 6. Giurb. dec. 112. n. 19. & ſeq.*

Sub die 9. Martii 1624. fuit per M.R.C. determinatum quod habita pro nulla obligatione facta per ipſam D. Iſabellam in cōtractu venditionis reddituum vna cum promiſſione de ratho, ac promiſſione euictionis, & omnibus aliis obligationibus per eam factis in eodem contractu,
20 ac etiam habita pro reſciſſa † remiſſione hypothecæ, & iurium omnium ſuper eiſdem redditibus ſibi competentium, redditus prædicti, eorumq; capitale cum iuribus decurſis non exactis, ac de cetero decurrendis declarentur hypothecati ipſi D. Iſabellæ, & ſeruatis ſeruandis vendantur ad diſcurſum, & de pretio ſatisfiat de eius credito dotali tantum pro concurrenti quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Releuium competens Regiæ Curiæ eſt quædam præſtatio extrinſeca feudo per mortem inducta in ſucceſſore, & herede.*

2 *Releuium conſuetudine fuit introductum, & de eo nihil ſcriptum reperitur.*

3 *Releuium dicitur, quia releuat illum, cui præſtatur.*

4 *Laudemiū dicitur, quia laudatur alienatio à domino.*

5 *Releuium quo caſu ſoluatur Regiæ Curiæ.*

6 *Quantitas releuij, quæ fuerit à capitulis Regni conſtituta.*

7 *Releuium ſoluere tenentur ij, ad quos ſpectat, & erit medietas fructuum feudi illius anni, quo moritur feudatarius.*

8 *Capitula Regni loquentia de releuio habent locum non ſolum in caſu mortis, ſed etiam in donatione.*

9 *Capitulum Regni Regis Federici adimpletur ex conſtituto appoſito in contractu.*

10 *Releuium debetur etiam ſi tantum proprietas feudi fuerit in aliū trāſlata retento vſufructu ex doctrina Roſental.*

11 *Maritus eſt dominus dotium.*

12 *Fructus dotis, eiuſque vſusfructus eſt mariti.*

13 *Conſtitutum transfert dominium, & poſſeſſionem.*

14 *Conſtitutum factum poſtquam conſtituens nomine alterius conſtituerat poſſidere in præiudicium primi nihil operatur. & n. 15.*

16 *Annus, & dies ad capiendū inueſtiturā currit à die captæ poſſeſſionis.*

Onc.

Digitized by Google

17 *Onera ſubire non tenetur is, qui non habet commoditatem fructuum.*

18 *Capitulum Regni Reg. Fiderici 110. declaratur.*

19 *Roſentalli doctrina c. 6. concl. 33. verſ. 7. ampliatur, & declaratur.*

20 *Uſumfructum feudi habens tenetur exhibere ſeruitia.*

21 *Ius releuij ſpectat ad poſſeſſorem, qui fructus percipit.*

22 *Cauſa qualibet ſufficit ad euitandam pœnam. & n. 25.*

23 *Contemptus vbi abeſt non poteſt eſſe locus pœnę.*

24 *Purgatio moræ admittitur in pœnalibus.*

26 *Feudatarius à die mortis feudatarij vltimi morientis tenetur infra annũ, & diem capere inueſtituram, aliàs feudo priuatur.*

27 *Feudatarius in Regno ſi non capiat inueſtituram infra annum, & diem ſoluet redditus feudi duorum annorum.*

28 *Donatarius qui non percipit fructus, & habet realem, & veram poſſeſſionem non ſoluit releuium; & ita deciſum.*

ARGVMENTVM.

Releuium an debeatur ex donatione reſeruato vſufructu.

DECISIO CCXXXV.

1 RELEVIVM † competens Regiæ Curiæ eſt quædam præſtatio extrinſeca feudo p̃ mortem inducta in ſucceſſore, & hærede, *Iſern. in c. 1. §. ſed & res per quas fiat inueſtit. Muta cap. 55. reg. Martin. n. 1. Camill. Medices conſ. 55. n. 1. Thorus verb. releuium an exigi in fin. tom. 2.* de quo releuio nihil ſcri
2 ptum † inuenitur, niſi quatenus ab vſu loquentium fuit introdu-
3 ctum, & propterea dicitur † releuium, quia releuat illum, cui præſtatur, ſicut laudemium dicitur,
4 † quia laudatur alienatio à domino, *idem Iſern. in c. 1. §. ſimpliciter 2. col. de cap. Corrad. & in conſt. poſt mortem, Muta d. c. 55. Reg. Martin. n. 7. & ſeq. tom. 3. Pet. de Greg. de conceſſ. feud. par. 8. q. 16. in tit. de iure releuij, qui Iſern. allegat & ſequitur in princ. fol. 287. vbi n. 3.* ad-
5 ducit quo caſu † ſoluatur hoc ius releuij Regiæ Curiæ, vbi affert *c. Regni Reg. Friderici 110. incip. eorum fraudibus, & n. 6. c. Regis Ioannis quod in ordine eſt 66.*
6 Et quæ ſit quantitas releuii *ex c. Regis Martini ſtudioſa in tit. de releuijs n. 55. & d. c. Regis Ioannis ibi adducitur per Greg. n. 7. & 8. Muta vbi ſup. n. 1. & 2. Thorus in verb. releuium curiæ in princ. tom. 2.* vbi diſputat ex quibus augeatur fructus feudi ad ſciendum valorem releuij.

Digitized by Google

uij, *Maſtrill. deciſio. 112. num. 8. & & ſeq.*

Quando autem ſit ſoluẽdum, & quid ſi non fuerit ſolutum an ſoluatur pœna dupli dummodo ex contemptu non fuerit ceſſatũ ibidem declarat num. 8. vſque ad finem.

In cauſa igitur vertente inter Regium fiſcum, & V. I. D. Raymundum Caruſo prætendebatur ex parte Regii fiſci dictum de Caruſo debere ſoluere Regiæ Curiæ vncias mille ducentas, videlicet vnc. quatricentas pro releuio, ex quo ſucceſſit in dicto feudo ex donatione ſibi facta per D. Agatham eius ſororem, & vnc. 800. fructuum annorum duorum, ex quo non cepit inueſtituram dicti feudi infra annum, & diem iuxta formam capitulorum Regni, vt inferius dicam.

Et quoad releuium dicebatur deberi non obſtante quod in prædicta donatione fuerit reſeruatus vſusfructus pro D. Agatha donãte ex diſpoſitione d.c. † 55. Regis Martini, vbi ſuccedẽtes in feudis ex linea tranſuerſali ſoluere habeant Regiæ Curiæ pro iure releuij medietatẽ fructuũ feudi illiuſmet anni, quo moritẽ feudatarius. Et ſi dicatur dictum Capitulũ loqui † in caſu mortis, idẽ ſtatuitur in caſu donationis (prout ĩ caſu) ex alio cap. Regis Fiderici d. cap. 110. Quod † quidem capitulum licet reqrat quod pleno iure adeptus fuerit poſſeſſionẽ feudi, fuiſſe tamen hoc adimpletum videbatur ex conſtituto appoſito in cõtractu donationis, vnde *Roſentall. de feud. cap. 6. concluſ. 33. verſ. ſeptimo.* ampliatur ait quod agnatus ex primo acquirente deſcendens, vel aliunde feudi capax cui feudum ab agnato, vel filius cui à patre, vel alio modo ceditur, refutatur, vel venditur intra tempus anni, & diei à die refutationis, vẽditionis, &c. computandum inueſtituram ſub amiſſionis periculo petere neceſſe habeat, etiam ſi refutans ille adhuc viuat, aut etiã vſumfructum ſibi in eo retinuerit, feudo enim donato, vendito, &c. vſufructu retento id ſtatim aperiri ita videtur, vt ab accipiente fidelitas ſit præſtanda, & releuium ſi hoc debeatur ſit ſoluendum, *vbi glo. in verb. A. & B. allegat Caſſan. & alios*, & dat rationem quia per vſusfructus retentionem poſſeſſio tradita, & feudum verè apertum intelligitur *l. quiſquis, & ibi Doctores, C. de donat. Caualcan. de vſufruct. num. 154. Gomeſ. in l. Tauri 55. à num. 63. Fontanell. clauſula 4. gloſſ. 3. num. 17. volum. 1. Menoch. conſ. 1095. n. 9. & ſeq.*

Sed ex parte dicti de Caruſo dicebatur prædicta non procedere, & maximè in caſu iſto, quandoquidem dicta D. Agatha antequã donationẽ prædictã feciſſet

X do-

dotauerat dictum feudum D.Hie
ronymo, Io.Bruno eius viro cum
clauſula conſtituti in forma, quo
11 caſu maritus † eſt dominus dotis,
*l.doce ancillam, C. de reiuend. l.de his,
§.ſi res,ff. de iur.dot.inſtit.quib.alien.
lic. in princ.*

13 Et † fructus eiuſdem dotis,&
vſusfructus eiuſdem mariti ſunt,
*l.dotis fructus in princ. & l.ſi is, qui
ſtichum, §. ibi dos,ff. de iur. dot. Me-
noch.conſil. 88.n.39. Intrigl.de feud.
cent. 2.art.93.nu.127.& ſeq. Mol-
feſ.ad conſuet.Neapol.par. 5. quaeſt.11.
num.41.*

Et fortius, qa adeſt in prædicto
13 matrimoniali cõtractu cõſtitutũ,
ex quo fuit translatum dominiũ,
& poſſeſſio dicti feudi in dictum
D.Hieronymum ex adductis, per
*Tiraq.de conſtit.in princ.nu.1. & ſeq.
Apetra de fideicom.quaeſt.8.n.27. &
n.241. Surd.conſ.73.n.44. & conſ.
481.nu.6. Pedam.dec.133.num.6.
Giurb.dec.112.n.11. Menoch.conſil.
1274.n.51. Gutier.pract.q. lib.2.q.
87.nu.8. & q.64.num.23.& 24.
lib. 5.*

Intantum quod donatio facta
in perſonam dicti de Caruſo non
debet haberi in conſideratione,
14 nec † conſtitutum aliquid poteſt
operari, nam tempore donatio-
nis fuerat translatum in D. Hie-
ronymum, & D. Agatha non po-
terat transferre dominium, nec
poſſeſſionem durante matrimo-
nio, *l.quamuis, §.1. vbi gloſ. & do-
ctores de acquir.poſſ. Marſil.ſing. 521
n.1. Tiraq.de conſtit. p.3.limit.1.n.2
& 3. Bertrand.conſ.185.nu.4.& 5.
vol. 3.p.1. Maſcard.de probat.concl.
422.n.2.& 3.& concl.1211.n.5.
& 6. Barboſ.de diction. & clauſulis
clauſ.14.num.3. Maluaſ.conſ.34.
num.31.& 32. Valaſc.conſult.106.
num.22. Peruſin.deciſ.68.num.1.
Farinat. deciſio. 63. num. 5. par.1.
tom. primo,* & ideo probari de-
bet conſtituẽtem poſſediſſe tem-
pore conſtituti, *Burg. de laud.
par.3.inſpect.40.n.308. Scappuccin.
de vtil. ſalu. inter d.q.28.* qui alios
adducit.

Nec obſtat reſeruatio vſus fru
ctus, ex qua prætẽdebat ex parte
fiſci fuiſſe trãslatam poſſeſſionẽ,
quando enim is, qui ſibi reſeruat
vſumfructum non poſſidet non
procedunt contraria, nulla enim
potuit transferri poſſeſſio quã ip
ſa D. Agatha non habebat, ſed
15 † in virum fuerat translata, *ex
not. per Tiraquell. vbi ſupra, par.
3. limit. prima, num. quarto, Rebuff.
in conſtit.Gall. tom ſecundo, tract. de
manut. poſſ. art.1.gloſ.14.num. 93.
Maſcard.de probat.concl. 1188.n.3.
& concluſ. 1211. n.7. & 8.* Et poſt
mortẽ dicti D.Hieronymi eius vi
ri ſemper remãſit ĩ poſſeſſione di-
cta D.Agatha, & dictus de Caruſo
nũquã fuit adeptus poſſeſſionẽ
dicti feudi, ideo nõ tenebat cape-
re inueſtituram, nec tempus ſta-
tutũ ad capiẽdũ inueſtiturã, & ſic
16 annus, & dies cucurrit, cũ † prædi
ctus dies currat à die captæ poſ-
ſeſſionis, *Clarus in §. feudum, q.
49. verſic. ſcias etiam Ruyn. conſil.
1.n.4.*

Digitized by Google

1.n.4.vol. 1. *Muta d.cap.55. Regis Martin.n.16.* Et ita ſentit *Anchar. conſ.174.n.6.* ea ratione, quia nō
17 eſt in dolo, & ex quo † non habet commoditatem feudi non tenetur ſubire onera ipſius, *Soc. inn. conſ.115.n.18.vol.1. plures allegat Scrader. de feud.p.6.c.2.n.21. Tuſch. in verb. feudatarius concl. 124.n.77 & 80. Zuccard. conſil. 31. nu. 131. & 132. Roſentall. de feud.c.6. concl. 37.n.9. tom. 1.*

Confirmantur prædicta ex clara diſpoſitione dicti cap. Re-
18 gis Fiderici 110. † in quo diſponitur quòd feudum poſſit alienari in omnes, & in ſpecie in filios, vel in alios ab inteſtato ſucceſſuros, & quod ſi fuerit facta alienatio in iſtas perſonas pleno iure, & tales perſonæ adeptæ fuerint poſſeſſionem feudi alienati ius releuij debitum incontinenti ſoluere teneantur nō expectata morte donantis, ſi vero proceſſerit alienatio de feudo cum retentione vſusfructus, tunc conſolidato vſufructu cum proprietate per mortem, vel alio modo ius releuij per donatarium, in quem feudum per alienationem fuerit translatum ſoluatur, de quo cap. facit mentionē *Maſtrill. dec. 112.n.3.* Vnde videtur ſtatutum claris verbis tunc deberi releuium, quando donatarius adeptus fuerit poſſeſſionem pleno iure hoc eſt proprietatis, & vſusfructus, vt in terminis dicti capituli, dixit *Bologn. conſ.7.num.92.& 95. Bambacar. de feud. ad tit. ſi de feud. defunct. n.42. & 43.*

19 Non obſtat doctrina † *Roſentall. & Caſſan. vbi ſupra*, loquuntur enim quando virtute illius donationis fuit capta realis, & naturalis poſſeſſio, & quando tranſtulit donans dominium, & poſſeſſionem per actum facti in donatarium ipſius feudi, quod idē declarat *Roſentall. n.9. eadem concl. 33. cap.6. vbi allegat Guid. Pap. deciſ.165.* qui hoc ipſum firmat, & ideo *Roſentall. c.8. concl. 5. f. 437.* ait quod ſeruitia feudalia adeo realia ſunt ideſt ex re debita, vt poſſeſſorem ſequātur, hinc eſt quod
20 is, † qui iure permittente ſaltem vſumfructum in feudo habet, interim eo durante ſeruitia exhibere compellatur, *& ibi gl. in verb. B.* expreſſe ait onus releuiorū pertinere ad fructuarium, & alia realia, non autem perſonalia.

Intantum quòd ipſemet *Roſentall.* intelligit ius releuij † ſpe-
21 ctare ad illum, qui poſſidet percipiendo fructus, quia eſt onus reale ex re debitum, & ſic cum dicta D. Agatha habuerit ſemper poſſeſſionem poſt mortem viri, ipſaque fructus feudi perceperit dictus de Caruſo ad releuium prædictum condemnandus non erat.

22 Et in dubio † cauſa quælibet ſufficit ad euitandum pœnam, & caducitatem, *Giurb. dec. 70. n. 30. Monach. deciſ. Florent. 36. nu. 3.*

X 2 &

23 & attenta æquitate vbi † non poteſt dari contemptus non poteſt eſſe locus penæ ob non petitam inueſtituram, & ſem-
24 per admittitur † purgatio moræ, pęnaque ſemper remittitur *Aponte deciſ. prima, num.* 13. *& ſequen. Tuſch. concluſ.* 124. *num.* 61. *litera F*, cum præſcriptio anni, & diei ſit odioſa, *Galganett. de condit. & demonſtr. par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.*
25 *67. num.* 60. & † quælibet cauſa excuſat à dolo & liberat à pęna, *Schrader. de feud. par.* 6. *cap. ſecundo, num.* 56. *Thorus in verb. pęna vna tom.* 2.

Ex prędictis ceſſat ſecunda prętenſio fiſci dictum de Caruſo donatarium teneri ad ſoluendum fructus annorum duorum dicti feudi ob non captam inueſtituram ipſius infra annum, & diem, nam licet inter alia iura reſeruata Regiæ Curiæ ſit ius petēdæ re-
26 nouationis inueſtituræ per † feudatarium infra annum, & diem à Rege ſuccedente in Regno, & per ſucceſſionem in feudo à die mortis feudatarij vltimo morientis alias priuatur feudo, *cap.* 1. *in princip. qua fuit prima cauſ. beneſ. ammitt. & ex Curt. & alijs declarat Petr. de Greg. de conceſſ. feud. dicta par.* 8. *q.* 16. *in tit. de iure renouat. inueſt. fol.* 273. tamen in Re-
27 gno, † *ex cap. Regis Joannis cap.* 12. hodie dicta pęna reducta eſt ad pęnam pecuniariam, videlicet ammiſſionis reddituũ duorum annorum ipſius feudi, & illud etiam àdducit *Pet. de Greg. vbi ſup. num.* 4. *Muta d. cap.* 55. *num.* 18 *& ſeq.*

Sed in caſu de quo agebatur, nec prædictam pęnam procedere poſſe dicebatur, quia cum dictus de Caruſo numquam poſſeſſionem dicti feudi nactus fuiſſet, nec vllam feudi commoditatem conſequutus, vtique nec inueſtituram capere tenębatur.

Ex quibus omnibus in Tribunali Regij Patrimonij in menſe Martij 1624. † per Illuſtr. Conſultorem D. Ferdinandum Mattute Spect. D. Antonium de Bononia, & per me iudicem datum ob ſuſpitionem aliorum Spect. Magiſtrorum Rationalium, deciſum, quod dictus de Caruſo abſoluatur, & liberetur à prędicta petitione Regij Fiſci.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Feuda non poſſunt alienari, niſi accedente domini conſenſu.*

2 *Feuda in Regno poſſunt alienari ex diſpoſitione capituli, volentes.*

3 *Ius decimæ fundatur in dicto capitulo, volentes, nouumque ius inducit.*

4 *Diſpoſita in dicto capitulo, volentes, non debent extendi vltra id quod in eo continentur.*

5 *Verbum (venditio) quando comprehendat omnem alienationem.*

6 *Prælatio non cadit, niſi in venditione.*

7 *Exceptio aliquorum contractuum ceteros excludit.*

8 *Statutum quod de pretio rei deducta in contractum ſoluatur gabella reſtringitur ad contractum emptionis, & venditionis tantum. & num. 9.*

10 *Venditionis appellatione venit ſolummodo venditio proprie, quæ fit cum pretio.*

11 *Decima debetur de tranſactione ſuper feudo vbi interuenit pecunia.*

12 *Tranſactio non poteſt fieri, niſi aliquo dato, vel retento.*

13 *Decima non debetur de tranſactione pro feudo retinendo. & n. 21.*

14 *Decima debetur ex datione in ſolutum*

15 *Decima debetur ex tranſactione ſuper feudo ex recollectis ſuper pandectis.*

16 *Decima non debetur in contractu donationis.*

17 *Contractus natura eſt attendenda, & non verborum ſonus.*

18 *Donatio non dicitur gratuita quando fit in recompenſationem aliquorum iurium.*

19 *Iaſon. doctrina in l. ſi pro fundo, C. de tranſact. declaratur.*

20 *Pretium dicitur interuenire quando ſunt iura ceſſa maioris valoris, & extimationis feudi.*

ARGVMENTVM.

Decima an debeatur ex donatione feudi facta filio in tranſactione.

DECISIO CC XXXVI.

MARCHIO Sanctæ Nimphæ Aloyſius Arias Giardino diu litigauit cũ D. Didaco eius filio, qui ab eo prætendebat bona eius omnia more latinorum fuiſſe confuſa iuxta conſuetudinem Regni, & Vrbis Meſſanæ, in qua dictus Arias matrimonium contraxerat cum D. Maria Gueuara, & Guiroſa Hiſpana filia Magiſtri militũ licet paupere, genere ta-

tamen nobiliſſima, ipſe autē tūc temporis in anno 1566. habebat vncias quingentas reddituum bonorum paternorum, ex qua D. Maria, & dicto Aloyſio ortus fuit dictus D. Didacus! Quę quidem bona erant maximę quantitatis, & per dictum Arias eius laboribus, & induſtria acquiſita, tandem latis prius aliquibus ſententijs pro & contra, & pendentibus ex vtraquę parte reuiſionibus, alijſque remedijs ſibi competentibus inter eos fuit deuentum ad quemdam actum, in quo dictus D. Didacus, & D. Maria eius vxor renuntiauerunt omnibus ſententijs ad eorū fauorē latis, ſiue matrimoniū fuerit ad morem latinorum, ſiue Græcorum, de quibus omnibus, iuribus donationem fecerunt ipſi Aloyſio, & è contra dictus Aloyſius donauit feudum de li Gibillini ipſi D. Didaco, illudque promiſit defendere facto, & culpa proprijs, fecitq; etiam donationem de ingenti quātitate pecuniarum, de qua ipſe Aloyſius erat creditor D. Didaci, ac etiā de aliis vnc. trecentis quinquaginta reddituum ſub aliquibus pactis in eodem cōtractu contentis.

Fuit ergo ex parte Regii fiſci ꝑtenſa decima inſolutū dationis dicti feudi Gibillinorum.

Sed antequam deueniā ad diſcutiendam prætenſionem Regii fiſci, & exceptiones dicti Aloyſij Arias eſt præſupponēdum, quod
1 de iure communi feudorum, † niſi accedat domini conſenſus feuda ſunt inalienabilia, *ita tex. in c. 1. §. donare qual. olim feud. alien. poſſ. c. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Fider.* & ibi latè per doct. *Pet. de Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. q. 16. in tit. de iure concedendi licent. Vaſſall. vbi alios*, adducit, tamen † in Regno
2 hoc non habet locum ex diſpoſitione *c. volentes*, vbi Rex Fidericus ſtatuit, quod quilibet feudatarius feuda poſſit pignorare, vendere, donare, permutare, & in vltimis voluntatibus relinquere, ſeu legare, & quolibet alienationis titulo transferre dūmodo de pecunia venditionis ipſius integra decima fiſco Regio ſoluatur, ita tamen quod tempore venditionis feudorum liceat Maieſtati Regiæ pro pretio venditionis ipſius conuēto inter contrahentes eoſdē dictū feudū emere; ſubdit exinde ſi vero feudum in permutatione deuenerit, & pecunia interuenerit in permutatione prædicta, quod de pecunia ipſa in recognitionem dominii Regii in feudo vendito, ſeu forſitan permutato decimam habeat fiſcus Regius, & Regia Maieſtas ab emptore prædicto recipiat fidelitatis, & eumagii ſolitum iuramentum, ſed ſi alio quam emptionis titulo feudum prædictum alienari contigerit, perſona in quam fuerit alienatum infra annum in manibus Regiis fidelitatis, & eumagij ſolitum pręſtet iuramētū.

Hinc

Hinc inferunt DD. quod cũ
3 iſtud † ius decimæ Regiæ ſit fundatum *in d. c. volentes*, nouumq. ius inducat per dictum capitulũ
4 in compenſationẽ † licentiæ alienandi non ſit extendendum vltra id, quod per dictum capitulũ diſponitur de quo *Cannet. ſuper d. c. volentes fol. 188. n. 4. & 5. & Blaſc. Lanc. fol. 189. n. 1. & 2.*

In tantum quod ſi contractus non ſit verę venditionis, vel permutationis, vt in prædicto cap. continetur, etiam quod agatur de contractu tranſactionis nulla decima ſolui debeat, *ex Cannet. & Lanc. vbi ſup.*

Nec obſtat quod † verbum (vẽ
5 ditio) ſit generale, & comprehendat omnem alienationem, nã procedit quotieſcumq; dictũ verbũ ſimpliciter profertur, ſed in d. c. profertur, tamquam ſpecies alienationis ſeparata, enumerat enim quaſdam ſpecies alienationis, inter quas etiam ponit venditionem, inde tamen quãdo vult diſponere ſuper ſolutione decimæ non ſtatuit, niſi de venditione, & permutatione; tamquam de ſpeciebus alienationis ſeparatis, nã ſi ut genus potuiſſet nomen (venditionis) comprehendere etiam alienationes, in quibus pecunia non interuenerat, vt eſt donatio, & ſimiles, ideo videtur dicendũ quod voluit reſtringere ad ſpeciem tantum venditionis, & permutationis, quando interuenit pecunia; ideo ſubdit *Blaſc. Lanc.* quod probatur hoc ex reſeruatione facta *in d. capit.* dum reſeruat R. C. poteſtatem reemendi pro eodem pretio deducta decima
6 parte, prælatio † autem non cadit in alias ſpecies alienationis, imò nec in permutatione, *Blaſc.* ſequitur reprobato *Pet. de Greg. Cannet. d. fol. 189. verſ. at non eſt omittendum vbi nu. 14.* dicit quod dum dictum capitulum excepit
7 † contractum tantum venditionis, & permutationis merito ceteros cenſetur omiſiſſe, quia ſi voluiſſet Rex facile potuiſſet exprimere, ſequitur *Cum. in c. ſi aliquem verbo antiquis, num. 237. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 15. nu. 959. & Blaſc. Lanc.* pro fundanda reſolutione prædicta allegat *Bald. in l. cum dotem, n. 2. C. de iur. dot.* vbi ait quod
8 ſi per ſtatutum † cautum ſit, quod de pretio cuiuslibet rei deductæ in contractum ſolui debeat gabella reſtringitur ad contractum emptionis, & venditionis tantũ allegat etiam *Bertach. de gabellis p. 8. principali, ſeu p. 3. q. 6. n. 11. tom. 12. tract.* vbi determinat, quod
9 † ſtatutum per quod diſponitur, quod de quolibet pretio ſoluatur gabella duorum denariorum pro libra non habet locum niſi in contractu emptionis, & venditionis, *Bertac. allegat Abbatem in c. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis*, vbi dicit, quod quando fit mentio pretij verbum, (venditio,) non cõprehendit omnem cõtractum dominij trãslatiuum, ſed ſolum vẽditio-

Digitized by Google

ditionem,quæ cum prëtio ſit,idé
determinat *Ripa de peſte in tit. de pri*
uileg. contractuum, n. 48. & Guttier.
de gabell. q. 35. num. 4. & 5. & ante
eum Laſarte de decim. c. 1. n. 38. vbi
10 plures allegat,& addit quod † ex
communi vſu loquendi appella-
tione venditionis venit ſolum-
modo venditio proprie, & quod
appellatione venditionis in ma-
teria odioſa venit ſolummodo il
la, quæ fit cum pretio, *Guttier. de*
empt. & vend. c. 8. n. 8.
Sed prædictis obſtat *Petr. de*
Greg. de conceſſ. feud. p. 8. q. 16. tit. de
11 *iur. decimæ, n. 5.* vbi voluit† quod
de pecunia interueniente in trā-
ſactione feudi pro eo acquiren-
do decima debeatur, quia cum
12 † tranſactio non poſſit fieri, niſi
aliquo dato, vel retento, *l. tranſa-*
ctio nulla, C. de tranſact. & ſuper feu
do poſſit hodie tranſigi per liti-
gantes, abſq; licentia Regia at-
tenta diſpoſitione *d. c. volentes,* li-
cet olim ſecus fuiſſet, tam de iu-
re communi feudorum, *vt in c. 1.*
§. ſi vaſſallus, ſi de feudo fuerit
controuerſia, quàm de iure con-
ſtitutionum Regni, vt in conſti-
tutione conſtitutionem, §. tran-
ſactionis, ſi in tranſactione ſuper
feudo pro & acquirendo inter-
ueniat aliqua pecunia numera-
ta, tunc pro ea pecunia ius deci-
mæ Regio fiſco ſolui debet alle-
gat *Bertach. in d. tract. de gabell. in d.*
q. & q. 7. & ſeq. & q. 11. & q. 22.
3. p. in prin. & Iaſ. ad propoſitum in l.
ſi pro fundo, 4. col. verſ. nota C. de trā-
13 *ſact.* vbi dicit † ſecus eſſe pro feu-
do retinendo ex cauſa tranſactio-
14 nis, & idem ait† procedere in da-
tione in ſolutū *Pet. de Greg. vbi ſup.*
n. 10. quia illa ſimilis eſt emptio-
ni, & venditioni, *L. eleganter, §. 1. ff.*
de pignorat. action. & Iacob. & Ber-
tach. ibi per eum allegat.
15 Idem colligitur† ex recollectis
ſuper pandectis vbi *§. 5.* determi
natur quod de pecunia trāſactio-
nis debeat decima, licet in proe-
mio recollector pandectarum di-
cat quod ibi diſpoſita intelligan-
tur citra præiudicium curiæ, &
partium.
16 Et in contractu † donationis
quod non debeatur decima dixit
Blaſc. Lanc. vbi ſup. verſ. non ergo,
& Pet. de Greg. d. q. 16. n. 8. Cum. in
d. c. ſi aliquem verbo antiquis ſub nu.
237. verſ. nec decima, Intrigl. de feud.
d. cent. 2 art. 5. n. 961. Mut. ad c. Re-
gis Fiderici 110. n. 35. Gugl. de Pern.
ad c. volentes in verbo fiſco noſtro
Peguer. ad cap. tertium Cataloniæ in
verbo aiſtans, verſ. 6. num. 44. nec
in aliquo contractu donationi ſi-
mili ſolui decima dixit *Blaſc. Lāc.*
loco præcit. verſ. non ergo.
Quibus ſic præſuppoſitis di-
cebatur ex parte dicti Aloyſij nul
lam deberi decimam ex donatio-
ne prædicta, ſiue in ſolutum da-
tione facta ex cauſa prædicta trā-
ſactionis, & pręcitatis rationibus
& Doctoribus allegatis. *& Burg.*
de laud. p. 2. inſpect. 30. nu. 33. in ſe-
cunda impreſſione cū additionibus, Mu
ta c. 22. Regis Iacobi n. 81. tom. 1.

Sed

Sed ex parte fiſci dicebat prędictam non fuiſſe vere donationem, ſed tranſactionem, & in ſolutum dationem quandoquidem
17 †non eſt attendendus verborũ ſonus, ſed natura ipſius cõtradictus & illud quod ex veriſimilibus cõiecturit partes voluerunt conficere, vt ex cõmuni omnium opinione exornat *Menoch. poſt alios de praſump. lib. 3. præſumpt. 104. n. 28. & ſequen. Giurb. dec. 111. num. 5. Joſeph Pica in allegationibus additis per Paſchalem de patria poteſt. par. 4. cap. 6. verſ. 2. fol. 421.* Sed euidenter ex prædicta facti ſerie apparet vere inter eos tranſegiſſe dum Aloyſius primo loco voluit donationem omnium iurium competentium dicto D. Didaco, & quod ipſe renuntiaret iuribus ſibi cõpetentibus, & ſententijs in eius fauorem latis, & ex inde pro oĩbus dictis iuribus fecerit dona-
18 tionẽ feudi, nõ enim gratuita donatio dici poteſt dũ fit in recompenſationem iurium prætenſorũ per D. Didacum, ſed dicitur vera tranſactio, quæ fit aliquo dato, vel retento, vt ſupra dixi, *& Burg. p. 2. inſpect. 30. n. 10. & 27.* Vnde quãdo actor, vel reus cedit omne ius quod habet, & è cõtra is, qui eſt dñus feudi transfert dominiũ ipſius, & interuenerit pecunia tunc pro illa pecunia, quæ interuenerit pro transferẽdo feudum decima abſque dubio debetur ex
19 † doctrina *Jaſ. in l. ſi pro fundo. verſ. 5. nota. num 11. C. de tranſact. Pet. de Greg. vbi ſup. quem ſequitur Burg. de laud. inſpect. 14. p. 2. in addit. ſub n. 14. verſ. vnde in fi.* ea ratione, quia feudum de vno in aliũ trãſfertur quod ſine licẽtia Regia fieri non poſſet, quod cum fiat autoritate *c. volentes*, decima debetur ex prædictis, ſiue ſit tranſactio, ſiue ſit datio in ſolutum, quę ſimilis eſt emptioni, & venditioni, vt ſupra diximus.

20 Et pretium† dicitur interueni re dum apparet iura, & actiones ceſſas per D. Didacum fuiſſe maioris valoris, & extimationis quã feudi prædicti empti per D. Aloy
21 ſium, nec † agatur de retentione feudi, ſed de acquiſitione ipſius.

In tantum quod cum ex facie ipſius contractus appareret qđ dicta donatio non fuit gratuita, nec vera donatio, ſed in ſolutum datio, ſiue tranſactio, ideo diceba tur decimam deberi ex translatione dominij, & poſſeſſionis d. feudi in prædict. D. Didacum, qđ ſecus eſſet ſi ipſe haberet dominium, ſeu poſſeſſionem feudi, & pro eo conſeruando, & pro ſe retinendo cederet iura, quæ habebat ad redimendum vexationem, vt loquuntur, *Jaſon in dicta l. ſi pro fundo, & Pet. de Greg. vbi ſup.*

Ex quibus die 11. Maij 1624. per Sp. Ioſeph Faraci Magiſtrum Rationũ Trib. R. Patrimonij, & p me ſubrogatũ loco vnius Sp. Magiſtrorum Rationũ, qui erat ſuſpectus fuit deciſum quod cõdẽ-

netur, & cogatur ſoluere decimam, licet alter ex dominis collegis voluerit, quod cōdemnetur ſuper feudo facta prius deductione legitimę, & inde per Tribunal ſub die 1 1. Maii vij. Ind. 1624 fuit determinatum, quòd cogantur ſoluere decimam, prout fuerunt ſolutæ vnc. mille.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis contemptus conſideratur in exequendo pœnam contra fideiuſſores de detinēdo reum in aliquo loco.*

2 *Pœna conuentionalis in pretorijs ſtipulationibus non exigitur vltra id, quod intereſt.*

3 *Pœna ſi fuerit promiſſa ex certa ſcientia adhuc etiam exigi poteſt vltra id, quod intereſt, maxime accedente iuramento.*

4 *Iuramentum operatur, vt pœna conuentionalis exigatur nullo habito reſpectu ad intereſſe.*

5 *Fideiuſſores an teneantur de eo, qui aufugit à carceribus, & ad illas reuertitur. remiſſiuè.*

6 *Reuerſio ſola ad carceres non probat, quod talis fuerit reuertēdi animus.*

7 *Aufugiens è carceribus, ſi ad illas reuertatur non habetur pro confeſſo.*

8 *Aufugiens è carceribus, ſi ad illas reuertatur non punitur tamquam effractor carcerum.*

9 *Aufugiens è carceribus etiam quod reuertatur punitur pro motu Iudicis ad reprimendum audaciam, & temeritatem carceratorum.*

10 *Nouatio facta ex ſecundo contractu liberat fideiuſſoras.*

11 *Fideiuſſores, & pignora ſi mutentur, prima obligatio principalis non nouatur: & n. 12.*

13 *Fideiuſſores non tenentur ad pœnam, ſi reus amore captus è carceribus exiuerit.*

14 *Amoris impetus reum excuſat, ſi ex ſubito, & improuiſo amoris impetu aliquid committat.*

15 *Amoris ſub prætextu quis delinquere non debet.*

16 *Amore captis in aliqua parte indulgendum eſt.*

17 *Amore capti mitius puniantur ſi deliberatè non delinquunt, quam ſi deliberatè hoc faciant.*

18 *Dictio (&) in pœnalibus, vt non committatur pœna reſoluitur in diſiunctam.*

19 *Dictio (&) copulat, & coniungit copulata diuerſa, & diuerſi effectus.*

20 *Copulata omnia debent concurrere ad incurrendam pœnam.*

21 *Dictio (&) ſi ponitur ad eundem effectum omnia copulata debent interuenire.*

22 *Dictio (&) ſi ponatur, vt deſeruiat menti contrahentium, ſeu diſponentium ſtat pro (ideſt.)*

23 *Cuſtos carcerum licentiā ex illis exeundi impartiri non poteſt.*

Gemi-

25 *Geminatio verborum arguit mentem contrahentium.*
26 *Acceſſorium, vt fideiuſſio tunc tenet, quando principale ſubſiſtere poteſt.*
27 *Pœna adiecta in alio contractum quàm compromiſſi in Regno non exigitur ex diſpoſitione Ritus c. 154.*
28 *Stipulatio Notarij pro fiſco eſt valida ad pœnam exigendam.*
29 *Fideiuſſio, ſeu pœna de ſeruando carceres valet non obſtante Ritu 154 quia non procedit in caſu iſto.*
30 *Nobilis, & bonæ conditionis vir ſi nõ eſt inditiatus ad torturam poteſt ſub fideiuſſione relaxari.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de ſeruando carceres quando excuſetur à pœna.

DECISIO CC XXXVII.

D. Antonius Venuto fuit carceratus die x. Ianuarij 1624. in carceribus Caſtri Ciuitatis Catinæ, quia commiſerat plura delicta, & aufugerat à cubiculo forti carcerum Terræ Paternionis.

Die 28. Auguſti 1625. per eumdem de Venuto, qui in prædictis carceribus detinebatur intus arctas carceres vulgo vocatas, gradas, fuit factus actus in actis tabellionis publicis abſente tamen Caſtellano, in quo ſe obligauit detinere pro carcere, & loco carceris totum Caſtrum vocatum Vrſinum, & ab eo nõ exire illicentiatus, & ſine excarceratione ſuæ perſonæ faciendæ per quos ſpectat, alias contraueniendo ſe obligauit ſoluere Regio fiſco abſenti dicto tabellione pro eo legitime ſtipulante loco fideiuſſionis vnc. quatricentas, ſeruauitque indemnem dictum Caſtellanum, & fideiuſſit pro prædictis Io. Philippus Venuto eius frater.

Die 4. Octobris 1626. fuit confectus alius actus per Ioſeph Retino, & Ioſeph Xingiaro abſente etiam Caſtellano aſſerendo eum requiſiuiſſe, vt noluiſſet ipſum D. Antonium in carceribus dicti Caſtri detinere, ſed permittere, quod per cortile, & totũ Caſtrum deambulare poſſet, eũque ſeruauerunt indemnem de omnis damnis, & intereſſe, & quod dictus Caſtellanus eos cogere poſſit ad repræſentandum dictum D. Antoniũ in d. Caſtro, prout antea erat.

Et exinde infra paucos dies exiens à prædicto Caſtro dictus D. Antonius in domo cuiuſdam mulierculæ fuit occiſus.

Digitized by Google

Fuit ex parte Regij Fiſci petita fideiuſſio vnc. quatricentarum contra dictum Io. Philippum fratrem dicti D. Antonij ex contrauentione ſequuta, & vigore dicti actus die prædicto 18. Auguſti 1625.

Sed ex parte fideiuſſoris excipiebatur quod cum prædicta fideiuſſio non fuerit præſtita de mandato iudicis nullus poſſit
1 conſiderari iudicis † contemptus, ex quo huiuſmodi pœnæ ex veriori opinione deberi concludũt Doctores, de quibus late *Farinat. q. 30. n. 73. vbi allegat Vulpell. reſp. 139. lib. 1. & alios*, & eſt doctrina *Bart. Alex.* & aliorum quos ipſe allegat.

Sed fiſcus fundabat intentionem ſuam in ſtipulatione facta p Notarium cum iuramento, quia
2 licet pœna † conuentionalis in prætorijs ſtipulationibus non poſſit per fiſcum exigi vltra id quod intereſt *Pedam. dec. 70. n. 13 & ſeq. Maur. de fideiuß. ſeß. 2. c. 1. n. 18. Galganett. de condit. p. 2. c. 5. q. 24.* vbi hanc opinionẽ ſequi Rotam teſtatur, & ibi late.

3 Nihilominus quando † eſt promiſſa ex certa ſcientia adhuc etiã vltra id quod intereſt exigi põt. *Menoc. de arbitr. caſu 269. nu. 13. & ſeq. & n. 27. & ſeq.* & maximè accedente iuramento, *Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 54. & Burſat. cõſ. 53. num. 38. & ſequen. volum. 1. quos allegat Farinat. d. quaeſt. 30. num. 76.*

Et in caſu iſto videbatur magis enixa voluntas, & ſcientia ſe obligandi ad ſolutionem pœnæ, quandoquidem fuerat facta ſtipulatio per dictum D. Antonium cum fideiuſſione prædicta abſente procuratore Reg. fiſci, & Caſtellano, quia ſtipulatio prædicta ſolum concepta fuerat pro indemnitate Regij fiſci, vt reus remaneret in carceribus tutus, & inde poſſet, iuſtitia adminiſtrari per iudices cum illo, & pro indẽnitate Caſtellani, qui erat carcerum cuſtos, vt non haberet aliquod damnum, ſi reus à carceribus aufugeret, quo caſu data fideiuſſione ex certa ſcientia de ſeruando carceres res omni caret
4 difficultate, & dato † iuramento nullo habito reſpectu ad intereſſe, cõuentionalis pœna exigi poteſt, *Maranta diſp. 7. ad fin. Menoc. de arbitr. caſu 260. n. 13. & ſeq. & nu. 27. & ſeq. Burſat. & Seraphin. vbi ſupra, Farin. d. quaeſt. 30. n. 76.*

Nec in prędicta cauſa erat diſputandum de illa quæſtione quã ponunt doctores de eo, † qui au-
5 fugit à carceribus, & deinde ad illas reuertitur an fideiuſſores teneantur, de qua *Farinat. d. q. 30. n. 70. & ſeq.* & alij per eum allegati. *Honded. conſ. 94. nu. 24. & 25. lib. 2. Farinat. conſ. 22. n. 29. Baiard. ad Clarum §. fi. q. 21. n. 105. Boerius dec. 217. n. 14. & 15. Maſtrill. dec. 259. n. 60. Caualc. de brach. reg. p. 2. num. 240. Giurb. conſ. crim. 34.* qui quatuor adducunt opiniones, & di-

Digitized by Google

diſtinguunt, vt ibi per eos, *& Farinat. in conſ. 122. n. 31. Joſeph Ramon. conſ. 43. n. 8 & 9.*

Quoniam in caſu iſto dictus D. Antonius non ſolum non fuit reuerſus, ſed miſerrimè occiſus, vt dixi, & ſi dicatur quòd animũ habebat reuertendi, dicebatur, quod huiuſmodi animus reuertendi non præſumitur, niſi probe-
6 tur, & propterea ſola reuerſio † nõ ꝓbat, quod talis à principio fuerit reuertendi animus, *ita Vulpell. d. conſ. 139. n. 7. & poſt n. 9. Farin. d. q. 30. n. 154.*

7 Quinimo licet animo † reuertendi fugiens ex carcere, ſi reuerſus fuerit non habeatur pro confeſſo iuxta communem intellectum, de quo *in l. in eos, ff. de cuſtod.*
8 *reor.* Nec etiam puniatur † tamquam effractor pœna capitis, *l. 1. ff. de effractor.* Punitur tamen mi-
9 tius pro motu † iudicis, & ita ſeruari ad reprimendam audaciam, & temeritatem carceratorum, dixit *Boer. dec. 215. n. 19. Menoch. de arbit. caſ. 301. n. 13. Maſcard. concl. 266. n. 24. Vulpell. d. reſponſ. 139. n. 17.* quos allegat, & ſequitur *Farinat. d. q. 30. n. 151. Bellon. de poteſt. eorum quæ fiunt incontinenti c. 34. n. 3. & 4. & in fin. Teſaur. deciſ. 77. n. 4. Caball. reſol. 212. Riccius rer. quotid. par. 1. reſol. 320. num. 2.*

Cum ergo Caſtellanus cuſtos carcerum, qui tenebatur reum bene & diligenter cuſtodire hoc (licet malè) commiſerit fideiuſſoribus, qui ſub eius fide reus liberè tenebatur, vtique ſi a carceribus fugiat reus, dictus fideiuſſor ſaltim pœna extraordinaria puniendus venit.

Prædictis duo obſtare videbãtur primũ qđ cõtractus primus
10 cõfectus in anno 1625. † fuerit nouatus ꝑ aliũ cõtractũ de anno 1626. per ea, quæ late ponit *Apeguer. dec. 48. n. 1. & 2. Henriq. de fideiuß. §. 9. n. 29. & 30. Caualc. deciſ. 14. lib. 5. Maur. de fideiuſſ. par. 2. ſect. 8. c. 35. Adrian. Neguſ. in ſilua reſp. q. 217. n. 1.*

Sed dicebatur ex parte fiſci nullam fuiſſe factam nouationẽ, quoniam primus contractus fuerat abſente fiſco, & Caſtellano ſtipulatus à dicto Don Antonio, cuius interceſſerat fideiuſſor dictus Io. Philippus, & ſecundus cõtractus fuerat ſtipulatus per alios fideiuſſores pro indemnitate Caſtellani tantum, & ſic non apparet fuiſſe factam nouationem, ex quo non agebatur, niſi de dando alios fideiuſſores pro indemnitate Caſtellani, quo caſu non dicitur facta nouatio, nec à prima fideiuſſione receſſum, *ita per text. in l. ſi titius verſ. ſed ita demum, ff. de fideiußor. dixit Ang. in l. pen. colum. 2. verſ. ſeptimus, & vltimus ff. de prætor. ſtipul.* & alijs quos adducit *Menoch. de præſumpt. præſump. 134. n. 12*
11 *lib. 3.* quando enim † mutantur fideiuſſores, vel pignora, tunc ſine cõtrouerſia prima obligatio principalis non nouatur *Ripa in l. ſi cõuen-*

uentione n. 6. ff. de re iud. Maur. p. 2. ſect. 9. c. 32. n. 1. & per totum ea ra-
12 tione, quia † fideiuſſorum, & pignorum obligatio, quæ acceſſoria eſt vim non habet mutandi principalem, *Menoch. ubi ſup. n. 13 Mantic. de tac. & ambig. lib. 17. tit. 6. num. 6.* vbi de magis communi *Bart. in l. Vranius in fi. ff. de prætor. ſtipul. Muſcatell. de fideiuſſ. par. 1. mod. 8. num. 20. & 21.*

Alterum, & ſecundum quod prędictis obſtabat illud erat, qđ
13 prædictus D. Antonius † amore captus mulieris illius exiuerit à Caſtro, & conſequenter excuſandum à pœna, & ideo etiam fideiuſſores excuſandos venire, *ex not. per Oldr. conſ. 210.* quem omnes allegant *Laderch conſ. 197. n. 3 Tiraq. de pæn. temp. verſ. 4. n. 3. Menoch. de arbitr. caſu 328. & Farinat. q. 98. cauſa 13. n. 77. & ſeq.*

Sed ex parte fiſci dicebatur prædicta, & alia, quæ ſcribunt doctores mitigando reo pœnam ob
14 amoris impetum † procedere, quando amore captus aliquid committit ex ſubito, & improuiſo ipſius amoris impetu, tunc enim videtur in aliqua parte ipſi indulgendum, quia talis ſubitus furor, & impetus ipſum excuſare videtur, ſicut excuſat eum, qui ſubita ira, vel dolore commotus aliquod delictum committit, ſecus autem ſi hoc impetu, & furore ceſſante ex cauſa amoris aliquod præmeditatum committit, tunc enim nullatenus videtur excuſandus ita limitat regulã prædictam, *Farinat. d. q. 98. n. 91.* vbi id colligit, ex doctrina *Simanch. de Cathol. inſtit. tit. 17. rubr. de defenſ. reor. n. 45.* & eſt ratio, quia amo-
15 ris † prætextu quis delinquere deliberatè non debet, licet vt in fine n. 92. dixit Farinat. indiſtinctè
16 vtroq; caſu amore † captis in aliqua parte indulgendum eſſe verius exiſtimet, cum diſtinctione
17 tamen qđ mitius ſit agendũ cum ijs, qui ſine deliberatione delinquunt, quàm cum ijs, qui deliberatè delinquunt, amoris enim impetus, & furor ſemper amantes obcecat, licet magis vno tempore quam alio, ideo iuxta temporis qualitatem, & animi perturbationem procedendum erit miſerendo, & mitius agendo, quod neſcio ſi procedere potuerit in caſu appoſito, per *Giurb. conſ. 47. maxime n. 15.* nec ipſe potuerit ſcire ex quibus cauſis fuerit in illo voto M. R. C. cum ipſe nũquam fuerit illius Tribunalis ſupremi Iudex.

Et prædicta fiſcus coadiuuabat ex ſtipulatione facta in dicto contractu anni 1625. in quo D. Vincentius eiuſque fideiuſſor ſe obligauerant detinere loco carceris totum Caſtrum, & ab eo non exire illicentiatus, & ſine excarceratione ſuæ perſonę facienda per quos ſpectat, quod quidẽ obſeruatũ nõ fuerat, iudex enim ad quem ſpectabat nullam dederat excarcerationem.

Sed

Sed ex parte dicti fideiuſſoris
18 dicebatur quòd illa † dictio (&) cum ſimus in pœnalibus ad hoc vt non committatur pœna reſoluitur dicta dictio copulatiua in diſiunctiuam, & ſic ſola licentia Caſtellani ſufficeret, de qua conſtabat per teſtes, qui in eorum dictis dictum D. Antonium pluries cum eodem Caſtellano egredientem è Caſtro viderunt, *ex not. per Alex. conſ. 110. n. 15. verſ. & tanto magis, & n. ſeq. lib. 3. & notant doctores in c. odia de reg. iur. Alex. allegat Vulpell. in ſuo tract. de prapoſit. ad verb. & coniunct. ſignific. num. 3. in fin.*

19 Dicebat fiſcus quod natura dictionis (&) eſt quod copulet, & coniungat copulata diuerſa, & diuerſi effectus, *gloſ. rub. C. de iure & fact. ignorant. Tiraq. de nobilit. c. 8. Vulpell. vbi ſupra, in princ.* & maximè ſi diſpoſitum ad quod concurrunt plures conditiones copulatæ eſt vnū, & vnus effectus, tunc enim omnia copulata debent concurrere, *Angel. Gratus de diction. diſt. 59. n. 2.* ſi vero eſſent plura copulata diuerſi diſpoſiti, tunc reducūtur ſingula ſingulis, & non copulantur, & ſic intellectus diuidit, & vnitatem copulatiuæ diſtribuit, *Alex. d. conſ. 110. n. 14. & 15. verſ. ijs etiam conſonat lib. 3. quem allegat Cardinal. Tuſch. concl. 274. lit. D. num. 6. vbi ex eod. Alex. vbi ſup. n. 7.* extendit, quod quo-
20 tieſcumq; agitur † de pœna incurrenda, & plura copulantur, in dubio ſemper debent concurrere omnia copulata, vt pœnam qs incurrat, quia odia reſtringūtur, fauores verò ampliantur.

Quæ quidem concluſiones nō ita ſicco pede ſunt intelligendæ, nam licet verum ſit, quòd odia reſtringantur hoc in dubio erit intelligendum, quando vero ex natura recti ſermonis copula (&) ponitur ad eumdem † effectum,
21 tunc omnia copulata debent interuenire, & copula nihil addit, neque diuerſam diſpoſitionem inducit *c. in ſynodo 63. diſt. Calder. conſ. 547. alias 2. de verb ſign. Tuſc. vbi ſup. n. 46.* & quando copula
22 ponitur, vt deſeruiat menti diſponentium, ſeu contrahentium ſtat pro, (ideſt) videlicet expoſitiuè, *ex Alex. conſ. 22. n. 4. verſ. poteſt etiam lib. 1. Felin. & Iaſ. dixit Tuſch. vbi ſup. n. 48. & 51.*

At in caſu præſenti copula (&) nō poterat intelligi de licētia Caſtellani, quia ipſe, tamquam cu-
23 ſtos † carcerum huiuſmodi licentiam impartiri non poterat, *ex not. per Boer. dec. 215. n. 33. in fi. & Farinat. de carcer. & carcerat. q. 31. num. 91.*

Sed de licentia ſuperioris, qui reum in carceribus detinebat ille ex carcerandus veniebat, ideo dicta copula, eſt intelligēda pro, (ideſt,) exponendo ſcilicet illud quod legitimè fieri debebat, alias
24 eſſet ſtipulatio † ſuper prohibitis, quod præſumendum, nec dicendum eſt, *text. in l. ſi à reo §. id quod*

vul.

vulgo ff. de fideiuſſ. vbi qđ in furto, & ſic in delictis fideiuſſio non
25 tenet, quia tunc † acceſſorium q̃ eſt fideiuſſio tenet, quando principale tenet eſt *glo. cum tex. in l. cum principalis, ff. de reg. iur: & text. in l. ſtipulatio iſta §. at ſi quis velit, ff. de verb. obligat. & Fulgoſ. conſ. 73. n. 7. verſ. ſuper vltimo conſultationis articulo quem allegat Tuſc. cõcl. 699. ver. ſtipulatio n. 6. Barz. dec. 99. n. 15. Caualc. dec. 31. p. 1. Seraph. dec. 1324. Paſchal. de patr. poteſt. c. 6. p. 1. Ricc. collect. 1881. p. 5. Henrig. de fideiuſſ. c. 10. nu. 18. & ſeq. & Maur. in eod. tract. 2. p. princ. c. 5.*

Fortius quia dicta verba non ſolum in obligatione dicti D. Antonij, ſed etiam fideiuſſionis fuerunt
26 runt repetita, quæ † geminatio verborum arguit mentem cõtrahentium, *l. balliſta ff. ad Trebell. Decian. conſ. 46. n. 37. & ſeq. lib. 2. Marſil. in l. 1. §. quæſtioni col. 2. & ſeq ff. de quæſtion. Tuſc. concl. 28. maximè n. 2. & 31. verb. geminatio actus lib. 4. Genua. de verb. enunt. lib. 1 q. 3. nu. 34. poſt tract. de ſcript. priuat. Muta ad cõſuet. Panor. c. 3. n. 50. latè Craſſ. except. 14.*

Nec prædictis obſtare videbatur illud quod ex parte fideiuſſoris allegabatur videlicet in Regno obſtare c. Ritus 154. in quo
27 diſponitur quòd † pęna adiecta in contractu alio, quam in contractu compromiſſi non exigatur etiam ſi ſit renuntiatum cum iuramento, & dixit *Ang. inſtit. de verbor. oblig. §. alterius. Bartol. in l. 2. in princ. in vltimo verſ. ff. de iur. fiſci, & idem Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, in 5. col ff. de verb. oblig. vbi diſtinguit, & ibi Alex. quos allegat Blaſc. Lancea ſuper prędicto Ritu c. 154. verſ. ſed an priuatus, Maſtrill. de indult. cap. 24. num. 49.*

28 Quoniã p̃miſſa intelligẽda ſunt niſi Notarius ſtipuletur ꝓ fiſco, quia tunc bene fieri poteſt, ita ex *Bar. in l. arbiter intra, ff. de arbitr. & l. 1. ff de iur. fiſci, & Alex. conſ. 13. vol. 1. & Io. Aloyſius ſuper prædicto ritu dixit Cum eod. ritu ordine ſuo c. 59.*
29 *n. 19.* Et in caſu iſto † q̃ ritus prædictus non põt intelligi de iſta fideiuſſione, ſeu pęna loco fideiuſſionis impoſita de ſeruãdo carceres, quę de iure eſt valida, *per not. p Carau. ſuper Ritu Neap. 44. & 158. Moſcatell. de fideiuſſ. p. 1. mod. 10. Farin. q. 33. n. 60. & ſeq.* datur enim
30 ne vir † nobilis, & bonę conditionis in arctis detineatur carceribus, dum eius proceſſus agitatur, & licita eſt huiuſmodi fideiuſſio, & denegari non debet, maximè ſi non adſunt grauia, vel ſufficiẽtia inditia ad torturam, vt ibidem & benè firmat, *Farinat. ex Oſaſc. deciſ. Pedam. 70. maxime n. 3.*

Quibus oĩbus conſideratis facta relatione Illuſtriſs. Domino D. Henrico Pimentel meritiſſimo Pręſidi, & Capitaneo Generali in hoc Regno ſub die Iulij 1627. fuit dictus Io. Philippus ad ſcutos trecentum tantum, & ſic extraordinaria pęna condemnatus: & ita fuit executum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus eſt adſtrictus domino ad iuramentum fidelitatis; quæ eſt ſpecies ſeruitutis.*

2 *Seruus pro domino non poteſt eſſe teſtis.*

3 *Vaſſallus pro domino poteſt eſſe teſtis adducitur Afflict. deciſio. 304. qui adducit omnes doctorum opiniones.*

4 *L. idonei, ff. de teſtibus declaratur.*

5 *Vaſſallus poteſt eſſe teſtis ſuper facto, vel dicto in ſtatu domini, cuius teſtis producendus eſt ſubditus.*

6 *Vaſſallus poteſt eſſe teſtis pro domino, de quo non timeretur vaſſallum deponere iuxta eius voluntatem.*

7 *Judicis arbitrio remittitur ſecundum qualitatē domini, an vaſſallus poſſit eſſe teſtis pro eius domino.*

8 *Vaſſalli an ſint integræ fidei, ſi deponant pro eius domino.*

9 *Mulieres, ſenes, valetudinarij, & ſimiles non ſunt excludendi ad deponendum, nec extrahendi ab eius domicilio.*

10 *Judex debet mittere Notarium ad examinandum infirmos, valetudinarios, & ſimiles, ſi teſtes ſunt in loco iudicij, n. 11.*

12 *Judex debet remittere examen teſtium abſentium à loco iudicij ad Judices loci, & idem ad Notarium, ſi cauſa excedit vncias centum.*

13 *Vaſſalli producuntur pro domino, & ita deciſum.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli quando poſſint deponere pro domino, & an ſint extrahendi ab eius domicilio.

DECISIO CCXXXVIII.

IN cauſa maximi momenti vertente inter D. Fabritium, & D. Contiſſam Grauina eius vxorem cum D. Marchione Francifontis erant ex parte Marchionis producendi aliqui teſtes ſuper articulis per eum præſentatis, ne actuarius illos reciperet in eadem terra, ſeu Oppido fuit ſupplicatum Excellentiæ Suæ ex parte dictorum de

Digitized by Google

Grauina, vt ſuper his prouideri mandaret, qui remiſſa cauſa Illuſtr. Præſidibus de Corſetto, & Blaſchis, tandem dem fuit mihi demandatum, vt auditis partibus relationem facerem.

Fuit igitur ex parte dictorum de Grauina allegatum nullo modo dictos teſtes eſſe producendos in prædicta terra Francifontis,
1 quoniam † vaſſallus eſt adſtrictus domino ad iuramentum fidelitatis, quæ eſt quędam ſpecies ſeruitutis, & ſicut † ſeruus pro domi-
2 no non poteſt eſſe teſtis, *l. eos, C. de teſtib. & l. idonei, ff. de teſtib.* ita nec vaſſallus pro domino, quia ſemper præſumunter vaſſalli habere aliqualem affectionem ad dominum, ita Felin. *& alij in c. in literis, de teſtib.*

Sed quia ſuper hac quæſtione
3 latè ſcripſit, *Afflict.* † *dec.* 304. vbi adducit vndecim opiniones illũ videre poteris, & cõcludit quod ibi per totum conſilium fuit con cluſum nemine diſcrepãte, quod vaſſallus pro domino ſuo poteſt eſſe teſtis etiam quod dominus in eum habeat merũ, & mixtum imperium, & ei iurauerit fidelitatem, dummodo non probetur quod ſit grandi amicitia coniunctus cum domino ſuo, vel ſit eius familiaris, vel ſit vilis perſona, vt ibi per eum, vbi Vrſillus ponit concluſionem, & limitationes, eamdem concluſionem adducit *Maſcard. concluſ.* 1398. *lib.* 3. *& concluſ.* 1405 *num. quarto, Farinat. quæſt.* 55. *num.* 203. *& ſequent. vbi text. in dicta*
4 *l. idonei,* † *ff. de teſtibus,* intelligit de illis teſtibus, quibus poſſumus imperare, vel ratione patriæ poteſtatis, vel ratione particularis, & priuatæ iuriſdictionis, vt eſt iuriſdictio dominorum contra ſeruos, non autẽ ratione vniuerſalis iuriſdictionis, quam habet Princeps in ſuos ſubditos, & ita communiter tenent Doctores *in dicta l. eos, & maxime Bald. num. ſecundo. Thorus in verbo vaſſallus, tom. primo.*

Quod procedit (prout erat in caſu propoſito) quando age-
5 retur de † probando factum, vel dictum in ſtatu illius domini, cu teſtis producendus eſſet ſubditus, *Boſſ. in titu. de oppoſit. contra teſtes, num.* 192. *& ſequent. Farinat. dicta quæſt.* 55. *num.* 107.
6 Tum quia dominus † in dicta terra non erat conditionis ſæuę, & terribilis, vt niſi vaſſallus deponerent iuxta eius voluntatem præſumeretur illis violentiam illaturum, prout conſiderant, *Bartol. & alij in dicta l. eos Maſcard. vbi ſupra num.* 16. *& Farinat. dicta quæſt.* 55. *num.* 210. *quod nume.* 211. remittit arbi-
7 trio † iudicis, & quidem notorium eſt dictum Marchionis ſuauiſſimæ, & mitis conditionis,

&

Digitized by Google

& natureę eſſe, nec vlla ſeuitia in eo conſiderari poterat.

9 Licet dubium ſit an iſti teſtes ſint integræ fidei, & omni exceptione maiores, vt dixit ex alijs *Farinat. d. q. 55. n. 212.* & quod ſi deponunt veriſimilia, & ſint probatæ vitæ ſint admittendi, *Muta deciſ. 67. n. 24. Seraph. dec. 1443. nu. 2. Gratian. vbi ſup. n. 7.*

Sed quoniam in præſenti cauſa id quod erat in articulis appoſitum euenerat in prædicta terra, ſeu oppido, & veriſimiliter ex aliis teſtibus probari nō poterat, ideo fortius ex prædictis admittendi erant, *Maſcar. vbi ſup. n. 9.*

Nec erant extrahendi ad deponēdum in alia Ciuitate Demanii magis viciniori, prout ex parte dictæ D.D. Contiſſæ, & D. Fabricii inſtabatur, ſi enim poterāt, & debebant de iure vaſſalli prædicti examinari in prædicta cauſa eadem ratio vigebat in eodem oppido, ac alibi, & hoc requiri uidebatur ad difficultandum, & dilatādum probationes, in qua poterant adeſſe † mulieres, ſenes valetudinarij, & ſimiles, qui extrahendi nullo modo poterāt, *ex not. per Farin. q. 77. nu. 224. & ſeq. & eſt glo. vbi doctores in l. ad perſonas, ff. de iureiur.* immo in huiuſ-
10 modi † perſonis, & maxime in infirmis, & valetudinariis iudices pro illis examinandis mittere debent Notarium, prout *ex text. in d. l. ad perſonas dixerunt Odofred. Bald. Angel. & alij adducti per Farinat. dicta quaeſt. 77. num. 225. & ſequen.*

Quod quidem intelligendum
11 eſt † ſi teſtes ſint pręſentes in loco iudicij, ſi vero abſentes tenetur
12 iudex remittere † examen ad iudicem loci vbi degunt ſecundum *Jaſ. in d. l. ad perſonas, num. 4. & ſequent. & Alexan. ibidem num. 7. & 8. ff. de iureiur. Farinat. dicta quaeſt.*
13 *77. num. 231,* & idem † ſi mittendus eſſet Notarius, quando cauſa centum vncias excedit inſtante parte, prout ſeruatur in Regno.

Ex quibus facta relatione Illuſtriſſimo Domino Don Enrico Pimentel Marchioni Tabaræ Præſidi ob mortē patris in menſe Iulii 1627. fuit reſolutum quod producantur dicti Vaſſalli in dicto Oppido.

SVMMARIVM.

Diſpoſitio facta per aliquem vigore facultatis ſibi conceſſæ ab aliquo non dicitur ſua, ſed diſpoſitionis alterius executio.

Digitized by Google

2 *Actus non attribuitur exequenti, ſed mandanti.*

3 *Filij tam primi, quàm ſecundi matrimonij debent ſuccedere pro æquali portione.*

4 *Fideicommiſſum in contractu matrimoniali adiectum habet locum, ſi matrimonium ſeparetur per mortem ſponſæ.*

5 *Fideicommiſſum confectum in contractu matrimoniali per mortē ſponſi expirat, & dotes liberè reuertũtur ad mulierem.*

6 *Dotis conditio deterior fieri non debet, vt mulier poſſit ſecundo nubere.*

7 *L. 2. ff. de pact. dotal. non habet locum, ſi filij habituri ſunt dotem poſt mortem matris, ceſſat enim fauor mulieris, & publicæ vtilitatis.*

8 *Contractus à minore confectus cum ipſius læſione etiam cum authoritate Iudicis non conualidatur.*

9 *Cap. Regis Caroli, & ſic authoritas Iudicis ab eo requiſita non conualidat contractum à minore confectum cũ ipſius læſione.*

10 *Dotarium debetur tantum filijs primi matrimonij, & de hoc in Regno amplius non diſputatur.*

11 *Aluar. Valaſc. Conſult. 16. lib. 1. reprobatur.*

12 *Dotarium debetur filijs primi matrimonij, & ita pluries deciſum.*

13 *Alimenta præſtita per mortem filio etiam diuiti præſumuntur præſtita intuitu pietatis, & non animo repetendi.*

ARGVMENTVM.

Examinatur tex. in l. 2. ff de pact. dotal. Dotarium an debeatur tantum filijs primi matrimonij; & an filio præſumantur alimenta præſtita à matre intuitu pietatis, vel animo repetendi.

DECISIO CCXXXVIIII.

D. Angela Moraſchino filia Sp. Michaelis olim Aduocati fiſcalis M. R. C. & exinde Magiſtri Rationum Regij Patrimonij nupſit primò D. Nicolao de Bononia, ex quo procreauit D. Petrum Nicolaum, & D. Margaritam exinde monialem vocatam Sor. Petronillam. Et ſecundò D. Frãciſco de Silua, ex quo habuit D. Andream.

Veniens ad mortem dicta D. Angela inſtituit dictum D. Petrũ Nicolaum, & D. Andream æquis portionibus; & quod in portione dicti D. Petri Nicolai comprehenſa, & incluſa intelligatur portio forte competens ſorori Petronillæ.

Quæ

Quæ quidem diſpoſitio D. Angelæ communis matris fuit per dictum D. Petrum Nicolaum, & per D. Franciſcum de Silua patrẽ, & legitimum adminiſtratorẽ dicti D. Andreę filij approbata.

Orta contentione inter eos de pluribus, vt mox dicetur fuit factum compromiſſum, & ex parte D. Petri Nicolai ego fui electus, & ex parte dicti D. Franciſci de Silua, tamquam patris, & legitimi adminiſtratoris D. Andreę filij primo loco fuit electus V.I.D. Peregrinus Xurtino, quo mortuo fuit electus V.I. D. Ioannes Paulus Canzonerius, quo etiam vita functo fuit electus Spect. Franciſcus Angotta Magiſter Rationũ.

Prima ergo, & potiſſima controuerſia inter eos erat an dicto D. Petro Nicolao competeret medietas dictæ hęreditatis iuxta diſpoſitionem maternam ab eo approbatam, vel duæ partes dictæ hæreditatis altera ex perſona ꝓpria, & altera ex perſona D. Margaritæ, ſeu ſororis Petronillę eius ſororis, quę illi renũtiauerat eius iura.

Fundabat igitur dictus D. Petrus Antonius intentionem ſuã, etenim dictus Michael Moraſchinus eius auus maternus in eius teſtamento inſtituit tres eius filias quarum vna fuit dicta D. Angela, & voluit quod Antonia eius vxor poſſit bona diuidere inter dictas eius filias, illaq; fideicommiſſo ſupponere, ſeu vinculare, & conditiones apponere ad ſui libitum voluntatis, quæ fideicommiſſa facienda ex tunc approbauit, & laudauit, ac ſi per ipſum in ſuo teſtamento fuiſſent confecta.

Et contracto exinde matrimonio inter dictam D. Angelam, & D. Nicolaum de Bononia patrem dicti D. Petri Nicolai dicta ſponſa, eiuſq; mater Antonia vigore poteſtatis ſibi attributæ per eius virum in dicto teſtamento dotauerunt nonnulla bona ſub conditione, quod in dictis bonis ſuccedant eius filij legitimi, & naturales, & eorum filij, & filiorum filij, & ſi ſine filijs, vel cum filijs & illi deceſſerint ante quartum decimum annum ſuccedat ipſa Antonia mater, & aliæ ſorores, & in caſu prædicto poſſit dicta ſpõſa diſponere tantum de vncijs ottingentis.

D. Angela omnia de quibus potuit diſponere donauit Laurię de Catania reſeruatis tantũ vnc. viginti, quæ exinde donauit dictas vnc. octingentas dicto D. Nicolao primo viro dictę D. Angelæ: quo mortuo cũ Conuolaſſet, vt dixi ad ſecunda vota cum dicta D. Franciſco de Silua, in cõtractu matrimoniali fuit expreſsè pactitatum, quod ſi dicta D. Angela moreretur ſine filiis ex dicto matrimonio, vel cum filiis, & dicti filii morerentur antequã cõpleuerint duodecimum annũ eorũ ętatis, tali caſu in omnibus

Digitized by Google

dictis dotibus ſuccedant filii ex
primo matrimonio, vel eorum, &
cuiuslibet eorum liberi, & deſcē-
dentes ordine ſucceſſiuo, & in
eorum defectu dicta Antonia ma
ter ſponſæ, ſaluis tamen dictis fi-
liis primi matrimonii iuribus ſibi
cōpetentibus, & cōpetituris vi-
gore primi cōtractus matrimo-
nialis cum dicto D. Nicolao, à q̄-
bus nullo modo intelligatur re-
ceſſum, & caſu prędicto ſuccedē-
te dictus D. Franciſcus ſe obliga-
uit reſtituere omnes ſupradictas
dotes dictis filiis, & deſcendenti-
bus D. Nicolai, & D. Angelæ No
tario ꝑ eis ſtipulante, verum qđ
in dicto caſu D. Angela poſſit tan
tum diſponere de vnc. octingen-
tis.

Dicebatur ex prædictis clarè,
& euidenter cōſtare dictas duas
portiones cōpetere dicto D. Pe-
tro Nicolao, quia ſi attendimus
verba primi cōtractus matrimo-
nialis, tam dicta Antonia, quàm
D. Angela voluerūt quod ea mor
tua in dotibus ſuccedant eius fi-
lii legitimi, & naturales, & eorū
filii, & filiorum filii, quod quidē
onus fuit in dictis dotibus adie-
ctum ſtante diſpoſitione facta ꝑ
Michaelem Moraſchino, qui in
eius teſtamento pręclictam pote-
ſtatem dederat Antonię eius vxo
ri, vt dixi, & ſic fideicommiſſum,
& cōditiones adiectę in cōtractu
matrimoniali ſunt, ac ſi in teſta-
mento dicti Michaelis fuiſſent cō
tenta, & ipſemet in eius teſtamē-

1 to ita diſpoſuiſſet, etenim † diſpo-
ſitio facta per aliquem vigore fa-
cultatis ſibi conceſſæ ab alio nō
dicitur ſua, ſed diſpoſitionis al-
2 terius executio, & actus † nō at-
tribuitur exequenti, ſed mandāti
l. item eorum §. decuriones, ff. quod cu
iuſq; vniuerſit. nom. Craueтt. cōſ. 144
n. 1. Gros. conſ. 48. n. 13. & cōſ. 11.
n. 24. Surd. conſ. 29. n. 3. Franc. Fer-
rer. ſuper cōſuet. Catalon. gl. 1. n. 359.
& ſeq. Giurb. ad conſuet. Meßanen.
c. 2. gl. 12. n. 32. Gratian. diſcept. 553
num. 2.

Et ſic dum in dotibus ex diſpo
ſitionibus teſtatoris poſt mortē
D. Angelæ debent ſuccedere filii
ipſius, videtur inferendum, quod
3 † omnes filii, tàm primi, quàm ſe-
cundi matrimonii debēt ſuccede
re pro æquali portione, *l. cum pa-*
ter §. euictis, ff. de leg. 2. Bal. in auth.
ex teſtamento, C. de collat. Mantic. de
coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 2.
n. 5. & ſeq. Surd. d. conſ. 29. Cancer.
var. lib. 3. c. 3. de pact. n. 110. Man-
tic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 7.
num. 3.

Sed prædictis videbatur ob-
ſtare quod prædictum onus, &
4 fideicommiſsum † fuerit in con-
tractu matrimoniali adiectum,
quo caſu habet locum tantum, ſi
matrimonium ſeparatur per mor
5 tem ſponſæ, ſecus ſi † per mortē
ſponſi, tunc enim reſoluitur onus
& fideicōmiſſum, & dotes liberè
reuertuntur ad mulierem, adeo
quod pōt de eis ad ſui libitum di
ſponere ſeruata tantū legitima ꝑ

filij

Digitized by Google

filiis ex dicto matrimonio natis, *eſt tex. in l. 2. ff de pact. dotal. & l. 1. ff de dot. prælegat. Maſtrill. dec. 74 Gratian. diſcept. 769. Giurb. in conſuetud. Meſſanenſ. cap. 3. gl. 1. par. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 33. Molin. de ritu nupt. in prælud. lib. 3. Barboſ. in l. 2. p. 1. n. 141. & ſeq. ff. ſolut. matr. & eſt deciſio Affl. 114. Theſaur. dec. 230. Surd. conſ. 78. Bal. Nouell. de dote p. 7. priuil. 11. n. 6. Antonin. de Amat. var. reſol. reſol. 48. n. 1 & ſeq.* Ea ratione moti, ne do-
6 tis † conditio deterior fiat, & ad hoc vt facilius poſſit ſecundum virum inuenire.

Sed ex parte dicti D. Petri Nicolai dicebatur prædicta omnia ceſſare, diſpoſitio enim *l. 2. ff. de pact. dotal.* & aliorum iurium concordãtium pactum eſſe ipſo iure nullum, quia expreſſe priuat mulierẽ dote pro illo tempore, quo ea opus habebat ad ſecundo nubendum, & hoc repugnat publi-
7 cę vtilitati: nõ habet locum quãdo filij habituri ſunt dotem poſt mortem matris, nõ enim eſt prohibitum pactum, quod poſt mortem mulieris ad alium dos perueniat, imò permiſſum, quia ceſſat tunc conſideratio publicæ vtilitatis, & fauor ſecundarum nuptiarũ, vt mulier cũ eius dote poſſit denuo cõtrahere, & ſecundo nubere, ſed multo fortius in caſu iſto, quo dictũ D. Angela ſecundum reperijt virum, qui cõtẽtus extitit de dote nullo præiudicio generato filijs primi matrimonij, iuxta notata per *Cancer. lib. 1. var. c. 8. de donat. n. 88. & ſeq. & lib. 3. c. 7 de pact. n. 203. cum ſeq. Fontanell. de pact. dotal. lib. glo. 9. p. 3. clauſ. 4. n. 181 vſq; ad n. 189. tom. 1.*

Sed prædictis obſtabat ratificatio contractus facta per dictum D. Nicolaum cum authoritate Iudicis iuramento firmata.

Qua tamen non obſtante prędicta procedere debere dicebatur,
8 tur, quia prędictus † contractus fuit ſtipulatus, & à minore confectus cũ ipſius minoris læſione, quo caſu, nec authoritas iudicis quicquam operatur, dum bona ſua donat, & perdit, & nulla ſubſiſtente cauſa fuit inductus ad huiuſmodi contractum conficiendum, quo caſu decretum iudicis nullum dicitur *Milanenſ. deciſ. 19. n. 14. & ſeq. lib. 1.* qui dicit hoc eſ-
9 ſe verum † etiã ſtante c. Regis Caroli 78. dicente quod pro validitate actus ſufficiat, vt iudicis authoritas interueniat, *Mandell. cõſ. 651. n. 12. Intrigl. ſing. 87. nu. 216. lib. 3 Caſtrenſ. conſ. 432. num. 1. & 2. lib. 1. Natta conſ. 180. num. 7. Bulbacar. de feud. in tit. ſi de feud. defunct. fuer. cõtrou. n. 5. 6. & 7. Andr. Georg. alleg. 2. n. 26. & 27. Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 6. n. 16. & ſeq. Cõuerſ. ad Intrigl. ſing. 39. lib. 2. Galgan. de tutel. lib. 2. c. 21. n. 51. & ſeq.* vbi q; non credatur iudici quod cauſæ cognitio præceſſerit, & de hac cauſæ cognitione debet fieri ſeparata ſcriptura, *ex Roland. cõſ. 33. n. 11. & conſ. 99. n. 22. & ſeq. lib. 1.*

&

Digitized by Google

& ad eſt conſtitutio Excellentiſſimi Domini Comitis Caſtri ſ. 33.

Secunda, controuerſia inter eos orta, licet antiquitus in Regno pluries de ea diſputatũ fuerit, attamen de ea nõ videtur am-
10 plius dubitandum † dotarium, ſcilicet debitum mulieri viro ſuperuiuente ratione pudicitię, ſeu ruptæ virginitatis deberi tantum filiis primi matrimonii, & conſequenter dicto D. Petro Nicolao *latè Maſtrill. dec. 212. n. 1. cum ſeq. & dec. 73. n. 14. Giurb. ſuper conſuetud. Meſſanenſ. cap. 13. gloſ. 9. num. 40. iuxta text. in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. vbi doctores l. cum aliis l. generaliter auth. vxore mortua, l. hac edictali, ſ. his illud, & auth. ad eos ſub eod. Lopez de lucr. conſtante matrimonio acquiſ. ſeu ſuper l. 14. Taur. ſ. nubi 31. vbi late, & de donat. inter vir. & vxor. ſ. 67. n. 17. in fi. Intrigl. de feud. cẽt. 2. art. 7. n. 103. & ſeq.* quic-
11 quid dicat † *Aluar. Valaſc. conſult. 16. lib. 1.* cum aliis, quia eorũ opinio nunquam fuit recepta, *Dec. in l. ſi qua mulier nu. 17. eod. tit. Roland. conſ. 91. lib. 1. Alex. Trentacinq. var. reſol lib. 3. reſol. 3. m. 11. Giurb. ſuper dict. conſuet. Meſſan. c. 8. gl. 4. n. 8. & c. 13. gl. 9. n.* 4. maximè quãdo
12 mulier † conuolauit ad ſecunda vota, *Sanch. de matr. lib. 6. diſp. 41. n. 4. & ſeq.* & ita teſtatur pluries fuiſſe deciſum, & ego ita vidi deciſum in pluribus cauſis in M. R. C. & per Illuſtr. Præſidem de Rao.

Circa alias prætẽſiones vtriuſque partis, quæ in iure per Aduocatos non fuerunt controuerſæ tantummodo fuit facta diſcuſſio cum cauſidicis, ſeu Procuratoribus ad lites.

Sed in alimentis ex parte dicti D. Franciſci de Silua petitis, quæ D. Angela præſtiterat conſtante matrimonio dicto D. Petro Nicolao fuit dubitatum an deberẽtur; dicebat enim D. Franciſcus quod poſtquam D. Angela ſecũdo nupſerit, eique dotauerit eius bona, de illis nullo modo poterat D. Angela dicto D. Petro Nicolao alimenta præſtare, & multo magis debebantur, dum D. Nicolaus reclamare intendit de voluntate, & diſpoſitione facta per D. Angelam eius matrem.

Sed ex parte dicti D. Petri Ni-
13 colai dicebatur quòd † alimenta præſtita per matrem filio etiam diuiti præſumuntur præſtita intuitu pietatis, & non animo repetendi, *eſt tex. in l. Neſennius vbi glo. & Doctores, ff. de neg. geſt. & poſt oẽs Surd. de alimẽt. tit. 6. q. 8. nu. 41. & ſeq. Giurb. ad conſuet. Meſſanen. c. 7. glo. 13. n.* 40. vbi idem firmat in Patre.

Quod fortius confirmabatur, quia D. Angela mater ſibi reſeruauerat in contractu matrimoniali, ſeu capitulis factis cum dicto D. Franciſco vnc. triginta quolibet anno, quas in facto aſſerebatur dictum D. Franciſcum fuiſſe conſequutum.

Item

Digitized by Google

Item per aliquot teſtes fuerat probatum Antoniam Pozo, & Moraſchino maternã D. Angelæ, & auiam matrem dicti D. Petri Nicolai ipſi alimenta præſtitiſſe, quæ auia commorabatur in ſimul cum dicta D. Angela D. Franciſco, & D. Petro Nicolao.

Cauſa prædicta adhuc pendet indeciſa, & quia dictus Sp. de Angotta non fuit exinde arbiter electus, quoniam eius vxor erat amita alterius coniugis dicti de Silua; ſed exinde, vt audio inter eos fuit tranſactum.

SVMMARIVM.

1 *§. Theſauros inſtit. de rerum diuiſ. ſuper inuentione theſauri examinatur.*

2 *Conſtitutiones Regni ſuper inuentione theſauri corrigunt ius commune.*

3 *Ordo Suæ Catholicæ Maieſtatis in anno 1596. ſuper inuentione theſauri, quod ſeruentur iura communia.*

4 *Theſaurus etiam dicitur pecunia abſcõdita, de cuius dominio, & memoria ignoratur.*

5 *Vendens domum, ſeu prædium an cenſeatur vendere pecuniam, & theſaurum ibi abſconditum, & poſtea inuentum.*

6 *Pecunia de recenti abſcondita in domo ſeu prædio non continetur in venditione.*

7 *Pecunia abſcondita, cuius memoria nõ extabat cenſetur vendita cum prædio, ſiue domo vendita.*

8 *Rei ſuper inuentione theſauri fuerunt excarcerati per Sereniſſimum dominum Principem Philibertum anno 1623.*

ARGVMENTVM.

Inquiſitio ſuper inuentione theſauri an procedat in Regno.

DECISIO CC XXXX.

Marius Reytano Vrbis Meſſanæ fuit ex parte Procuratoris Regij Fiſci Inquiſitus corã Sereniſſimo Principe Philiberto de inuẽtione theſauri, nam præſupponebatur in facto quòd die 30. Iunij 1622. fuit man-

Digitized by Google

datum quòd venderentur quidam muri Ciuitatis diruti cum quibuſdam domibus ad effectum in eis fabricandi pro decore Ciuitatis, & ſeruitio publico, & die 8. Iulij fuit facta venditio partis dictorum murorum Ioan. Baptiſtæ Reytano fratri Marij, quem inſtituit hæredem vniuerſalem; eoque mortuo ſub die 22. eiuſdem intendebat fiſci Procurator die 16. Septembris eiuſdem anni fuiſſe inuentum theſaurum in prædicto muro, vt ſupra vendito, dictumque Marium, tamquam prædonem non ſolum ad reſtitutionem dicti theſauri teneri; ſed etiam grauiter puniendum vti rerum fiſcalium occupatorem.

Et dato quòd probatio ex parte Procuratoris Regij fiſci fuiſſet concludens, licet ex parte rei contrarium firmiter diceretur, attamen fuit neceſſe diſcutere quid iuris.

1 Et quidem de iure communi *eſt tex.* † *in* §. *theſauros inſtit. de rerum diuiſ. vbi text. ait theſauros quos qs in loco ſuo inuenerit D. Adrianus naturalem æquitatē ſecutus ei conceſſit, qui eos inuenerit.* Idē ſtatuit ſi quis in ſacro, aut religioſo loco fortuito caſu inuenerit, at ſi quis in alieno loco non data ad hoc opera, ſed fortuito inuenerit dimidium domino ſoli conceſſit, & dimidium inuentori; & conuenienter ſi quis in Ceſareo loco inuenerit dimidium inuentoris, & dimidium eſſe Ceſaris ſtatuit; cui conueniens eſt, vt ſi quis in fiſcali loco, vel publico, vel ciuitatis inuenerit dimidium ipſius eſſe debeat, & dimidium fiſci, vel ciuitatis; glo. ibi in verbo, *non data opera ait, non data opera, aliàs totum domino redditur, in ſuo tamen loco pōt operam dare, non tamē magica arte aliàs eſſet fiſci, vt C. de Theſaur. l. vnica, lib. 10. Concordat text. in l. numquam* §. *theſauros, ff. de acq. rer. domin.*

2 Sed per conſtitutiones Regni † *incip. pecuniam, & conſtitut. Mancipia, & conſtit. dohanæ de off. Secret. & per capit. Iacobi 23. & Ferdinand. 124.* Videtur correctum ius commune, quia tenetur officialibus reuelare, & conſignare, fiſcus enim eſt dominus rerum, quæ dominum non habent, vt ibi, committit furtum, & contra huiuſmodi viros proceditur ad torturam, vt dixit *Boniorn. ſuper capit. Reg. Ferdinand.* 124. vbi dum Regnum ſupplicauit ſuper his Suæ Catholicæ Maieſtati, fuit prouiſum quod ſeruentur Conſtitutiones, & Pragmaticæ Regni, & Prorex, & Magna Curia, & alij Officiales, ad quos ſpectat bene aduertant, ne aliquis indebitè ex dicta delatione vexetur, & moleſtetur.

Su.

Digitized by Google

Superuenit exinde † ordo ſuæ
3 Catholicæ Maieſtatis die 15. Augusti 9. Indict. anni 1596. de quo mentionem facit *Ant. de Ball. de litter. diſpenſat. caſ. 11. n. 16. & 17. fol. 124.* per quem ſtatuit, quod ſeruentur iura communia, & ita hodie ſeruari in Regno iura cõmunia teſtatur ipſemet *Bal. & ſecundũ prædicta conſuluit Burſat. cõſ. 209 p tot. lib. 2. & ibi n. 15. & 16.* ſubdit
4 Theſaurũ † etiã dici pecuniã abſconditam, de cuius dominio, & memoria ignoratur *d. §. theſauros, & ibi per eum, Menoch. præſumpt. 3. n. 6. lib. 6. Caualc. deciſ. 15. per totam p. 2.* vbi in fine ponit quæſtionẽ
5 † quando quis vendit domum, & prædium an cenſeatur etiam vendidiſſe pecuniam, & theſaurum ibi abſconditum, & poſtea inuentum, *& ex Roſell. Caſſan.* & alijs determinat quòd ſic, ſecus quo ad pecuniam de recenti abſconditam, quia læſio non aderat tempore contractus, cum nondum erat detecta læſio, & Theſaurus repertus, *ex Crauett. conſil. 11. nu. 17. volum. 1.* Quæ ſunt intelli-
6 genda quando † pecunia non fuit abſcondita ab ipſo vendito-
7 re de recenti, tunc † enim procedunt ea, quæ de theſauro, vbi de memoria ignoratur. Prædicta ſequitur *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 316. vbi examinat vſque ad num. 329. & adducit num. 318. verſ. Hodie dictam ordinationem Suæ Catholicæ Maieſtatis Regis Philippi II. de anno 1596.* quòd in his ſeruetur ius commune, & ſuper huiuſmodi materia allegat ſcrib. & præſertim *Barboſ. in l. diuortio 8. §. ſi ſecundum n. 48. cum ſeq. ff. ſolut. matr. num. 48. & ſeq. Farinat. quæſt. criminal. 104. inſpect. 1. nu. 31. & ſeq. & Aponte de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de theſaur. Afflict. deciſ. 321. & alios, Muta ad cap. Regni cap. 23. tom. 1. nu. 29.* Et ſi inueniatur in loco Eccleſiæ cuius ſit examinat latè *Genuenſ. in praxi q. eccleſ. q. 544.*

8 Quibus cõſideratis † facta relatione dicto Sereniſſimo Principi per Ill. D. Ferdinandum Mattute Conſultorem, & per Sp. D. Cathaldum Fimia, tunc Iudicem Trib. C. S. R. C. & per me Iudices in cauſa fuit prouiſum, quòd dictus Marius Reytano, & complices excarcerentur, & hoc ſub die 17. Augusti 6. Indictio. 1623.

SVMMARIVM.

1 *Æſtimatorum relatio redacta in actis Curiæ reputatur tamquam laudũ.*
2 *Reductio ad arbitrium boni viri cõceditur ab æſtimatione facta per expertos: quod maximè p̃cedit, quãdo electio eſt facta à Iudice, n. 3.*

4 *Reviſio in dubio præſumitur petita ante executionem.*

5 *Conditio vt purificetur, pars ſufficit citari.*

6 *Summaria cognitio ſufficit in liquidãda conditione: nec eſt opus interlocutoria, n. 7.*

8 *Conditio in inſtrumento adiecta in Regno fit parte incitata.*

9 *Liquidatio inſtrumenti fit per viam informationis per omne genus probationis.*

10 *Reæſtimatio non habet effectum ſuſpẽſiuum, quãdo fit vigore inſtrumẽti.*

11 *Tertius æſtimator quando eligatur à Iudice.*

12 *Pater vltra legitimam non tenetur dare filijs, nec æqualationem facere*

13 *Euictio non datur in donatione, quando incipitur a traditione.*

14 *Extenſio non fit in executiuis de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, ſed quod ommiſſum eſt habetur pro ommiſſo.*

15 *Contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam.*

16 *Clauſulæ executiuæ contractus non ampliant contractus obligationem.*

17 *Datio inſolutum ſaltim eſt nulla quo ad exceſſum.*

18 *Datio inſolutum in fraudem facta nihil operatur, & ſuperfluum reſcindendum venit.*

ARGVMENTVM.

Conceſſa reæſtimatione an ſit ſuperſedendum in exequutione contractus, multa pro æqualatione filiarum, & clauſulæ exequutiuæ in fine contractus quid operentur.

DECISIO CCXXXI.

ANDREAS Lombardo habuit tres filias Annã vxorem Benedicti de Marino Baronis Sancti Caroli, Lauriam vxorem Andreæ de Marchiſio, & D. Petronillam, quæ prius nupſit Bernardino Ferreri filio primogenito Baronis Pictinei, & exinde D. Octauio Corſetto.

Primis duabus filiab⁹ cõſtituit in dotem ſcuta quindecim mille pro qualibet, & D. Petronillę ſcuta quadraginta mille cum pacto, quod ſi tempore eius mortis facta ęqualatione cum alijs filiabus remanerent alia bona, & effectus vltra æqualationẽ ad ſcuta quadraginta mille pro qualibet de eo, quod ſupererit cenſeantur dotatæ dictæ D. Petronillę alię vnc. quatuor mille, ſeu ſcuta decem mille conſequendæ in pecunijs, vel in raubis, prout remanebunt ſecuta morte dicti de Lombardo, prout per alium actum etiam di-

Digitized by Google

ctis Annæ,& Lauriæ eorumq; viris pmiſerat Andreas pater æqualationem prædictam ante dotationem factam eidem D. Petronillæ, & facta aſſignatione pro æqualatione prædicta quorumdam bonorum, & reddituum fuerunt aſſignata territoria, & Maſſariæ, prout extimabuntur tempore mortis dicti de Lombardo per duos communes amicos, & in caſu diſcordiæ per tertium neutri parti ſuſpectum.

Volẽs itaq; dictus D. Octauius maritus D. Petronillæ ſibi ſatisfieri de prædictis ſcutis decẽ mille dotatis, quoniam de ſcutis quadraginta mille iam fuerat ſatisfacta, & intendens perueniſſe penes dictos de Marino, & Marchiſi vltra ſcuta quadraginta mille multa bona dicti de Lombardo, ſuper quibus potuiſſet ſibi ſatiſfieri cauſauit executionẽ in vnc. duabus mille in compotum cõtra dictas D. Annam, & Lauream eorumq; viros.

Et ad fundandam prædictam executionem prius iniunxit prædictis de Marino, & Marchiſi, quatenus eligerent eorum expertum, & æſtimatorem, vt cum experto electo per ipſum D. Octauium debeant æſtimare Maſſariam, & territoria eis donata cum clauſula, quod illa poſt mortem dicti de Lombardo æſtimentur per communes expertos, & in caſu diſcordiæ per tertiũ neutri parti ſuſpectum.

Et electis æſtimatoribus æſtimator electus per D. Octauium æſtimauit ad vnc. 12766. æſtimator verò dictarum Annæ, & Lauriæ ad vnc. 9193. Vnde interuenit tertius æſtimator electus per Magiſtrum Notarium M. R. C. qui confirmauit æſtimationem factam per æſtimatorem D. Octauij.

De qua æſtimatione ex parte dictorum de Marino, & Marchiſi fuit petitum grauamen, & petita reæſtimatio, & nihilominus cauſata prædicta executione fuerũt præſentatæ oppoſitiones ad effectum quod executio retractetur.

Sed ex parte dicti de Corſetto fuerunt tentati tres articuli, primus quod dicti de Marino, & Marchiſi non audiantur in dicta reæſtimatione, quia obſtabat pactum de non opponendo, & de non præueniendo. Secundus, qđ capitula præſentata ad probandum iniuſtitiam dictæ æſtimationis non admittãtur eadem ratione, quia cauſa erat executiua. Tertius quod oppoſitiones præſentatæ aduerſus prædictam executionem vnc. duarum mille Reijciantur.

Primo loco in M.R.C. fuit deciſum quod dicti de Marino, & Marchiſi audiantur in reæſtimatione, de qua dictus D. Octauius petijt reuocationem via contrarij Imperij.

Dicebatur ex parte dictorum de Marino, & Marchiſi dictã inter-

terlocutoriam eſſe confirmandã. Quia æſtimatores reputantur, vt arbitratores, in quos compromittitur æſtimatio, † eorumq; relatio redacta in actis Curiæ reputatur, tamquam laudum, *eſt tex. in l. hac edictali, §. his illud C. de ſecund. nupt. vbi text.* iſtos æſtimatores arbitratores appellat, & eſt alius *tex. in l. fin. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. vbi Bal. Sal. & alij, Alex. conſ. 21. n. 8. lib. 7. Gabr. conſ. 168. n. 104. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 91. par. 1. Muta deciſ. 55. num. 20. Neguſan. in ſilu. q. 4. num. 50.* vbi dicit hoc procedere quando ſunt electi à Iudice, ſecus ſi à parte, *Gratian. diſcept. 228. num. 1.*

2 Sed quia † à laudo arbitratorum non obſtante renuntiatione cum iuramento, & pacto de non opponendo ſtante læſione conceditur reductio ad arbitrium boni viri, vt veritas perſcrutetur, *per not. per Io. de Amicis conſ. 202. n. 2. Maſtrill dec. 90.* datur etiam ab iſtis æſtimatoribus, tãquã arbitris, *Marcheſ. de cõmiſſ. c. 17. p. 1. n. 18. & ſeq. fol. 198. Muta dec. 95. n. 6. & ſeq. Monet. de cõmut. vlt. volunt. c. 8. n. 68. & ſeq.*

3 Quod maximè procedit † qñ electio eſt facta à iudice, prout erat in caſu iſto, quia electio tertij æſtimatoris erat facta à Magiſtro Notario M. R. C. *ex not. per Riminald. conſ. 212. lib. 2. & conſ. 335. n. 2. & 3. lib. 3. Marant. in prax. 4. p. diſt. 11. n. 4. Maſcard. de probat. concl. 610. n. 11. lib. 2. Intrigl. dec. 15. n. 84. & eſt conſ. Bal. 387. incip. ille qui grauatur in menſura, vel æſtimatione lib. 3. Gratian. diſcept. 263. n. 15. & ſeq. Muta, & Neguſ. in locis allegatis.*

4 Et maximè † quia reuiſio petita prætẽdebatur ante executionem, & in dubio antea fuiſſe petitam præſumendum eſt, *Mart. vot. 147. in fin.*

Sed ex parte D. Octauij reſpõdebatur promiſſionẽ dictorum ſcutorum decem mille fuiſſe factam ſub duplici conditione, ſcilicet ſolutis legatis, & facta æqualatione dotium, de ſolutione legatorum inter partes non aderat controuerſia, de æqualatione dotium ſatis conſtare dicebatur ex prædictis æſtimationibus.

5 Et ſic conditio † prædicta fuit purificata parte citata, vt voluit *Bart. in l. creditores q. 3. C. de pignor. Galleſ. ad form. Camer. q. 35. num. 2.*

6 † In liquidanda enim conditione, vt inde poſſit deueniri ad executionem contractus ſufficit ſummaria cognitio citato reo, *Couar. lib. 2. var. reſol. c. 11. n. 2. Suar. de Paz in prax. 4. p. n. 17. to. 1. f. 88.* licet nõ debeat eſſe præſumpta probatio, ſed vera *Craſſ. except. 33. num. 20. Burg. de laudi. in ſpe. 40. n. 210. p. 3.*

7 Nec eſt † opus aliqua interlocutoria ſuper conditionis liquidatione, imò cautela eſt, vt nõ proferatur interlocutoria, ne iudiciũ ſummarium, ſiue exequutiuũ fiat ordinarium *Suarez in l. poſt rem iudicatam limit. 4. nu. 5. Couar. d. c. 11. n. 1.*

n. 1. verſ. primum ex his conſtat Suarez de Paz in prax. 4. p. dicto cap. 1. num. 18.

Et licet de iure ſola partis ci-
8 tatio requiratur, tamen † in Regno de conſuetudine verificatur conditio adiecta in inſtrumento parte incitata, *Cumi. ritu 6. n. 1 0 2 Intrigl. ſing. 1 9 6. lib. 2. Burg. d. inſpect.* 40. *n. 6 5. Maſtrill. dec.* 1 9 7. *nu.* 2 7. *lib.* 2.

Et in probando mortem, vel ſucceſſionẽ ad effectum exequendi inſtrumentũ, *Aſin. de exequ.* §. 1. *c. 1 9. Caroc. de except. c. 6 7. n. 6.* Et
9 † quod liquidatio inſtrumẽti fiat per viam informationis per omne genus probationis, *Caroc. de except. c. 9 1. n. 8.*

10 Nec obſtabat quòd fuerit † petita reæſtimatio, quia non habet effectum ſuſpenſiuum, *Parlador. rerũ quotid. p. 1. c. fi. n. 2 9. & ſeq. Curia Filippica 2. p. §. 9. n. 7. fol. 3 2 8. Gratian. diſcept. 1 8 3. nu. 3 7. Franc. Anton. de liquid. inſtrum. conſid. 4. n. 7 9. Eſcobar de ratiocin. c. 3 3. nu. 2 3. &* 24. vbi dant rationem, quia articulus liquidationis inſtrumẽti habent ſe, vt incidens, quod aſſumit naturam cauſæ principalis.

Et maxime ſtante pacto de nõ opponendo, quod pactum non ſolum eſt conceptum reſpectu debiti principalis, ſed reſpectu liquidationis, ſeu extremorum verificationem, *Cumia ritu 2 4. num. 1 9. Scacc. de appell. q. 1 7. cap. 2. limit. 9. num 3 4.*

Tum quia agitur de probãdo valore rerum aſſignatarum, & agitur de intereſſe intrinſeco, qđ eſt pretium rei, quo caſu procedit ritus per *Cumi. c. 2 4.*

Vnde ex his dicebatur ex parte D. Octauij, quod licet reæſtimatio, ſeu reductio ad arbitrium boni viri cõcederetur, non propterea erat in exequutione ſuperſedendum.

11 Nec his obſtabat † tertium fuiſſe electum à iudice, cum tamen debuerat eligi per ipſos contrahentes, ex *Gabr. conſ. 1 6 8. n. 1 0 4. lib. 1. & alijs vbi ſupra.*

Nam fuerat facta parti iniunctio ad præſentandum tabulam minus ſuſpectorum pro eligendo ipſo tertio, & præſentatis tabulis ꝑ vtrãq; partẽ nõ cõcordauerũt partes ipſæ in electione tertij, & ob id fuit electus, vt ſolet per Magiſtrum Notarium, quo caſu Iudex eligit, & habetur, ac ſi per partes electus fuiſſet, *Barz. dec. 2 2 n. 1 0. & ita declarat Gabr. d. conſ. 1 6 8 n. 1 0 0. lib. 1.*

Item quia æſtimatores tãtum per ipſas partes eligi debebant, non autem tertius, qui per Iudicem erat eligendus quando de æſtimatore agitur, *Felin. in c. ſuſcipit n. 1. verſ. cõtrarium tamen de off. deleg. Caroc. dec. 4 0. nu.* 11. *Barz. vbi ſupra.*

Sed multo fortius prædicta locum habent, quia partes in iſta electione tertij fuerunt citatæ, eiſq; fuit iniũctum ad intereſſen-

dum

dum æſtimationi prædictæ, in cuius iniunctionis exequutionẽ eius expertos miſerunt, qui cum dicto tertio electo, vt ſupra ęſtimauerũt, quo caſu omnia ceſsãt, & prædictę ęſtimationi ſtandum erit, *Couar. var. reſol. lib. 2. c. 13. n. 5 verſ. ſexta concluſio, Barz. d. dec. 22. n. 25. & n. 29.*

Ex quibus omnibus fuit ſuper articulo deciſum. Non audiatur quoad effectum ſuſpenſiuum tãtum: ex quo etiam fuit deciſus articulus receptionis teſtium.

Remanebat deciſio meritorũ an ſcilicet executio procedere deberet in prædictis vnc. duabus mille, pro quibus fuerat adimpleta ſuper bonis aſſignatis d. de Marino, & Marchiſi, quæ prætendębatur ex parte D. Octauij excedęrẽ valorem ſcutorum quadraginta mille, pro quibus fuerat æqualatio facta.

Et propterea neceſſe fuit deuenire ad diſcuſſionem valoris dictorum bonorum, quæ cum in facto potius, quàm in iure conſiſterent fuerunt in Prouidenda pluries coram nobis cum cauſidicis, & Aduocatis vtriuſq; partis diſcuſſa, & agitata, aliqua fuerunt in iure deducta pro aliquibus partitis, de quibus inter partes aderat controuerſia. Ex parte etenim dictorum de Marino, & Marchiſi dicebatur eſſe deducenda onera, quæ ſuper prędictis debebantur.

Et nihilominus Aduocatus dicti de Corſetto ea non eſſe deducenda ex pluribus allegabat, tum q͂a æſtimatores prædicti habuerunt reſpectum ad onera. Quod tamen in facto non oſtẽdebatur, tum quia dictus de Lombardo aſſignauerat dictam Maſſariam, & & territoria ex mera liberalitate,

12 quia vltrat legitimam pater non tenetur dare filiæ, nec æqualationem facere, nec dare æqualem dotem omnibus filiabus *Dec. conſil. 26. Ceph. conſ. 57. n. 40. lib. 1. Marant. diſput. 10. n. 23. Grammat. dec. 101. n. 19.* Vnde voluit donare, & in donatione non datur euictio, quando incipitur à traditione, *gl. in l. 2. C. de euict. Rimin. in §. 1. n. 161. inſtit. de donat. Boer. dec. 67. Cãcer. var. reſol. lib. 3. c. 4. n. 20. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 13. n. 4 n. 18.* vbi *n. 20.* declarat quando incipitur à traditione. Ideo ſi æſtimatio eſt facienda daretur euictio, quod eſſet contra naturam actus donationis, quæ incipit à traditione: & fortius quod dictus de Lõbardo aſſignauit bona prædicta cum conditione tamen quòd de euictione non teneretur.

Sed reſpondebaĩ q̃ dicta ſcuta decem mille fuerunt dotata facta prius æqualatione dictarũ ſororũ ſuper aliis bonis, quę remãſiſsẽt, at ęqualatio nullo modo fieret, ſi onera prædicta remanerent pro aliis ſororibus, cõſequerentur. n. tanto minorẽ quantitatẽ, onera enim minus rem valere faciunt.

Vnde

Digitized by Google

Vnde licet vera ſit concluſio præcitata, non tamen procedit, quando pater promiſit æqualare filias, & alteri filiæ dotauit facta prius æqualatione. Item nec erat verum in facto fuiſſe meram donationem, ſed promiſſio in augmentum dotis, enixè etenim voluit per plures actus omnes filias conſequi debere ſcuta quadraginta mille, licet D. Petronillæ magis dilectæ aſſignauerit meliora bona, & vltra ſcuta decem mille factis æqualationibus.

In tantum quòd videbatur ex his deductionem onerum faciendam.

Aliud etiam caput oppoſitionum fuit diſcuſſum an prædicta executio potuerit procedere cõtra ipſos de Marino, & Marchiſi, dicebant enim eſſe tertios poſſeſſores, & non hæredes dicti de Lombardo, cõtra quos datur via exequutiua, & hoc ſtante inſolutum datione facta ſibi met ipſis pro æqualatione dotium prædictarum, & vigore aſſignationis eis factæ per dictum de Lombardo pro æqualatione dotium, in quo aſſignationis contractu, ſeu inſolutum dationis dictorum bonorum non aderat præſens, & expreſſa obligatio neceſſaria ad viã executiuam iuxta formam ritus

14 c. 111. & in executiuis, † & obligationibus inducendis, quę sũt ſtricti iuris non dẽt fieri extenſio de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, ſed quod ommiſsũ eſt habetur pro ommiſſo, *Hipp. Riminald. conſ. 392. n. 16. & ſeq. lib. 4 Tuſc. litera O. concl. 33. lib. 5. Gratian. diſcept. 716. n. 5. & ſeq. Mantic. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 1. n. 8. & ſeq.*

15 vbi dat exẽpla. contractus † enim non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed tantum arctatiuam, etiam ſi ſine ea promiſſio ſtare non poſſit, *Bald. conſ. 145. lib. 5. Burſat. conſ. 449. in fin. lib. 4. Maſtrill. dec. 36. n. 10. p. 1.*

Nec clauſulæ executiuæ appoſitæ in fine contractus quicquam operantur, quia ſunt acceſſoriæ ad contractum, & non diſponũt, ſed tantum promiſſa, & diſpoſita in contractu corrobant, & eis exequutionem tribuunt, ita ut ſi in principali contractu ob-

16 ligatio non contineatur † iſtæ clauſulæ nihil operantur, nec poſſunt ampliare contractus obligationem, ita poſt *Socin. Angel. Dec. Grat. Natt. & alios dixit Caball. conſil. 142. num. 100. & ſequen. lib. primo, Intrigl. ſing. 40. lib. 3. Giurb. dec. 42. num. 24. Farinat. deciſ. 55. num. 5. par. 1. tom. 1.* & quod non alterant principalem diſpoſitionem, *Peregr. var. reſol. lib. 5. n. 18.* niſi ſint poſita in medio inter diſpoſitiuas, *Barz. deciſ. 96. num. 9. Laderch. conſil. primo, num. 13.*

Sed ex parte aduocati D. Octauij reſpondebãt quod dicta datio inſolutũ fuit facta ꝑ æqualatione dotium, ſed quotieſcumque apparet nullum ad fuiſſe

17 debitum, vel non tantum, † pro quãto datio ipſa inſolutum proceſſit, vtique nulla poteſt dici facta datio inſolutum, & ſi de facto fieret eſſet nulla ſaltē in illo exceſſu, *l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condit. indeb. vbi Bart. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. & alij, Surd. conſ. 39. n. 26 verſ. poſtremo lib. 1. & conſ. 217. n. 17. lib. 2. Aſin. de exequut. §. 4. cap. 11. Gratian. diſcept. 3. n.* 24. Imò q̄ in totum ſit nulla, *Surd. dec. 45. n. 3. & 4. Monach. dec. Florent. 48. n. 2 & in* ſententia *Gratian. diſcep. 363 num. 6.*

Et in Tribunali fuit conſiderata illa ratio, quod dicta bona fuerunt aſſignata, & inſolutum data ſimpliciter, ſed cum conditione, quod poſt mortem dicti de Lombardo de eis fieret æſtimatio, quæ non perperam erat facienda, ſed ad effectum æqualandi dotes inter filias, qua æqualatione facta debebant ſolui D. Petronillæ alia ſcuta decem mille, de quibus agebatur, & ſic datio inſolutũ non poterat operari effectum ſuum, niſi pro quantitate debita in dotium æqualationem, & reſiduum remanebat in hæreditate dicti de Lombardo, ſuper qua etiam via exequutiua agi poterat. Et allegabatur in his terminis *Nizol. alleg. 24. n. 5. & n. 9.*

18 Immo datio inſolutum † ab eiſdemmet ſibi facta tamquam in fraudem non facta prius æſtimatione iuxta ordinem datum à prædicto de Lombardo, nihil debet operari, & ſuperfluum ab eis inſolutum datum reficiendum venit, *eſt text. in l. Lucius 78. §. titia, ff. ad Trebellian. vbi Bartol. Morot. conſil. 13. num. 2. in medio.*

Nec ratio vlla ſuadere poterat, quod ipſæmet poſſiderent bona prædicta, eorumque culpa deſierint eſſe inhæreditate, & intendant exequutionem non poſſe procedere, tamquam ſuper rebus à tertio poſſeſſis.

Non obſtant contraria, quia vera eſt concluſio, quòd ſi non adeſt obligatio expreſſa, & præſens ex forma ritus non datur via exequutiua, nec fit extenſio de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, & caſus ommiſſus habetur pro ommiſſo.

Sed in caſu prædicto aderat obligatio expreſſa, & præſens dicti de Lombardo, qui dotauit dicta ſcuta decem mille factis æqualationibus, vt ſupra pluries eſt dictum, aſſignauitque bona dictis de Marino, & Marchiſi cum conditione, vt poſt eius mortem æſtimarentur, & ſic pro executione iſtarum obligationum in contractibus prædictis promiſſarum operantur clauſulæ executiuæ in fine appoſitæ, quia non ampliant, nec inducunt nouam obligationem, ſed contentam in contractibus exequuntur.

Vnde diſcuſſis, vt ſuperius di

xi

xi partitis introitus,& exitus maxima cum diligentia, & labore fuit per M.R.C.& per Sp.Io. Baptiſtam Caſtelli, Ioſeph Faraci M.Rationalem Reg. Patrimonij datum loco Sp. D. Vincentij Romano,& per me tunc Iudices M.R.C.die 27.Iulij 1624. deciſum Reijciantur in vnc. ſeptingentis triginta vna, & tarenis præſtito de reſtituendo in caſu ſuccumbentię, in reliquis ſtent, ita quòd iſti Iugales de Marchiſio, & dictus Andreas etiam nominibus,& Anna de Marino, & Amato teneantur retrocedere iſtis oppoſitis iura pro ſumma vnciarum ſeptingentarum viginti pro iuribus decurſis redditus vnc.centum octuaginta debitis per Regiam Curiam pro interuſurijs maturatis ante mortem Franciſci Lombardo,quę teneantur defendere facto eorum tantum,ac etiam teneantur cedere iura eiſdem oppoſitis pro ſumma vnc. cētum quadragintaquatuor contra Antoninum de Angelo,& in vnc. duodecim contra Petrum Antonium Anſalone, ſaluis iuribus oppoſitis contra prædictas de Marchiſi, & Marino nominibus, caſu quo ſummæ prædictæ apparerent fortè per eos exactæ, ac etiam dicti oppoſiti pro ſūma vnc. trecentum & octo, & tarenorum vigintiquatuor debitarū Ioanni Marię lo Veſco pro capitali,& fructibus teneant̄ ſeruare indēnes ipſos opponētes in caſu moleſtiæ inferendę,ac etiā ſaluis iuribus d. Andreę de Marchiſio pro ſumma vnc.ſeptuaginta octo tarenorum viginti ſex, & granorum decem, & ſeptem caſu quo poſt viſionem computorum appareret creditor, quæ ſolui debeant caſu prædicto ſuper dicta ſumma vnc. ſeptingentarum viginti exigenda à dicta Regia Curia. Ita quòd diſtractio pro executione præſentis interlocutorię fiat ſuper bonis omnibus hæreditarijs dicti de Lombardo, ac etiā ſuper bonis omnibus aſſignatis pro ęqualatione,& hoc ſtante interlocutoria,vt ſupra latą.

Qua interlocutoria in meritis lata fuit petitum remedium via contrarij Imperij per dictum D. Octauium, & ob mortem dicti Sp. de Faraci fuit datus Iudex Ill. Lutius Dēti tūc Magiſter Rationū,& ad præſens meritiſſimus Pręſes Trib. C.S.R.C.& iterū diſcuſſa cauſa, & partitis oībus cū partibus, eorumq; aduocatis, & cauſidicis fuit die 6. Nouembris 1625. deciſum quod reijciantur in vnc.1374. & tar. quoniā reliquæ fuerūt depoſitatę per tab. & hoc facta diſcuſſione omniū partitarum, introitus, & exitus bonorum hæreditariorum.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio facta per conductores non poteſt priuare dominum eius poſſeſſione.*

2 *Coloni non poſſunt interuertere poſſeſſionem domini.*

3 *Conſtitutum transfert poſſeſſionem.*

4 *Conſtitutum factum à defuncto in contractu transfert poſſeſſionem post eius mortem.*

5 *Hæres conſtituentis non poteſt contrauenire facto defuncti, niſi dominus ei permiſerit tacitè, vel expreſſe.*

6 *Conſtitutum adiectum in donatione transfert veram, realem, & perſonalem poſſeſſionem.*

7 *Iudex ſi vendit bona debitoris, non propterea verus poſſeſſor priuatur eius poſſeſſione.*

8 *Ciuilis poſſeſſio operatur, vt poſſeſſor faciat fructus ſuos.*

9 *Poſſeſſio ciuilis tribuit poſſeſſori turbato querelam turbatæ poſſeſſionis, & remedium retinendæ.*

10 *Conſtitutum non operatur, ſi per aliũ poſſeſſio fuerit realiter capta.*

11 *Poſſeſſio acquiritur ex actu nullo ſecuta tamen reali traditione, & apprehenſione.*

12 *Conſtituti iuſtitia, vel reſolutio pendet à meritis cauſæ.*

13 *Poſſeſſio, & adiudicatio de bonis alienis dũmodo ſciẽter nõ fiat eſt valida.*

ARGVMENTVM.

Monaſterium, ſeu Conuentus Religioſorum citatus quatenus an poſſit fori declinatoriam obtinere, ſi non habeat veram, & realem poſſeſſionem.

DECISIO CCXXXXII.

FAcillima fuit reſolutio articuli tentati ad inſtantiã venerabilis Cõuẽtus S. Nicolai Tolentino Vrbis Panormi cõtra Sp. Horatiũ Gio. Cardo Magiſtrũ Portulanum huius Regni; nam licet Conuentus prædictus fuerit citatus quatenus ſua putauerit intereſſe, declinatoriam tamẽ fori tentauit, quia in poſſeſſione domorum, ſeu apothecarum, de quibus iudicium reuendicatoriũ fuerat tentatum adeſſe intendebat.

Sed ex parte dicti de Gio. Cardo obſtendebatur D. Melchionã Pinedo dictarum apothecarum iudicium reuẽdicatorium tentaſſe contra D. Virginiam de Pinedo

do, & Gio. Cardo principaliter, qua mortua fuiſſe transfuſum iudicium contra prædictum Horatium eius vniuerſalem hęredem, & dictum Cōuentum quatenus, quæ quidem apothecę prius poſſidebantur per Marcellum de Pinedo virum dictæ D. Virgineæ, qui illam vniuerſalem hęredem inſtituit, ſed exinde contra curatores datos pro eius dotibus oĩa bona viri ſibi adiudicauit, & locationes factas per eius virum cōfirmauit, quibus confectis, eaque mortua inſtituto hęrede vniuerſali prædicto Horatio eius fratre, aditaq; hæreditate die 29. Octobris 1623.

Eodem die conductores prædicti recognoſcunt dictum Conuentum ſub pretextu cuiuſdam donationis factæ per Philippam Pinedo matrem D. Melchionæ, tunc prætenſam dñam cum reſeruatione vſusfructus pendente tamen iudicio prædicto reiuendicatorio tentato contra prędictam Virgineam.

Vnde ex predictis dicebatur nullo modo Conuētum prędictũ fori declinatoriam obtinere potuiſſe, etenim D. Virginia erat in poſſeſſione apothecarum, & contra eam tentatum iudicium reuendicatorium, cuius fuerat hæres Horatius frater, ideo non obſtante recognitione prædicta facta per conductores apothecarũ non potuit eius poſſeſſione priuari, *Put. dec. 131. lib. 2. Honded. conſ. 20. n. 16. lib. 1. Gratian. dec. 10. n. 8.* & maximè quia coloni non fuerunt expulſi, immo denuo ab eodem Horatio apothecas conduxerunt, *Mantic. dec. 346. nu. 3. Gratian. diſcept. 519. nu. 74. & ſeq. Menoch. conſ. 928. n. 24. Amat. reſol. 39. n. 16.*

2 Et licet colonus recognouerit alium in dominum, non ideo domini, vel hęredis poſſeſſionem interuertere poterat, etiã quòd ſoluerit, *l. quamuis, §. ſi conductor ff. de acquir. poſſ.* vbi *text.* ait *ſi conductor rem vendiderit, & eam ab emptore conduxerit, & vtrique mercedes præſtiterit prior locator poſſeſſionem per conductorem rectiſſimè retinet. Bero. per dictum text. ita firmat conſ. 42. n. 22. lib. 3. Natta conſ. 538. n. 10. Surd. conſ. 160. n. 27. Bologn. conſ. 6. n. 18. Capic. dec. 47. n. 3 Idem Bero. conſ. 24. n. 27. & conſ. 75 n. 22. lib. 3. Dec. conſ. 400. n. 9. Gabr. conſ. 59. n. 39. Benintend. dec. 93. Caualc. dec. 44. n. 103. lib. 1. Gratian. vbi ſupra, & Amat. d. reſol. 39. n. 16 & ſeq.*

Et ſic cum poſſeſſio dictæ Virgineæ fuerit in anno 1620. & cōtinuata in eius hæredem fuerit, inquilini, & conductores apothecarum nullo modo eius poſſeſſionem interuertere poterant.

Ex quibus ſequitur articuli prædicti deciſio, quod Cōuentus prędictus citatus quatenus, cum nullam poſſeſſionem prętendere poſſet, vtique declinatoriam fori allegare nequaquam poterat.

Di-

Dicebatur tamen ex parte Cõuentus obſtare conſtitutum appoſitum in donatione facta per Philippam reſeruato vſufructu, in qua non ſolum fuerat translatum dominium, † ſed etiam poſſeſſio per tres dies ante mortem, conſtituerat enim ſe poſſidere nomine Conuentus, *per not. per Tiraquell. de conſtit. 13. ampl. maximè n. 3. & per tot. Milaneſ. dec. 1. n. 12. & 13. lib. 1.* vbi quòd conſtitutum à defuncto adiectum in contractu, effectum ſuum operatur poſt mortem, quia per hæredem non põt reuocari, & hæres ipſius conſtituentis non poteſt amplius inhęrere poſſeſſioni huiuſmodi bonorum, niſi dominus ei permiſerit, aut expreſſe, aut tacitè illum relinquendo in illa poſſeſſione, vel retentione rei, *Amat. d. reſol. 39. n. 84. & 85.*

3

4

5

6 Et quòd ex conſtituto adiecto in donatione omnis poſſeſſio fuęrit tranſlata vera realis, & perſonalis, licet ex actu ficto dixit *Tiraquell. de conſtit. p. 1. n. 4. & ſeq. Becc. conſ. 152. Bertaz. conſ. crim. 53. n. 4. & ſeq. Maſtrill. dec. 141. n. 7. Surd. conſ. 171. n. 18. Oſaſc. dec. 36. Turrett. conſ. 57. lib. 2. Intrigl. dec. 14. Add. ad Ludouiſ. dec. 437. n. 5. Ramon. cõſ. 26. n. 18. Peregr. var. lib. 4. nu. 66. Gurb. dec. 112. n. 11.*

Quàm poſſeſſionem Philippã donantem non amiſiſſe intendebat Conuentus, quãuis D. Virginea ſibi adiudicaſſet bona Marcelli eius viri, & ceperit poſſeſſionem bonorum prædictorum, ſeu apothecarum de mandato Iudicis; non enim propterea erat priuata eius poſſeſſione, *ex not. per Hond. d. conſ. 20. n. 25. & ſeq. lib. 1. & Roland. conſ. 5. num. 10. in fin. lib. 2.*

7 Et ſi erraret † iudex & venderet bona debitoris, non tamen ex hoc verus poſſeſſor ſua poſſeſſione priuaretur ſaltim ciuili, cuius

8 ratione facit † fructus ſuos, *Salgad. de Reg. protection. p. 4. c. 8. n. 103. & ſeq. to. 2.* & poteſt propria authoritate poſſeſſionem corporalem apprehendere, *Roland. d. conſ. 5. n. 13. lib. 2. Ant. Fab. in Cod. tit. 32. lib. 7. rub. de bon. auth. iud. poſſid.*

9 *deff. 1.* Quæ poſſeſſio † in tantum eſt vera, quòd tribuat poſſeſſori turbato poſſeſſione naturali querelam turbatę poſſeſſionis, & remedium ad petendum immiſsũ condemnari ad deſiſtẽdum à moleſtijs. Et habet etiam remediũ retinendæ, *ex not. per Hond. d. conſil. 20. n. 22. & Fab. lib. 8. tit. 3. rubr. vnde vi deff. 12. & ſeq. Ludouiſ. deciſ. 103. n. 3. & ibi Add. Salgad. d. c. 8. n. 102.* vbi etiam quod ratione ciuilis poſſeſſionis põt ſe opponere exequutioni, & eam impedire, & competit manutentio.

Iſt'hæc tamen non habere locum in caſu iſto ex parte dicti Sp. Magiſtri Portulani dicebatur ex pluribus.

Primò, quia Marcellus vir dñę Virgineæ poſſidebat dictas apothecas tempore vitæ ipſius Phi-

lip-

lippæ, eaſq; legitimo titulo præambulo, in tãtũ quòd ſi Philippa donans hoc infringere intendebat tenebatur iudicium cõtra illũ tẽtare, alias nullo modo ab eo poſſeſſionem bonorum prædictorum auferre poterat. Ideoq; D. Melchiona filia Philippæ donantis, tãquam ad ſe ſpectantes iudicio reuendicatorio domus, ſeu apothecas petebat: & erat iudicium, de quo agebatur.

Secundo, negari nõ poterat quin Marcellus poſſeſſionẽ apothecarum habuerit, illaſque locauerit, & D. Virginia eius vxor locationes cõfirmauerit, quo caſu cum poſſeſſio realis, & naturalis
10 eſſet penes eos, † & fuerit actualiter capta cõſtitutum non poterat eos ſua poſſeſſione priuare, quia opus eſſet noua traditione, vel nouo cõſtituto, *l. 3. §. ſi vir vxori ff. de acquir. poſſ.* vbi quòd ex actu
11 nullo nõ transfertur poſſeſſio, tñ ex actu nullo, & inutili ſecuta reali traditione, ſeu apprehenſione acquiritur poſſeſſio, *Bart. in d. §. ſi vir vxori, vbi alij Milanenſ. d. dec. 1. n. 15. & 16. & ꝑ tex. in l. ab emptione, ff. de pact. dixit Milanenſ. ibidem n. 17. vbi tex. in fi. verſ. illud plane hoc apertè diſponit, Maſtrill. dec. 253. nu. 13. Farinat. dec. 92. n. 5. p. 1. to. 1. Ludouiſ. dec. 104. n. 23. & in Add. n. 28* vbi declarat hoc procedere, qñ nullitas actus proceſſerit ex defectu ſollemnitatum, ſecus ſi ex defectu cõſenſus allegat *Seraph. dec. 638. n. 3. & dec. 1200. n. 2. & alios.*

vnde cõſtitutum nõ poterat operari, vt poſſeſſio realiter tradita dictę D. Virginę auferretur, immo erat neceſſarium videre, quis
12 eorũ foueret ius in meritis, † nam à reſolutione meritorũ pẽdet iuſtitia, & reſolutio conſtituti, ꝓut *ex Tiraquell. de cõſtit. lim. 7. p. 2. dixit Octau. Corſett. conſ. 19. n. 16.*

Ideo videre oporteret ſi in meritis Cõuentus habẽs ius, & cauſam à Philippa ius haberet, cum alioquin poſſeſſio realis reperiebat̃ penes Virgineam, eiuſq; hęredem.

Tertio, quia dictæ apothecæ fuerãt adiudicatæ, & traditæ de mãdato iudicis dictę D. Virginę pro credito eius dotiũ, vnde dubitari non poterat de eius poſſeſſione, quæ poſſeſſio, & adiudica-
13 tio valida eſt ẽt ſi ſit de bonis alienis, dũmodo id ſcienter nõ fiat, *ex not. per Milanenſ. dec. 9. n. 126. & dec. 12. num. 68. lib. 2. & nos diximus dec. 35. n. 2. & 3. vbi addidimus cõcordantes, & dec. 67. n. 3.*

Ideo dubitari nõ poterat ex ꝑdictis poſſeſſionẽ nõ adeſſe penes Cõuentum, ſed penes dictum Sp. Magiſtrũ Portulanũ, vnde dũ fuit Cõuẽtus citatus quatenus, & nõ haberet poſſeſſionẽ, ꝓut ipſe intendebat iure merito poterat in M. R. C. cõueniri, nec fori declinatoriam habere cẽſendum eſſe ex latè traditis ꝑ Doctores *in l. teſtamenta omnia maximè Bald. C. de teſtam. Farinat. quaſt. 8. num. 87. & ſeq. & Affl. quem ipſe allegat dec.*

24.

Digitized by Google

24. n. 7. & 8. dixi dec. 2. n. 8. 10. & 11. Amat. reſol. 32. n. 4. Salgad. vbi ſup. par. 4. c. 14. n. 74. & ſeq. to. 2. vbi probat laicum eſſe competentem ad cognoſcendum de tali poſſeſſione, & coram eo clericus debet ſe opponere, ad hoc vt talis fori declinatoria locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Cambia & recambia, vt debeantur, neceſſe eſt, vt capiens pecunias habeat in ferijs correſpondentem.*

2 *Cambium dicitur ſiccum, quãdo datur ijs, qui non habent, nec habere ſperant pecunias in ferijs, tempore ſolutionis realiter, & effectiuè fiendas.*

3 *Bulla Papæ Pij V. ſuper literis cambij explicatnr. & n. 41.*

4 *Lucrum ceſſans, vt debeatur multa requiruntur.*

5 *Debitor nõ tenetur ad cambia, ad quæ tenetur creditor pro complẽdis eius negotijs.*

6 *Damnum emergens non probatur ex eo quod quis cœperit pecunias ad cambium, ſed in indiuiduo probandum, quod ſi debitor ſoluiſſet, illas pecunias ad cambium non cępiſſet.*

7 *Marcator ſi dat pecunias, & à recipiente obtinet facultatem capiendi ad cambia etiam à ſemetipſo, licitè cambia habebit, etiam quod debitor non habeat correſpondentem.*

8 *Repreſentare quis poterit plures perſonas.*

9 *Sacra Congregatio Cardinalium quid ſtatuerit ſuper literis cambij ad inſtantiam Archiepiſcopi Panormitani.*

10 *Cõtinuatio cambiorum operatur, quòd in qualibet remiſſa intereſſe paſſum reducatur in capitale.*

11 *Intereſſe paſſum debetur, quamuis excedat duplum capitalis.*

12 *Intereſſe debitum iure actionis, & non officio Iudicis ad quamcunq; ſummam aſcendat ſemper debetur.*

13 *Conſuetudo operatur, vt cambia in vtroque foro percipiantur, non ſolũ ad euitandam pęnam.*

14 *Princeps cum voto ſacri Conſilij limitando intereſſe cambiorum, in reliquis approbare videtur.*

15 *Regia Curia accipit pecunias ad Cambium, & tamen in ferijs non habet correſpondentem.*

16 *Falſitatis præſumptio ex inſolitis arguitur.*

17 *Veriſimilitudo nimis attẽditur ad probandam falſitatem.*

18 *Cambium pro duabus nundinis remiſſum nullo modo debetur.*

19 *Falſitas nihil aliud eſt, niſi mutatio veritatis.*

20 *Falſitas præſumitur ex diuerſitate ſtyli, & conſuetudine ſcribentis.*

21 *Falſitas præſumitur ex tarditate producendi literas cambij, & librum, in quo annotantur.*

22 *Literæ cambiorum, niſi oſtendantur,* &

Digitized by Google

& liber detentus, in quo annotantur præſumitur falſitas.

23 *Suſpitio falſitatis habetur pro falſitate in ciuilibus.*

24 *Mercatores decocti faciles ſunt ad mẽtiendum, eiſq; non creditur.*

25 *Mercatores decocti dicuntur infames, quibus nulla fides eſt adhibenda.*

26 *Iuramento perſonæ ſuſpectæ non erit ſtandum etiam in caſibus, quibus alterius iuramento ſtatur.*

27 *Mercatores Ianuenſes ſolent eſſe nimis prouidi, & cauti.*

28 *Falſitas nõ præſumitur in homine probo, & maximè ſi fuiſſet Senator.*

29 *Literæ cambij non requirunt, vt debeantur, quod annotentur in libris mercatorum, ſed ſufficit, quod verè fuerint tranſmiſſæ.*

30 *Notæ libri contra ſcribẽtem planè probant.*

31 *Scriptura libri habetur pro confeſſione partis.*

32 *Confeßio facta pecuniarum per tabulam, ſiue bancum non operatur, niſi oſtendatur verè fuiſſe ſolutas.*

33 *Literæ cambij, niſi fuerint tranſmiſſæ, & de tranſmiſſione appareat, non præſumitur hoc actum.*

34 *Facta non præſumuntur.*

35 *Confaſſio erronea nihil probat contra confitentem.*

36 *Confeßio eorum, quæ non pendent à voluntate confitentis non nocet.*

37 *Intereſſe damni paſſi debetur, quia non lucratorium, ſed recompenſatorium vocatur.*

38 *Intereſſe damni debetur pro omnibus cambijs, & recambijs paſſis per creditorem.*

39 *Intereſſe damni an debeatur, ſi fuerit conuentum de intereſſe cambiorum; & n. 40. vbi diſtinguitur.*

42 *Cambia ſunt nimis periculoſa pro anima, ideo Chriſtiani mercatores monentur, vt ab huiuſmodi mercatura ſe abſtineant.*

43 *Cambia videntur labyrintus conſcientiarum, & precipitiũ ſalutis.*

44 *Continuatio cambiorum eſt nimis periculoſa.*

45 *Cambia vera & realia omnino debẽtur & maximè ſi mercator in nundinis vere cambia cõtinuauit, & fortiuo ratione damni, & ita deciſum.*

ARGVMENTVM.

Cambia & recambia quando debeantur, examinatur Bulla Pij V. & an ſaltim debeatur intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.

DECISIO CC XXXXIII.

IOANNES Groppo Ianuenſis intendebat ſe eſſe creditorẽ Ill. domini D. Vincentij del Boſco Ducis Miſilmerij ad ſummam circiter vnciarũ octuaginta mille. Et quoniam tũc temporis ex parte dicti de Groppo de-

bebatꝰ multis mercatoribus, alijſque perſonis maxima pecuniarũ quantitas è foro exijt, ſeque abſcondit, ideo non obſtante Pragmatica decoctorum optans; vt benigniſſimus, & prudentiſſimus Princeps Sereniſſimus Philibertus tũc Prorex huius Regni vnicuique ius ſuum tribuere, dum ex parte dicti domini Ducis iã fuiſſe ſatis factum, nec quicquam ei deberi conſtanter affirmaretur per eum fuit demandatum, vt ſuper prædictis ex vtraque parte præſentarentur eorum acta, contractus, & ſcripturæ, & fieret eidem Sereniſſimo Principi relatio, & commiſſo negotio Sp. D. Antonio de Bononia Ioſeph Faraci Magiſtris Rationum Trib. Reg. Patrimonij, & mihi tunc Iudici M.R.C. auditis pluries cauſidicis, eorũq; aduocatis fuit reſolutũ oĩa cõmittere eorum cõputa alicui diligẽti cõputorum calculatori, qui viſis cõputis, & ſcripturis, auditiſq; partibus in tribunali referret oĩa, vt tandem ſuper eis fieret Sereniſſimo domino relatio ſecundum Deum, & iuſtitiam.

Cumq; fuiſſet exinde factus cõputorum calculus ꝑ Melchionem Pauano Rationalem Regij Patrimonij, cui fuit cõmiſſus, & deductis deducendis calculaſſet creditum dicti de Groppo ad ſummam vnciarum ſeptuaginta trium mille trecentarum treſdecim tt. ſex, & granorum octo ex parte dicti dñi Ducis plura fuerunt oppoſita, quæ in Tribunali pluries, & iterum cum cauſidicis, & Aduocatis vtriuſq; partis fuerunt diſcuſſa.

Sed illud in primis fuit latè diſcuſſum an deberetꝰ dicto de Groppo intereſſe cãbiorum, & recãbiorum pro ſumma, & quantitate ei debita vigore cõtractuum aſcẽdẽte a d vncias viginti quatuor mille quatricentas & vnam, tarenos vndecim & granos quindecim.

Dicebatꝰ.n. ex parte dicti dñi Ducis, & Duciſſæ non teneri, qñquidem, vt huiuſmodi cãbia, † & re- 1 cambia debeantꝰ neceſſe erat, vt ipſi haberent correſpõdentem eo loci, quod Groppus nõ ignorabat, imò ſciebat inibi nõ eſſe pecuniã ſoluẽdã, ſed Panormi, quo caſu nõ eſt verũ cãbium, ſed mutuũ ſub nomine cambij, licet fiat cum literis cambij, *Nicol. Genua de nua de ſcriptura priuata lib. 3. q. 35. tit. de liter. cãb. n. 9. & ex Nauar. Tolet. Molin. Soc. Ieſu Azor. Rebell. & alijs dixit Bernard. Juſtinianus in tract. delle continuationi delli cambij, quæſt. 2. num. 7. vbi num. 8.* dat rationem, quia omnes doctores 2 conueniunt cambium † eſſe ſiccũ, quando datur verbi gratia ꝑ Piacenza ijs, qui non habent, nec habere ſperant inibi pecunias, & tempore ſolutionis fiendas realiter, & effectiue. Immo Salon *de iuſtit. & iur. artic. 2. diſput. de camb. quæſt. quarta, concluſione* 11. *fol.* 583.

Digitized by Google

fol.583.& concl.12.fol.585.& ſeq. licet contrariũ defendere velit, fatetur tñ in explicatione † Bullæ Pij V. *controuerſ.9.* non eſſe verũ cambium, ſed fictum, & ſimulatũ cum obligatione reſtitutionis, niſi mittantur literæ, & tales, vt earum vigore fiat vera & realis pecuniarum ſolutio, & ait hoc eſſe determinatum ex prædicta bulla Pij V. *maximè nu.8.& 9. Caualc.deciſ.2.num.23.& ſeq.p.2. Becc.conſ.213.n.49.& ſeq. Peregr.conſ.85.n.8.lib.3. Farinat.dec.173.nu.4.to.2.conſ.Apeguer.dec.33.* vbi refert ita fuiſſe cõcluſum in illo Regio conſilio in anno 1579. *& Scacc.de cãbijs §.1.q.7.p.3.lim.5.nu.2. & nos tetigimus deciſ.112.per tot.lib.2. Figliuz.mor.q. pract.35.c.7.ſub nu.411. Genua d.n.9. Cãpanil.diuerſ.q. canon.rubr.11.c.20.n.37. verſ. cæterũ Thor.in cõpend. dec. verſ. inſtrumentũ, ſeu cõtractus col.3. verſ.3. & ſeq.to.2.* vbi declarat Bullã Greg. XIII. ad inſtantiã Bononiẽſiũ obtentã, & Sacrę Cõgregationis declarationẽ ĩ vna Panormitana adducit. *& allegat Molfeſ.in 2.p.ſummæ theolog ſiue in tract.de cõtractibus & vlt.volunt.tract 12.c.7. per tot.*

Fortius, quia huiuſmodi literę cãbiorũ non fuerãt cõtinuatę in locis, in quibus erat cõuentũ per partes, imò eodẽ tẽpore apparebat Groppũ continuaſſe cãbia in Vrbe Meſſanę cũ Luca Valdibella eius reſpõdẽte, & ĩ ciuitate Placentiæ, quod figmentũ, & nõ verũ cambiũ videbatur, & dicti domini Dux, & Duciſſa in vltimo cõtractu, in quo poterãt huiuſmodi cãbia detineri de Panormo ad Meſſanam nõ interuenerant, ſed tantum dominus Baro Siculianæ pater dictæ dominæ Duciſſæ.

Nec Groppũ huiuſmodi intereſſe prætendere poſſe dicebatur ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergẽtis, etenim ſi agimus † de lucro ceſſante multa requirunt, vt debeat, & præſertim ꝙ habuerit tale lucrũ prę manibꝰ, & q̃ ex ſolutione non ſequuta à debitore moroſo tale lucrũ amiſerit, nec ſufficit talẽ mercatorẽ negotiari ſolitũ, & lucrari tot ꝑ cẽtenario, multa .n. euenire poſſent ex quibus lucrari nõ poſſet, vt in dies videmus ita poſt alios dixit *Hond.conſ.50.n.30.lib.1. Riminal. iun.conſ.815.n.28.cũ ſeq. cõſ.52.n.42.& ſeq.& cõſ.218.n.100. Mandell.conſ.512.n.11. Mãt.dec.53.n.2. Mohed.de vſur.dec.9. alias 208. incip. Dux Seſſæ vbi allegat doctr. Paul. de Caſtr.in l.3.§.fi.ff.de eo quod cert. loc. Puteus dec.237. lib.1. Io.Bapt. Cocc.dec.6.n.1.dec.153& 156.n.4. Farinat.deciſ.289.fol.152. in thom. vnico dec.Rotæ, & deciſ.774.num. 2.fol.931. & in deciſ.criminal.211. num.6.& 325.num.7. Maſcard.de probat.concl.933. per tot.& maximè num.24. Hector Felic. de ſociet. num. 41.& ſequent. Mant.deciſ.83.num. 6. Maſtrill.dec.245.num.35. & ſeq.& nos diximus dicta deciſ.112. n.21.& ſeq. Mut.dec.52.nu.23.P. Figliuz.moral.q. tract.3[illegible].c.4.n.[illegible]6.*

Digitized by Google

& ſeq. Campanil. canonicar. q. rubr.
11. c. 20. n. 46. vbi quod in Rota
Romana ſæpè propoſito dubio
ita fuit reſolutum.

Nec etiam dicebatur prætẽdi
poſſe huiuſmodi intereſſe ratio-
ne dãni emergentis, non. n. tenẽ
5 debitor † ad cambia, ad quę tene-
tur creditor pro complendis eius
negotiis, *Mohed. dec. 2. alias 103.*
in tit. dec. Farin. in illis ſuis cent. nouẽ
dec. 774. n. 1. vbi quod dãnũ emer
6 gens non probatur, licet appa-
reat creditorẽ cepiſſe ad cãbium
alias pecuniarũ ſummas, niſi fue-
rit probatũ in indiuiduo, quod
ex iſta cauſa pp nõ factã ſolutio-
nẽ in tpe acceperit pecunias ad
cãbiũ, quia hæc probatio eſt ne-
ceſſaria poterat enim cõtingere,
quod ex alia cauſa acceperit, p-
ut in dicto de Groppo facilè con-
tingere poterat, multis enim erat
inuolutus in negotiis tàm cũ Re-
gia Curia, quàm ẽt cum aliis per-
multis, & ita deciſum refert idẽ
Farin. 2. p. dec. crim. dec. 325. n. 5. la-
tè Caſtill. controuerſ. lib. 2. c. 1. nu. 76.
& n. 77. qui alios adducit. Riminal.
iun. conſ. 52. num. 32. in prin. Lup. de
vſur. cõment. 1. §. 6. n. 114. Gail lib.
2. obſer. 6. n. 6. Mãt. dec. 283. in fi. &
in his terminis dixit P. Iuſtinianus de
continuat. cãb. q. 6. ſiue 8. ſecundũ di-
uerſ. impreſſion. Becc. d. conſ. 213. nu.
112. Apeguer. d. dec. 33. n. 9. & ſeq.
Bardellon. conſ. 86 & maximè nu. 3.
& 4 lib. 1. Mut. dec. 52. n. 12. & ſeq.
Amat. reſol. 27. n. 12. & ſeq. & nu.
17. Cãpanil. vbi ſup. n. 45. P. Figliuz.
loco cit. n. 63. & ſeq.

Sed ex parte dicti de Groppo
dicebaẽ prædicta intereſſe cãbio-
rum & recãbiorum ſibi deberi, tũ
ex pacto in contractu debitorio
cõtento capiendi ad cãbia & re-
cambia etiam à ſemetipſo, tum
quia prædicta cambia, & recam-
bia vera & realia fuerunt, & abſ-
que vlla vſurarũ labe. Ideo legi-
timè debita; nam licet vera ſit cõ-
cluſio, quod ſi is, qui pecuniã ad
cambium recipit nullum hẽt cor-
reſpondẽtẽ, & hoc acto datur &
recipitur, vt vel nullæ literæ trãſ-
mittanẽ, vel ſi aliquę ita tranſmit
tuntur, vt certitudinaliter inanes
redeant, cambia dicũtur ſicca, &
& à prædicta Bulla Pij V. impro-
bata, *P. Figliuz. tract. 35. c. 7. n. 411*
Thor. vbi ſup col. 3. & ſeq. vbi hoc
firmat, etiam ſi redeant cũ recam-
bio, *& col. 7. verſ. ex ſupradictis,* tñ
7 vbi is, qui † pecunias dat merca-
tor eſt, & à recipiente obtinet fa-
cultatẽ capiẽdi eaſdem pecunias
ad cãbia ẽt à ſe ipſo, iſto caſu dũ
dicitur ſuã perſonã alteri mutua-
re defectus pſonæ debitoris cor-
reſpondentem nõ habentis ſup-
plet mercator cũ tali mutuatio-
ne perſonæ, qui hoc caſu dicitur
8 † repreſentare plures perſonas, &
valet talis repreſentatio, *Simon de*
Prat. conſ. 151. Rota Romana per Fa
rinat. dec. 379. in fi. p. 2. to. 1. & hoc
pacto licita eſſe cambia affirmat
Boninſegn. in tract. de camb. c. 4. 5. &
6. Incertus Auctor inter conſil. Na-
uar. conſ. 31. lib. 5. quem ſequitur Na-

nar.

uar.ibid.Salon in 2.2. *D.Th.de iuſt.* *& iur.tit.de camb.q.4 controuerſ.*12 *Scacc.de camb.*§ 6.*gl.*9.*per tot. Azor. inſtit.moral.p.*3.*c.*9.*lib.*10.*Theſaur. de iuſt.& iur.lib.*2.*c.*23.*nu* 71. *& ſeq.* vbi dicit veriorem in ſpeculatiua diſputatione,& in foro interiori, *Mut.d.dec.*52.*n.*17.*vbi de cōmuni poſt Tap.tit.de cāb.n.*36.*&* 46 qui ita ait fuiſſe deciſum *Amat.reſol.*27.*n.*25.*P.Figliuz.vbi ſup.tra.*35.*c.*8.*n.*431.433.*&* 436.*p.*2.

9 Quæ opinio magis confirmatᷓ ex decreto Sacræ Congregationis ſub Greg. XIII. ad inſtantiā Archiepiſcopi Panormitani de anno 1574. quam refert ad literam *Salon vbi ſup.n.*6.*Scacc.de cāb.* §.6.*gl.*1.*n.*43.*fol.*642. *Muta d.dec.* 52.*n.*17.*Amat.vbi ſup.n.*25. Ac ēt ex alia Bulla Pij V.de anno 1569 quæ confirmat nōnulla capitula cābiorum ad inſtātiā Bononienſiū,& inter alia adeſt infraſcriptū capitulum (& poſſa ogni perſona ancora dar danari à cambij, e far che ſiano recapitate le lettere ſopra eſſi datoci, e coſſi tenerli ſu li cambij, ſinche ſaranno rinborzati da chi hauerà preſo il danaro) de qua apud *Scacc.fol.*751.*dixi dec.*112.*n.*12.*Mart.conſ.*171.*n.*15.*Amat.d.reſol.n.*1.*&* 28.

Quæ procedūt non ſolū in intereſſe primi cābij, ſed ēt in alijs
10 ſubſequētibus,quia † cōtinuatio operatur, quod ī qualibet remiſſa intereſſe paſſum reducitᷓ in capitale,& ſic dicitur vnum cābiū, & ſecundum intereſſe dicitur intereſſe capitalis,non autem alterius intereſſe, ſicuti cōtra *Curt. iun. dicit ſe practicaſſe Cagnol.in l.vnica nu.*45.*cum ſeq. C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt Dec.conſ.*162.*n.*1.*& ſeq.Stracc.de mercat. tit. de mandat. n.*20.*Rota Senenſ.dec.*134.*n.*4.*Burſat.conſ.*68.*n.*42.*Peregr.conſ.*85.*n.*29.*lib.*3.*Bologn.cōſ.*13.*Scacc.de cāb.* §.1.*q.*7.*n.*99.*& ſeq.* vbi de communi vera & in praxi ſeruata, *Rota Romana dec.*379.*p.*2.*to.*1.*Tap:ad ius Regn.Neapol.lib.*4.*rubr.*4.*n.*41 *&* 42. *Botta d.conſ.*56. Quamuis
11 † tractu tēporis intereſſe paſſum exceſſerat duplum capitalis,quia vel ſtantibus continuationibus, ex quibus intereſſe reducitᷓ in capitale,vel quia agitur de intereſ-
12 ſe debito † non officio iudicis,ſed iure actionis ad quamcunq; ſummam aſcendant ſemper debetur *Bart.in l.vnica n.*24.*C.de ſent. quæ pro eo quod inter.vbi Cagnol.n.*108 *de communi Rebuff. ibid. num.* 407. *Farinat.to.vnico deciſ.*378.*n.*2.

Inſuper dicebatur quod dato qđ dicta opinio eſſet dubia, quia cambia iſta in foro publico fre-
13 quentantur,conſuetudo † ita negotiandi facit,quod cōtractus factus ſecundum vnā opinionē dicatᷓ licitus non ſolum quoad euitandum pęnam vſurarię prauitatis,ſed etiam ad licitè in vtroque foro percipiendum intereſſe, *Roland.conſ.*96.*n.*26.*lib.*2. *Natt.conſ.* 498.*n.*26.*Decian.conſ.*36.*n.*34.*& ſeq.lib.*1.*Surd.conſ.*327.*nu.*51.*& ſeq.lib.*3.*Caſtracan.de ſociet.offic.c.*4. *n.*20.

n.20.& *ſeq. Scacc. de càb.* §. *6. gl. 1. nu. 44. & ſeq. Botta conſ. 56. n. 15. & 16 P. Figliuz. d. c. 7. num. 409. tract. 35.* Quinimo non ſolum conſuetudo negotiorum, ſed etiam ipſemet
14 † Princeps cum voto conſilij ipſa cambia iſto modo approbauit, vt ex nouiſſima Pragmatica clarè habetur, ex qua cambia iſta non improbantur, ſed tãtum intereſſe limitatur, quod factum nõ eſſet, ſi illicita reputarenẽ & ĩ dies, videmus quod Regia Curia accipit pecunias ad cambium à mercatoribus, ſoluit intereſſe eiſque cum voto Tribunalis Regij Patrimonij, in quo reſident viri doctiſſimi, Deumq; timẽtes,
15 & nihilominus † Regia Curia non habet in nundinis reſpõdentem. Etenim cambiorum vſus admodum neceſſarius eſt reipublicę, vt cõmercia poſſint perſiſtere Nicolaus Genua *in tit. de cãb. nu. 42. & ſeq. fol. 152. Campanil. d. rubr. 11. c. 20 n. 35.* vbi quod ſine ijs Vniuerſus Orbis maximum ſentiret incommodum, quod etiam volunt plures relati *per Amat. d. reſolut. 27. n. 5.*

Hę ſunt, quę ex vtraq; parte adducebãtur pro intereſſe cãbiorũ, ſed ex parte domini Ducis, & Duciſſæ ad oſtendendum dicta intereſſe cambiorum non deberi dicebatur literas cambij pro Placentia non eſſe veras, ſed machinatas, & ſuſpectas ex pluribus cõiecturis, ex quibus de iure falſitas præſumitur.

Prima cõiectura illa erat, quia pro eadẽ ſumma fuerat facta continuatio ꝑ Vrbe Meſſanæ ab anno 1615. vſque ad tempus petitionis, & nõ eſt veriſimile pro eadẽ quãtitate, & eodẽ tꝑe cepiſſe pecunias ad cambium in Ciuitate Placentiæ, quia eſſet ſoluere duo intereſſe cambiorum contra mentem contrahentium, eorumque conuentionem, & † ex non
16 ſolito arguitur præſumptio falſitatis, *Abb. conſ. 224. n. 3. & 4.* vbi generaliter inquit, quòd actus inſolitus arguit ſuſpitionem falſitatis latè *Farinat. q. 153. n. 162. Ricc. dec. 10. n. 4. & ſeq. lib. 2.* Et non eſt veriſimile in homine prouido voluiſſe ſoluere duo cambiorum in-
17 tereſſe, & ad probandam † falſitatem nimis attenditur veriſimilitudo, *Soc. conſ. 28. n. 9. & 30. Mãdell. conſ. 224. n. 6. & ſeq. Farin. d. q. 153. nu. 176. & ſeq. vbi alios allegat dixi dec. 125. n. 14. Intrigl. ſing. 54. n. 34. lib. 3.*
18 Hinc dicunt Doctores † quod cambium pro duabus nundinis remiſſum nullo modo debetur, *Fabian. Genuenſ. in tract. de camb. in prin. n. 15. inter vol. tract. to. 6. p. 1. fol. 412. Bonin. in eod. tract. de camb. c. 7. verſ. il cambiare fol. 23. Scacc. de cãb.* §. *1. q. 7. lim. 2.* qui dicunt hoc eſſe meram vſuram.

Secunda, & quidem nõ leuis coniectura erat, quia Damianus Palauicino, cũ quo prætenditur facta continuatio, & inde per ipſum ſcriptæ apodixæ cum data in Placentia nũquã fuit in dicta Ci-

uitate

uitate imò p quatuor annos fuit bis Senator ĩ ciuitate Ianuę,& ſic dictæ literæ ſunt falſæ, falſitas.n. nihil aliud eſt niſi mutatio veritatis, *l. quid ſit falſum ff. de falſ.* ſemper enim qꝫ veritas aliter ſe habet, & mutata eſt, falſitas probata dicitur, *Hond. conſ. 109. n. 1. lib. 1. Farinat. q. 150. n. 1. Maſcar. concl. 739. nu. 12. Adrian. Neguſant. in ſilu. reſp. q. 457 n. 19. Affl. dec. 404. n. 8.*

Tertia cõiectura, & præſumptio illa erat, quòd literæ prædictæ pro Placentia, nec non liber continuationis à Groppo detemptus ab anno 1615. vſque ad annum 1623. ſine diuerſitate atramenti & ſcripturæ erant ſcripta, ſed vnica manu, eodemq; atramento, & nihilominus continuatio facta in Vrbe Meſſana, quæ vera reputatẽ apparet diuerſo atramento, & ſcriptura confecta, ex diuerſitate

20 † ergo ſtili, & conſuetudinis eiuſdem ſcribentis oritur falſitatis pſumptio, *Farin. q. 153. n. 159. & ſeq.* vbi de regiſtratione inſtrumenti cõtra ſolitum falſitatem deducit, *Ric. d. dec. 10. nu. 1. 3. & ſeq. & dixi dec. 125. n. 9. & 11. Intrigl. d. ſing. 57 n. 25. & ſeq.*

Quarto oriebatur ex tarditate

21 † producendi tàm literas cãbij, quàm librum prædictum, fuit. n. neceſſe recurrere ad Principem, qui præcepit, vt omnino exhiberentur, & à domo dicti de Groppo deductę, *Farinat. d. quæſt. 153. num. 182.*

Quinta coniectura, quia in libris dicti de Groppo mercantiliter tentis non apparebat ſcripta continuatio cambiorum, prout mercatores ſolent ſcribere omnia negotia, vt in dies eueniunt, ſed in libro ſeparato, & diſtincto, vbi non erat ſcripta, niſi continuatio prædictorum cambiorum; ideo bene deduxit *Seraph. dec. 946. n. 1.*

22 quòd† cum non conſtaret de veris cambijs, nec de literis, & detentione librorum, prout ſolitum eſt arguitur magna ſuſpitio, nec fuit habita de ipſis conſideratio aliqua.

His accedebat alia conſideratio, & coniectura quod Groppus præſtiterat iuramentum intereſſe cambiorum, & recambiorum poſt eius decoctionem, & non ante tempore habili, & vtique ſi veræ, & reales extitiſſent perantea feciſſet, ſed exinde machinauit prædictas literas pro conſequendo intereſſe prędicta.

Quæ quidẽ coniecturæ, & maximè in ciuilibus vbi ſuſpitio pro

23 † falſitate habetur ſufficiũt, *ex not. per Surd. conſ. 141. n. 16. & conſil. 173. nu. 1. & 60. & conſ. 473. nu. 41. Cephal. conſil. 287. num. 9. & conſil. 338. num. 22. Honded. conſil. 99. num. 3. & 49. Muta deciſ. 74. num. 14. dixi deciſ. 125. num. 7. 8. & 15.*

Inſuper iuramentum prædictum præſtitum vigore facultatis Groppo conceſſæ in cõtractu anni 1613. nullo modo poterat officere tamquam à decocto cõfectum,

Digitized by Google

24 fectum, mercatores † enim decocti, & vt vulgo dicitur falliti faciles ſunt ad mentiendum, eiſq;, non creditur *Bal. conſ. 249. n. 1. in fi. vol. 1. & conſ. 400. n. 4. vol.*
25 *5.* & dicuntur † infames, quibus nulla fides eſt adhibenda, *Bal. vbi ſup. Caccialup. de debit. ſuſpect. q. 1. n. 13. Rota Genuenſ. dec. 2. n. 34.*

26 Et in caſibus, in quibus † ſolet ſtari iuramento alicuius non ſtatẽ ſi eſt perſona ſuſpecta, *Marſil. de fideiuſſ. n. 173. & melius Ang. in l. fi. n. 3. ff. de prætor. ſtipul. Alex. conſ. 130. 1. vol. Oſaſch. dec. 8. n. 8.* & in mercatore decocto, *Stracc. de mercat. in tit. de contract. mercat. n. 6. f. 415. in tract. de mercatur. Socin. conſil. 90. vol. 4.*

Sed ex parte dicti de Groppo dicebatur non ſolum dictas literas cambij eſſe veras, & reales, ſed coniecturas ex aduerſo deductas nullius eſſe conſiderationis, & momenti rationibus infra ſcriptis.

Præſupponebat per prius in facto dominum Baronem Siculianæ patrẽ dictę D. Ducißæ fuiſſe verum & legitimum debitorẽ ipſius de Groppo in ꝑdictis vnc. viginti quatuor mille quatricẽtis & vna tar. vndecim & granis quindecim, & inſuper in alijs vnc. ſex mille & hoc vigore publicorũ cõtractuum & actorum, pro quibus facultatem habebat capiendi ad cambia & recãbia etiam à ſemet ipſo.

Item præſupponebat quod ꝑdictam quantitatẽ, & multo maiorem pro complendis eius negotijs capiebat ad cambia & recambia ab alijs, & hoc cum maiori damno, & intereſſe, ipſeq; erat homo ſolers, & prouidus, & mercator, & Ianuenſis: Et nullam habebat conſanguinitatem cum dictis dominis, nec aliquid aliud qđ ipſum obligaret ad mutuandum tantam pecuniæ quantitatem, nec hoc veriſimile videtur: ideo ex his nemo ſani capitis ꝓſumere poteſt, ꝙ ob negligentiã ſcribendi vnicam literam in quolibet trimeſtre voluerit amittere tantam pecuniarum quantitatẽ, ideo præſumẽdum magis erit, qđ literæ cambiorum exhibitæ ſemper temporibus ſuis tranſmiſſæ fuerint, ſicuti ex eo ſolum quod
27 fuerit mercator Ianuenſis, † qui ſolent eſſe nimis prouidi, & cauti id factũ Doctores præſumunt, vt dixit *Rota Genuenſ. dec. 139. n. 10 Scacc. de camb. §. 1. q. 7. nu. 235. & 236. fol. 298.*

Inſuper prædicta literarũ falſitas fieri non poterat, niſi mediante perſona Damiani Pallauicino, in quem & à quo miſſæ ac remiſſæ cambij literæ fuerũt, qui eſt perſona nobilis, fuit bis Senator ĩ prædicta Ciuitate Ianuæ, vir probus, vt ipſimet teſtes partis aduerſæ fatentur, vnde ex hoc magna reſultat veritas in fauorẽ
28 ipſius de Groppo, & omnis ſuſpitio falſitatis euaneſcere videtur per ea, quæ ſcribunt *Barbat. cõſ. 11. col. 11.*

Digitized by Google

col.11. & conſ.12. col.4. lib.2. Iaſ. conſ.12.n.6.lib.1. Marſil.conſ.1.nu. 70. Tiraq. de pœnis leg.etc.cauſ.51. Menoch.conſ.15.n.6.

Nec obſtare dicebatur prædi-ctum de Palauicino bis fuiſſe Senatorem, & ſic per quadriénium in Ciuitate Ianuæ,& conſequenter non fuiſſe præſentem in Ciuitate Placentiæ, prout ex data literarum cambij apparebat; quia probatum fuit ex parte ipſius de Groppo ſolere mercatores eximios miſſas, ac remiſſas cãbij literas in Ciuitate Ianuæ in albo ſubſcribere, illaſq; compoſitas tradere alicui perſonæ, quæ cum eius procuratorio perſonam dicti mercatoris repręſentanti Placentiam ſe conferat,ibiq; oĩa negotia expediat nomine dicti mercatoris,prout factum fuiſſe aſſerebatur. Nec minus officere non reperiri annotatas ĩ libro magno dicti de Groppo,cum.n.eſsẽt cõtinuationes diutinę,& ſatis factio nõ ſperabaẽ de proximo, nec oẽs dicti libri membranę occuparentur,recte tales annotationes alibi fieri potuerunt. Sed qcqd ſit pro validitate, & ſubſtantia cãbij nõ eſt neceſſarium fieri huiuſmodi

29 annotationes † in libris mercatorum,ſufficit.n. ꝙ vere & realiter tranſmittantur literæ,ſine quarũ trãſmiſſione licitum intereſſe nõ percipitur, vt habetur in dicta Apoſtolica Bulla Pij V. *& not. Apeguer.d.dec.33.& Becc. conſ.213.*

Nec ſimiliter obſtare videbaẽ aliud ex aduerſo cõſideratũ,qđ d. de Groppo ante oĩa continuauerit iſta cambia de Meſſana ad Panormum,& ſic deinceps non potuerit exinde ꝑ eademmet quantitate pecuniarum cõtinuare cãbia pro ferijs Placentiæ,& ꝙ dum creditum dicebaẽ ſolutum cum receptione pecuniarum in cambio Meſſanæ,nullum erat poſtea creditum,pro quo fieri poterant cãbia ꝑ Placentia,& ſic nulla fuerit talis cõtinuatio, & valida tñ remanſerit illa pro Ciuitate Meſſanæ, ad quam dominus Dux,& Duciſſa nõ erant obligati,ſed tñ in eorum contractu, in quo interuenerunt dederant facultatem d. de Groppo capiendi ad cambia ꝑ ferijs Placentiæ, & extra regnum, ex quo etiam arguebatur falſitas literarum Placentiæ.

Nã reſpondebaẽ negando prius ꝙ fuerunt continuata cambia ꝑ Meſſana;& ſi dicatur, hoc conſtare ex libris eiuſdem de Groppo: dicebaẽ quòd in dictis libris legiẽ tantum notamentum dictarum continuationum, quod non ſufficit pro licito intereſſe percipiendo, numquam enim dicitur cambium, vt ſupra eſt dictum,aut nomen cambij negotium meretur, niſi literę continuationum miſſæ, ac tranſmiſſæ exhibeantur de quibus literis tranſmiſſis pro Meſſana non conſtabat, & ſicut uon poterat dñus Baro cõueniri ex dictis annotationibus in libris Groppi cõtẽtis, niſi literę oſten-

tus; Quę quidē fortiùs procedūt, vbi Groppus pro cambijs Placentiæ habebat obligatos dominum Baronem Siculianę, & D. Franciſcum filium, ac dominos Ducem, & Duciſſam Miſilmerij, & pro cambijs Meſſanæ habebat tantū dictum Baronem, & filium obligatos, & ſic ratione diuerſarum perſonarum rationabile potuit eſſe illud duplicatum cambium, ſi tamen factum eſſet.

Præterea dicebatꝰ quòd caſu quo in prædictis adeſſet dubietas aliqua, conſtabat nihilominus Groppū multas pecuniarū ſummas cepiſſe ad cambium, & recābium cum magno, & exceſſiuo intereſſe eodē tempore, quo debebātur pecuniæ prædictæ, & maximè à Damiano Palauicino, qui exinde illico aduenit Panormū, ibiq; conuenit Groppū pro eius credito, & diu litigando tandem contra eum obtinuit, eumq; condēnare fecit; quod ipſe Groppus paſſus non fuiſſet, ſi pecunias prędictas dñi conuēti ſoluerēt, vnde
37 ratione dāni † paſſi debebatur intereſſe, quod nō lucratoriū, ſed recōpēſatoriū vocatꝰ *Lup. in repet. l. curabit ∫. 6. n. 101. & ſeq.* & ita bis deciſum refert *Tap. de iure Regni Neap. lib. 4. rub. 4. de cāb. n. 43. & ſeq. Mut. dec. 52. n. 38. & ſeq.* Quod intereſſe nō ſolū ꝓ vna vice debetꝰ, ſed ēt pro oībus cābijs, & recambijs continuatis reducēdo intereſſe in capitale eo modo, & forma, prout ipſe Groppus alijs ſol-
38 uit, & hoc ratione dāni † diſtinguendo intereſſe lucratiuū ab intereſſe dāni, & recōpēſatiuo poſt *Anchar. Archid. Cardin. Zabarell. Salic. & alios dixit Pereg. conſ. 85. n. 23 & 24. lib. 3. & poſt Roma. Alex. Affl. & Rolan. Rot. Gen. dec. 87. n. 9. Rebuff. ī l. vnica n. 79. & ſeq. C. de ſent. quæ ꝓ eo qđ intereſt, Surd. de alim. tit. 1. q. 45. Seraph. dec. 946. vol. 1. Mohed. dec.* 208. & ita iudicatū fuiſſe *per Rot. Roman. refert Virgin. Boccat. in tract. de interdict. vti poſſid. c. 18. n. 65. to. 3. tract. p. 2. fol.* 313. *Scacc. de cāb. d. ampl. 8. n. 279. & ∫. 7. gl. 2. n. 61. & ſeq. Card. Tuſc. concl.* 310 *n. 4. lit. l. & ſequitur P. Iuſtinianus de camb. ſi bene conſideretur q. 9. maximè n. 3.* quod etiam admittit in lucro cum conditionibus ibi per eum fol. mihi 131

Ex his inferebatur ꝙ licet ex parte Domini Ducis, & Duciſſæ diceretur ꝙ contractus, & obliga
39 tio fuerit reſtricta † ad intereſſe cābij, & ideo nō debeatꝰ intereſſe prædictū dāni recōpenſatiuū, *ex Becc. conſ. 213. Affl. dec. 20. & alijs.*

40 Attamen vera diſtinctio eſt qđ aut cōtractus eſt euidēter illicitus & vſurarius, & cambia pacitata ſunt illicita, & tali caſu in odium vſurarij vtile per inutile vitiatꝰ, & lucrum ceſſans, ſeu dānum emergens nō debetꝰ in pęnā cōtractus illicitos & vſurarios cōficientis, aut contractus, ex quo cābia ſunt ꝓmiſſa non eſt à iure improbatus ſed aliqđ deficit, vel ſolēnitatīs, vel alterius nō cōcernētis nulli-

Digitized by Google

tatem contractus, ſed impediẽtis eius exequutionem, vt quia literæ non fuerunt tranſmiſſæ, vel quid ſimile, & iſto caſu ceſſat regula, quod vtile per inutile vitiatur, & ceſſat pęna palliatæ vſuræ ſub nomine cãbiorum, & per conſequens ſi non debetur intereſſe ꝑpter cãbia, & recãbia, debeť tñ ꝑ rationem lucri ceſſantis, ſed fortius, & æquius damni emergentis, *ita Crauett. conſ. 476. nu. 19. verſ. non inficias tamen lib. 3. Apeguer. dec. 33. num. 12. & ſeq. Caualc. dec. 13. n. 36. & plur. ſeq. Lancellott. Gallia conſ. 123. n. 69. & ſeq. Maſtrill. dec. 245. n. 54. & ſeq. Rodriqu. de annuis redditib. lib. 1. q. 7. n. 8. & ſeq. Peregr. conſ. 85. n. 8. & 9. lib. 2. Rot. Genuæ dec. 37. nu. 11. & ſeq.* & fuit ita reſolutum in pręditca cauſa Io. Baptiſtæ Dini cum Barone Calattuui de qua nos ſcripſimus *d. dec. 112. Roma. cõſ. 41. n. 17. & idẽ firmat Mart. cõſ. 171. n. 15.* vbi affirmãt hoc ꝑcedere etiã ſi cãbia ſint ſicca ſtante facultate conceſſa capiendi ad cambia, nec diſſentit *P. Iuſtinianus d. q. 9.* imò comprobat quando lucrum ceſſans eſt vere debitum cũ conditionibus neceſſarijs, quia in dãno emergenti nulla adeſt dubitatio, & in caſu iſto procedunt ea, quæ dixerunt *Mohed. dec. 2. alias 103. & Farinat. d. dec. 774. n. 1.* nam apparet dictum de Groppo cepiſſe ad cambia pro ſoluendo iſto debito à Damiano Palauicino, qui erat eius reſpondens in Ciuitate Placentiæ, qui remãſit creditor eiuſdem Groppi in dicta, & multo maiori pecuniarum quantitate, eumque cõdemnari fecit per ſententiam ad ſibi ſoluendũ, vt ſup. dixi.

Vnde ex his videntur ceſſare ſuſpitiones falſitatis literarũ cambij, & quod verè & realiter literæ fuerunt tranſmiſſæ.

Nam ſi conſideretur prima cõiectura quod pro eadem quantitate pecuniarum fuerant detenta cambia in Vrbe Meſſana, & in ciuitate Placentiæ ex prædictis apparet reſponſio clara, nec ex parte Groppi petebantur duo cãbia, ſed tantum illa, quæ paſſus fuit cum dicto de Palauicino in Ciuitate Placentiæ.

Sicut etiam dicimus de ſecunda coniectura falſitatis, quia Damianus Palauicino non erat in Ciuitate Placentiæ, quando literas cambij ſubſcripſerat, nam probata conſuetudine mercatorum eximiorum quod ſint ſoliti mittere eorum procuratores, & per eos ſubſcribuntur literæ, vt ſupra eſt dictum, ceſſare videtur omnis falſitatis ſuſpitio, & maxime in viro nobili, Senatore, & etiam à parte aduerſa vti probo, & fide digno approbato.

Tertia quoque ceſſare videť, quia literę pręditcæ reperiebanť ſcriptæ in libro diſtincto, & ſeparato cũ eodem ſcriptore, & atramento, & non in libro magno negotiorum ipſius de Groppo. Hęc

enim

enim ceſſant data veritate literarum, vt ſupra obſtenſum fuit, & mercatores, qui habent plura, & intricata negotia habent plures ſcribas, quos vocant (giouani di ſcagno) & vni quædam committunt negotia, & alteri altera, ex quo nihil inferri poteſt data veritate literarum.

Quarta etiam ceſſat ex hoc capite veritatis literarum, & etiam quia poſtquam Groppus non cõparebat eius computa, libri, ſcripturæ, literæ, & acta cum eſſent plurima confuſa fuerunt, & non potuerunt in promptu exhiberi; nec ideo eius iura & veritas literum occultanda venit, nec tantã pecuniarum quantitatem ei debitam ammittere iuſtum reputari debet.

Quod etiam quintam coniecturam excludere videbatur.

Ad illud vero iuramẽtum pręſtitum fuiſſe poſt decoctionem, & quod nulla, vel parua ſit adhibenda fides dicebatur procedere, ſi tota vis penderet à iuramenti ſolius robore, ſed quoties iuramentum fundatur in veritate literarum, & conſtat literas fuiſſe veras iuramentum præſtitum vigore facultatis conceſſæ in contractu validum eſt, ceſſat enim præſumptio falſitatis decoctorum, dum de veritate conſtat, & ita loquuntur Doctores ex aduerſo allegati, ſi benè aduertatur.

Ex quibus omnibus ex vtraq; parte deductis non leuem in Tribunali viſa fuerunt afferre difficultatem. Sed omnibus bene perpenſis. Videbatur prima facie nimis vrgere ea, quę ex parte dictorum dominorum Ducis, & Duciſſę dicebantur de continuatione cambiorum, ſi etenim conſiderantur ea, quæ ſupra adduximus, & ea, quæ diſertiſſimè colligit *P. Bernardus Iuſtinianus in d. tract. & præſertim q. 4.* continuatio huiuſmodi cambiorum videtur nimis ſuſpecta, & contra† mẽ-
41 tem Bullæ Apoſtolicæ Pij V. ibi (neque realia cambia quàm pro primis nundinis; vbi illæ celebrãtur, vbi vero non celebrantur ꝑ primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto cambia pro ſecundis. Et deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi) quæ conſtitutio, ſeu lex Pontificia à Sanctiſſimo Pontifice poteſtatem ſupremam habente condita ſeruanda eſt tàm in foro fori, quàm in foro poli, & maximè quia Santiſſimus Pontifex ea ratione motus fuerit, quia ad eius aures peruenerat legitimũ cambiorũ vſum, quem neceſſitas, publicaq; vtilitas induxit ſępe numero ob illiciti quæſtus cupiditatem deprauari, vt ſub illius prætextu vſuraria prauitàs à nonnullis exerceatur: quę ratio fuit, vt continuatio huiuſmodi cãbiorum prohiberet͂, quæ non ad publicam neceſſitatem, neq; vtilitatem, ſed tantum ad priuata commoda reſpicit.

Imò

Digitized by Google

Imò *Comitol. reſp. moral. lib. 3. q. 15. n. 1. & ſeq.* quem refert *Thor. in cõpend. deciſ. verſ. inſtrumentum col. 3. verſ. 3. to. 2.* ait contra tale cambium fuiſſe determinatum per 17 Patres Societat. Ieſu, inter quos fuit Illuſtriſs. Cardin. Toletus, & eorum vnum perſuaſiſſe Sanctiſſimo Pio V. vt conſtitutione particulari moderaretur, & proinde fuiſſe editam dictam Bullam.

Ideo doctores, qui de huiuſmodi
42 † materia loquuntur ita Chriſtianos mercatores monent, vt eos ab huiuſmodi mercatura arcere videantur, vnde *Io. Bapt. Lupus in c. nauiganti, §. 2. n. 55. de vſur.* ait & merito quotquot ſunt ſancti, & prudentes viri ab iſta nummularia quæſtuariaq; arte deterrent homines, & qui illi ſe dedũt male audiunt apud populum, *& Sigiſm. Scacc. de cãb. §. 1. q. 2. num. 26.* quem refert *P. Iuſtinian. q. 2. n. 23*
43 ait † cambium videtur labyrintus cõſcientiarum, præcipitium ſalutis, conflictus ſine concordia, pelagus ſine portu, & ædificium ſine fundamento. Et loquendo in his terminis cambiorum, eorũq; continuatione ſcripſerunt *Sotus de iuſt. & iur. lib. 6. q. 10. art. 1. Nauar. de cãb. n. 25. & n. 76. & in ſum. c. 17. n. 290. & ſeq. Lup. in d. c. nauiganti, §. 2. n. 65. Summa Corona p. 2. c. 8. n. 24. & 25. Becc. d. conſ. 213. & maximè num. 49. 76. & 78. Peguera d. dec. 33. Alonſ. de Veg. in ſum. p. 1. c. 46. caſ. 21. Emanuel Rodriguez in ſum. de contract. p. 2. cap. 105. Fab. Clanar. in tract. de camb. 1. p. decima praua adinuentione Romoald. Coli in tract. de camb. c. 13. & 14. 21. & 22. Michael Salon in tract. de cãb. q. 4. art. 2. controu. 7. & controuerſ. 14. P. Molina diſp. 404. n. 6. Tolet. in ſum. lib. 5. c. 52. Rebell. de oblig. p. 2. lib. 11. q. 6. n. 9. Franc. Vipera in trac. de cãb. c. 5. Azor. 3. p. lib. 10. c. 9. de camb. q. 2. Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 110. Franc. Garz. in tract. de contractibus c. 37. n. 7. Ludo. Lopez de contractibus lib. 1. c. 12. Tab. verb. vſur. 15. n. 4. §. 3. Caiet. in trac. de cãb. c. 1. §. iniuſta Hierony. de Lucca in tract. de camb. c. 4. n. 4. vol. tract. to. 6. pag. 410. Corrad. q. 99. corol. 5. Leonard. Leſſ. lib. 2. c. 23. dub. 9. n. 82. Io. Salas in tract. de camb. dub. 22. §. dico ſecundo, & dub. 39. Sigiſm. Scacc. de camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 17. fol. 369.* quos & alios refert, & ſequitur *P. Iuſtinian. d. tr. q. 12.* & libuit iterum authores referre eos. n. perlegi, & valde oẽs
44 dubitare video de huiuſmodi † cõtinuatione cambiorum, ſicut etiã dubitat *Thor. d. verſ. inſtrumentũ, & Campanile d. rubr. 11. n. 45.* & de iſtis mercatoribus tẽporibus noſtris decoctos, & miſerrimos vidi ego plurimos, in tantum quòd non ſine iuris fundamento videbatur dubitari poſſe contra continuationem cambiorum à Groppo detentam cum perſonis, qui nec reſpondentem, nec pecunias in ferijs habebant, ſed omnia per Groppum agitabantur, vt ſuper ius deductum fuit.

Sed quia ex actis apparebat eo-

dem

Digitized by Google

démet tpe quo pecunias ṕdictas dederat Groppus ad cãbiũ dictis dñis Duci,& Duciſſę,eiuſq; genitori ipſum cepiſſe eãdẽ,& multo maiorẽ pecuniarũ quãtitatẽ à d. de Pallauicino, ipſumq; maxima fuiſſe paſſum dãna & intereſſe, rationabile igiť,& oĩ iuri cõſentaneũ videbať ſaltim rõne dãni primum cãmbiũ ei ſoluendũ eſſe legitimũ,& moderatum ei cõcedẽdo ad rõnem de ſeptẽ pro cẽtenario quolibet anno tm̃ capitalis verè debiti,& dicto de Groppo pro modo continuationem cambiorum,ſeu recãbia non admittere.

Quę determinatio eſt cõformis
45 omni iuri,& æquitati cum † verè cambia fuerint per eum detenta cum Pallauicino, qui non ſolum detinuit cũ eo literas cambij veras,& reales,ſed dabat de ſuo eaſdemmet pecunias pro effectu ṕdicto, *iuxta not. p Mobed. dec. 1. 2. & 3. in tit. de vſur. Farin. d. dec. 3 2 5. n. 5. post 2. p. conſ. crim. & nos diximus dec. 112. n. 21. & ſeq. & Carol. Tapia lib. 4. iure Regni Neap. rub. 4. tit. de camb. n. 43. & ſeq. doctores in c. 1. de vſur.* ſoluiſſet enim Groppus pecunias Pallauicino, ſi dicti domini conuenti ei ſoluiſſent, & tot damna,& intereſſe paſſus non fuiſſet.

Quare exinde die 17. Iulij 1624. facta relatione Sereniſſimo Principi Filiberto fuit per eumdem dominum demandatum, q̃ Illuſt. D. Vincentius del Boſco,& D. Ioanna del Boſco Isfar & Coniulles Iugales Dux, & Duciſſa Miſilmerij pro modo ſoluãt vnc. triginta otto mille Ioanni Groppo, & conſortibus præſtito prius per dictum de Groppo, & conſort. de reſtituendo dictas pecunias in caſu ſuccumbentię,& facta prius ſolutione dictarum vnc. triginta otto mille procedať in cauſa oppoſitoria,& quo ad reliquã ſummam prætenſam per dictum de Groppo, & conſort. vtantur iuribus eorum,ſaluis tamen iuribus dictis Duci,& Duciſſæ ſibi de iure cõpetentibus quo ad ṕdictam reſtantẽ ſummam,& hoc non obſtante prouiſione facta ꝑ S. A. S. ſuper ſuſpenſione negotiorũ, & ĩ cauſis ṕdictis vna cũ eorũ dependẽtib',& annexis remaneãt Iudices ijdem Sp. de Caſtillo de Bononia, & Faraci, & incartãmenta vtriuſque partis ſtent penes acta M.R.C.

A qua prouiſione fuit ex parte dictorũ dñorum Ducis & Duciſſę reclamatũ,& tãdem per Illuſtriſs. dñum Cardinal. ab Auria fuerunt dati Iudices Sp. D. Petrus de Blaſio,& D. Vincentius Romano, q̃ ſe cõformes reddiderunt cum ṕdicta relatione, & determinatione, licet fuerit ab eis diminuta quãtitas ad vnc. viginti mille ſeptingentas quinquaginta quatuor, & tarenos, prout infra, vel ex ſcripturis de nouo coram eis exhibitis, vel ex alijs iuribus, & conſiderationibus, & die 3. Maij viii. Indiction. 1625. facto verbo

di-

SVMMARIVM.

1 *Statutum determinans tempus ad retrahendum non ligat minores.*

2 *Tempus ad retrahendum etiam quod ſit elapſum minori competit ope reſtitutionis in integrum. contra n. 3. & n. 12.*

4 *Retractus competit minori poſt ſtatutum terminum probata læſione, et quòd habebat pecunias pro faciẽdo retractum.*

5 *Retractus competit non ſeruata forma ſtatuti illum denegantis.*

6 *Conſanguineus ad retractum non admittitur, niſi compareat in iudicio faciendo depoſitum.*

7 *Pecunia numerata debet interuenire in depoſito, quod fit, vt quis ad retractum admittatur.*

8 *Jus retractus in præiudicium conſanguineorum non poteſt cedi in extraneum.*

9 *Vicinus conſanguineus præfertur alteri non vicino.*

10 *Retrahere volens non tenetur ſoluere niſi prętium venditionis, non autem pecunias ex ceſſione forte facta pro conſequendo ius retractus.*

11 *Teſtibus contra producentem eſt credendum etiam, quòd deponant per verbum credo.*

12 *Retractus debet concedi perſonis, quibus competit pro ſe tantum, & ſi compertum fuerit eſſe pro alijs prædium debet condici.*

ARGVMENTVM.

Elapſo termino iuris retractus minor an poſſit admitti.

DECISIO CC.XXXXIIII.

ANTONIVS Falcone in anno 1611. vendidit Clariano Frágica quaſdam terras pro pretio vnc. octingentarũ, de quibus ſublatis vnc. 101. pro oneribus accollatis remanſerunt vnc. 699. quas emptor de mandato dicti venditoris ſe obligauit ſoluere cum aliquibus conditionibus, & pactis in eodem contractu contentis.

Exinde in anno 1621. Franciſcus Falcone ætatis annorũ decem & octo filius emancipatus Petri Falcône fratris dicti Antonij venditoris iure prothomiſeos ſanguinis prętendit ad retractum admitti, & tandem declinato foro Ciuitatis Leontinorum ad M. R. C. fuit miſſum ad effectum, quòd nô audiatur, & die 4. Maij 1622. deciſum, quod audiatur, & in fine cauſæ de omnibus habebitur ratio.

Digitized by Google

Excipiebatur primo nõ debere admitti ad retractum prædictum, quia adeſt ſtatutum in Ciuitate Leontinorum, per quod determinatur, quòd in prædicta Ciuitate quilibet conſanguineus elapſo anno poſt emiſſum bannũ in retractu amplius non admittatur.

Sed ex parte dicti actoris retrahere volentis dicebatur dictum ſtatutum non ligare minores, ſuper quo fuit probata cõſuetudo, & producti plures teſtes, & præſentatæ aliquę ſententiæ. Immo cum fuiſſet ſupplicatum in proximo generali colloquio per Ciuitatem prædictam, quòd ligaretur etiam minor, fuit prouiſum, quòd ſeruetur ius commune. Et
1 de iure † in terminis noſtræ conſuetudinis, quòd non liget minores dixit *Boniorn. ſuper d. conſuetud. & Muta ſuper conſuetud. Pan. c. 26. n. 109.*

2 Quod ſaltim † cõpeteret minori ope reſtitutionis in integrũ *Tiraq. de retract. lignag. ſ. 1. gloſ. 10. n. 81. Couar. pract. q. 26. verſ. 4. Caualc. dec. 19. n. 86. lib. 2. Giurb. deciſ. 77. n. 11. & latius dec. 78. nu. 6. & ſeq.* Si tamen infra annos quatuor poſtquam factus eſt maior in integrũ reſtitui petat, idem *Giurb. d. dec. 78. n. 7.* à quo die data ſcientia currit quadrienniũ, *Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 115. Maſcard. concl. 1255. nu. 15. & ſequ. Giurb. d. n. 7. & dec. 106. n. 10. Adrian. Neguſ. in ſilu. reſponſ. q. 330. n. 97. & ſeq.*

3 Licet quod non detur † reſtitutio, & ſtatutum liget minores fuerit allegatus, idem *Tiraquell. de retract. lignag. ſ. 35. gl. 2. num. 4. &*
4 *Caball. conſ. 178.* vbi quod † debet probari læſio, & quod termino durante habebat pecunias pro faciendo retractum, & teſtatur ibi nu. 7. de communi, & magis recepta opinione *Anna alleg. 27. nu. 24. Cala de mod. artic. & proband. q. 26. nu. 757. Camill. Salern. ad conſuetud. Neap. fol. 32. litera D. Abb. in cap. conſtitutus notab. 6. de reſtit. in integr. Fachin. conſ. 64. nu. 15. lib. 1. quem refert Giurb. d. dec. 78. num. 4. & nu. 13.* ait læſionem ex eo ſatis probari, quod res fuerit maiorum ſuorum, & quod ſit lapſum tempus retrahendi.

Dicebatur inſuper ex parte actoris quod in banno promulga
5 to † non fuit ſeruata forma ſtatuti eiuſdem Ciuitatis, non enim fuit data notitia conditionum in contractu venditionis contentorum, prout alias ſolitum eſt fieri, ideo competit retractus, *Tiraquell. vbi ſupra, ſ. 36. gloſ. prima, num. ſecundo, & in ſ. 26. gloſ. ſecunda, n. 30. Benedel. in tract. protomiſ. §. in primis num. 44. Decian. reſponſ. 105. num. ſexto, libro tertio.*

Secũdo principaliter excipiebatur, quòd Dorothea Falcone tamquam conſanguinea magis adſtrictior fuit admiſſa ad retractum, & ceſſit iura dicto de Frangica conuento, & conſequen-

quenter excluditur actor à retractu.

Sed reſpondebatur prędictam
6 Dorotheam nunquam † comparuiſſe in iudicio, nec feciſſe aliquam petitionis notam, nec depoſitum, ideo non poteſt dici veniſſe ad retractum, ex quo ius nō eſt deductum in iudicium, *Purp. conſil. 425. n. 16. lib. 2. Giurb. dec. 77 nu. 2. Peregr. dec. 22. nu. 6. & ſeq.*

7 Quod quidem depoſitum † eſt inſpiciendum in moneta & pecunia numerata, nec ſufficit quod appareat confeſſatum per Notarium per notamentum factum in cōtractu bullari facto per dictum de Conuerſano, vltra quòd non erat confectum cum debitis ſollemnitatibus per actum ſeparatum, neq; tutoribus fuerat notificatum, *Bal. & Ang. in l. 1. ff. de lib. & poſthum.*

8 Quinimmo ius retractus † non poterat cedi in extraneum ſtante præiudicio conſanguineorum, *Tiraquell. de retract. lign. §. 26. gloſ. 1. num. 41. Dec. conſil. 275. & 471 Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 11. in titu. de retract. §. 1: in text. le plus, num. 11. Boer. in conſuetud. Bituricen. in titu. de retract. lignag.* §. 3. *verſ. ſed ponamus Tiraq. vbi ſupra, §. 29. gloſ. 4. num.* 14. *in fin. Tuſc. concluſ. 583. num. 29. litera J, Giurba deciſ.* 84. *num.* 15. *Peregr. d. deciſ. 22. num. 4.* ſicut nec ius prælationis directo domino competens cedi poteſt, *Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 11. de emphyteuſ. num. 48. Surd. conſil. 205. num.* 21. *Giurba deciſ. 51. num. 8.* niſi cum ipſa re cedatur, aut vendatur, *Tiraqu. de retract.* §. *26. nu. 36. glo. 1. Franch. dec. 242. in princ. Giurba d. dec.* 84. *num* 5. *Peregri. d. dec. 22. nu. 9. Intrigl. ſing. 340. lib. 1.* Vnde ius retrahendi nō trāſit ad extraneos hæredes, quoties agnatus decedit non facto depoſito, & non inſtituto iudicio, quia in eo deficit ratio agnationis, & familiæ, quod ſecus eſſet, ſi fuiſſet inſtitutum iudicium, & factum depoſitum, *Peregr. dicta deciſ. 22. num. 1. & ſeq.* quem refert *Ricc. collect. 1760. verſ. limitatur tertio*, licet in hoc vltimo caſu, *Tiraq. d. §. 26. gl. 1. n. 4. cum ſeq.* latè probet tunc demum tranſire dictum ius retractus, ſi extraneus ſit ab inteſtato ſucceſſurus, licet non ſit de familia, vt ibi per eum videre poteris, & maxime contra dictum de Falcone magis priuilegiatum, qui erat maſculus in pari gradu cum cedēte fęmina, & erat
9 vicinus, quoniam † prædium vicinum poſſidebat, *Muta ſuper conſuetud. Panor. cap. 18. n. 31.*

Nec dictus de Falcone debebat ſoluere pecunias ſolutas cedenti propter ceſſionem retractus, quia retrahere volens non
10 debet admitti, † niſi ad venditionem non autem ad dimiſſionem ex ceſſione, *c. conſtitutus, vbi gl. in in verb. conſuetudo.*

Tertio excipiebatur retractū prædictum fuiſſe petitum ad inſtantiam, & petitionem V. I. D.

Ioannis Conuerſano in fraudem, & ſimulato modo, quod oſtendebãt ex quodã Albarano, ſeu ſcriptura priuata confecta cũ cedente, & per aliquot teſtes productos
11 † ad inſtantiam eiuſdem cõtrariæ partis, quibus ſtandum eſt etiam q deponant per verbum credo, *Roman. conſ. 104. Caualc. dec. 41. n. 16 lib. 2, Crau. conſ. 201. n. 5. vol. 2. Burſat. conſ. 97. nu. 25. Rota Pedam. dec. 39. n. 25. Gratian. diſcept. 950. n. 38 to. 5. dixi dec. 59. n. 19. & ſeq. & deciſ. 8. n. 10.*

Sed dicebatur in facto apparere de cõtrario, quia pecuniæ pro retractu prædicto fuerunt ex aliis perſonis, & quodam monaſterio cum licentia Reuerendiſſimi Epiſcopi habitæ & procuratę. Et qcquid ſit † deberet admitti ad retractum pro ſe tantum, *Fimia ſuper ritu cap. 194. verſ. ſed contingit,* & ſi poſtea appareat retractũ pro alio factũ fuiſſe, pōt prędiũ cōdici, *Tiraq de retr. lign. §. 5. glo. 1. Gail obſer. 19. n. 10. lib. 2. Coſta de port. rat. q. 100. n. 3. Giurb. dec. 51. n. 5. Ricc. collect. 1760. verſ. limitatur ſecundo, p. 5.* ſicut idem diſponitur in prælatione domino directo competente, *Guid. Pap. dec. 411. Oſaſc. dec. 156.* qui hoc in iure dicit expeditum, *Franch. dec. 226. n. 2. Giurb. d. dec. 51. n. 6. Ricc. d. collect. 1760. ſub verſ. limitatur ſecundo.*

12 Vnde his omnibus conſideratis, & habita pro vera cõcluſione minori competere reſtitutionẽ in integrum aduerſus lapſum temporis retractus, de quo doctiſſimus *Couar. d. c. 26. pract. q. n. 4. in fi.* dicit quod iſta opinio eſt receptior, tametſi multis rationibus contraria probari videatur fuit p M. R. C. die 22. Auguſti 1624. deciſum, quod reintegrato prius depoſito ad alias vnc. ducentum & ſeptem ſolutas Dorotheæ Falcuni admittatur actor ad recuperationem loci cũ iuribus ſuis omnibus pro ſe ipſo tantum, dictiq; conuenti nominibus condemnentur, & cogantur ad dimittendum & relaxandum locum prędictum vna cum fructibus perceptis à die reintegrationis depoſiti prædicti ſolutis prius melioramentis vtilibus, & neceſſarijs forte factis per ipſum emptorem, eiuſq; hæredes ex proceſſu, vel extra legitime liquidatis, vel liquidandis, quorum fructus cedant pro ipſis conuentis, à reliquis vero abſoluantur & liberentur.

Et fuit deciſum reintegrandum depoſitũ ad prædictas vnc. ducentum & ſeptem, quia compertum fuit ſolutas fuiſſe pro pretio dicti loci, & terrarum, quę aſcendebant ad dictam quantitatem, ideoque fuiſſe petitum retractum, & orta lis inter partes, diuq; litigatum.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus in furto commiſſo ſine violentia ab vncijs quinque infra non poteſt principaliter agere ex forma Pragmatica.*

2 *Sacrilegij pœna, ſi quid modicum fuerit ſubreptum de iure communi quænam ſit, n. 5. & n. 6.*

3 *Ludouic. à Peguera etiam quod quid modicum fuerit quam pœnā de iure cenſendam arbitretur in ſacrilegio.*

4 *Furtum ſacrilegum licet de re modica graue dicitur, & non modicum.*

7 *Inditia omnia per torturam purgantur.*

8 *Reus etiam quód ſit negatiuus grauiter infamatus ad aliquam pœnam extraordinariam de conſuetudine condemnari poteſt: & ita deciſum num. 9.*

19 *Animus enixus & præmeditatus præſumitur ex verbis ipſius Rei, & inquiſiti.*

11 *Delictum commiſſum calore iracundiæ an excuſetur à pœna ordinaria.*

12 *Delinquens amore captus excuſatur à pena ordinaria.*

13 *Delinquens amore captus quando excuſetur diſtinguitur.*

14 *Delictum appenſatum præſumitur ex genere armorum.*

15 *Delictum appenſatum præſumitur ex qualitate vulnerum.*

16 *Pena reſiſtentiæ facta Officialibus quomodo puniatur.*

17 *Homicidium commiſſum in perſonam officialis non gaudet indulto etiam quod non ſit appenſatum, & pœna ordinaria punitur.*

18 *Reſiſtentia facta executoribus iuſtitiæ, ſeu Algozirijs punitur.*

19 *Delicta, quæ non ſtatim puniuntur non ſolent tam grauiter puniri.*

20 *Reus qui diu ſtetit carceratus fuit condemnatus pro homicidio in perſonā ſeruientis ad triremes toto tempore eius vitæ.*

ARGVMENTVM.

Furtum ſacrilegum quomodo ſit puniendum etiam quod ſit rei modicæ. Et an Occidens Officialem, ſiue birroarium aliquibus ex cauſis pœna ordinaria excuſari poſſit.

DECISIO CC XXXXV.

DVo milites eodem tempore fuerunt inquiſiti, alter de furto ſacrilego vnius calicis, & patenæ, quæ ad celebrandum ſacratiſſimum Miſſæ ſacrificium deſeruiebāt, & hoc in

Digitized by Google

in Eccleſia Reuerendorum Patrum Capuccinorum Ciuitatis Mazariæ; alter vero de homicidio birroarij, ſeu ſeruientis Illuſt. D. Antonij de Guzman Commiſſarij Generalis, & Capitanei equitum leuis armaturæ in hoc Regno tunc Vicarij Generalis in Ciuitate Syracuſarum electi per Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem tunc Locumtenentem, & prout inferius.

Quoad primum non eſt dubium fuiſſe commiſſum furtum, & quidem graue de re ſacra, & in loco ſacro: fuit primo loco probatum furtum in genere: itē quòd iſte miles argentarium requiſiuerit, vt emeret argentum iam in minutis petijs redactum, quod ipſe fuit ſuſpicatus ex facie ipſius argenti eſſe de calice, & patena prædictis; item per duos teſtes omni exceptione maiores, ꝙ dictus miles fuit inuentus cum petijs argenti in partibus verendis abſconditis, quod & ipſe confeſſus fuit, ſed dixit emiſſe à quodam ruſtico, quem non cognoſcere aſſerebat, & nihilominus dum ducebatur ad carceres aufugit, & in eccleſia ſe abſcondit.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis prætendebat Procurator Regij Fiſci ei tradendum terminum extraordinarium, vel ſaltim tormentis, & quidem grauiſſimis ſubijciendum.

Sed ex parte Rei dicebatur nullo modo deueniendum, nec ad termini, nec ad torturæ dationem, quandoquidem agebatur de furto modico vnc. trium & tarenorum viginti quatuor, vt conſtat ex teſtium atteſtationibus, ideo ex forma Pragmaticæ, & ſtati huius Regni *in tit. de furt. Pragm.*
1 *2.* diſponitur, quod † in furto cōmiſſo ab vnc. quinque infra ſine violentia fiſcus non poteſt principaliter agere, *Muta in d. Pragm. n. 43. Ball. de lit. diſpenſ. caſu 11. n. 6.*
2 & de iure communi, † ſi quis de die modicum quid de tēplo ſubtraxerit, aut pęna metalli exercendus eſt, aut ſi honeſtiore loco natus eſt in inſulam deportandus, *l. ſacrilegij pœnam §. cæterum, ff. ad l. Jul. pecul. Vinc. de Franch. dec. 315.* ſed ibi *nu. 7.* refert quod ab vnc. vna ſupra ſemper puniuntur iſti improbi homines.

3 Sed aduertendum quod † *Ludou. à Peguer. diſcutiens quæſtionem dec. 24. n. 22.* ait quòd text. prædictus quando interdiu modicū aliquid ex templo tollitur pęnam ſtatuit ordinariam, quam tamen pęnam ex cauſa poterit augere, & minuere iudex ſecundum facti contingentiam, & quòd ita ſeruatum fuit, & ita etiam dixit *Menoch. de arbitr. caſu 586. n. 3. & Alber. in d. §. cæterum poſt num. 1.* ait quod licet iſto caſu delictū poſſit
4 dici modicum, eſt tñ graue, † vel melius quòd licet res furata ſit modica, delictum tamen non eſt modicum, ſed graue. Quinimmò

Aret.

Aret. in §. item leg. Julia peculatus num. 1. *& 2. inſt. de publ. iud.* ait
5 † quod in loco non debet attendi an res ſubtracta ſit magni valoris, vel parui, cum vtroq; caſu debeat imponi pęna mortis, *Farin. qui prædictam adducit concluſionẽ q.* 171. *n.* 42. *&* 43. vbi ait quòd eius iudicio Aretin. non bene dicit. *Mut. dec.* 50. *n.* 26. *& ſeq.* qui alios adducit. Et quod etiam ſi commiſſum fuerit ſacrilegium in minimis ſit maius delictum cæteris *Decian. in tract. crim. lib.* 6. *c.* 31. *n.* 6. *vbi refert Ariſt.* 1. *Rethor. ad Theodeſtem c.* 14. dicentem, qui ſacra vaſcula parui ponderis furatus eſt, is quauis in re peccabit, quia Deũ nõ timet *Ricc. dec.* 27. *n.* 3. *p.* 3

Quibus conſideratis in facto prius conſtabat quòd licet argentum ſolum dictę Patenæ, & Calicis fuiſſet ad pretium vnc. trium, & tarenorum vigintiquatuor, nihilominus alia neceſſaria ad perfectionem calicis, vt chalcus, aurum, aliaq; huiuſmodi cum magiſterio excedebant ſummam vnc. quinque, ideoq; omnia prædicta ceſſabant; ſed in quocumque caſu,
6 † ſacrilegium tam graue certã habebat pęnam, vel pęnam mortis naturalis, *Clarus in §. ſacrilegiũ in princ. Farin. q.* 8. *n.* 132. *Maſtrill. dec.* 68. *n.* 3. *lib.* 1. *Burg. de mod. proced. ex abrupt. q.* 23. *n.* 107. *& ſequ.* vel pęnam metalli, cuius loco hodie pęna triremium irrogatur, vel deportationis in inſulam *d. §. cæterum.* Nam attẽta qualitate perſonarum, rei ſubtractæ, conditionis, temporis, ſexus, ætatis, & ſimilium minorari, & augeri poteſt vſque ad mortem naturalem, *Thorus in compend. dec. verb. ſacrilegium in medio* vbi de quodam, qui ſubripuit imagines votiuas refert fuiſſe ad triremes condemnatum, & de alio, qui ſubripuit vota argentea fuit ad mortem cõdemnatus, *& Ricc. dec.* 27. *n.* 6. *& ſeq. p.* 3. vbi refert de quodam, qui ſubripuit vas, in quo Sanctiſſimum Corpus Ieſu Chriſti Domini noſtri conſeruabatur, quod fuerit furcis ſuſpẽſus, & de alio qđ fuerit ad triremes dãnatus. *Decia. lib.* 6. *c.* 33. *p tot. & Balzar. ad conſt. Regni ſ.* 77. *n.* 9. varias recẽsẽt ſacrilegij pęnas.

Vnde iure merito tortura fuit illata, & reo in tormentis in negatiua perſiſtente fuit dubitatũ, an per negatiuam omnia prædicta inditia fuerint purgata, & pręſertim eius confeſſio etiam in tortura reiterata, quod petia, ſiue fruſtra argenti fuerũt in eius poſſe reperta, (licet dixerit quod illa emerit à ruſtico ei ignoto,) vel potuerit reus in aliquã pęnam extraordinariã cõdemnari, vt aliàs fur ſacrilegus euitaretur, ſunt .n. peſtis Reipublicæ huiuſmodi facinoroſi homines, & quidem licet
7 regulariter † inditia omnia per torturam purgentur, vt poſt *Alber. in l. edictum nu.* 2. *ff. de quæſt. Clarus §. fi. q.* 64. *verſ. illata vero tortura*, vbi alios refert, & propterea purgatis inditiis per torturam reum

fore

fore relaxandum & abſoluēdum dixit *Menoch. de præſumpt. q. 63. lib. 1. Farin. q. 4. n. 26. poſt Bar. in l. fin. in princ. ff. de quæſt. & Clarus q. 62. verſ. forma autem, Menoch. de arbit. caſ. 273. n. 12.* cum alijs, qui cumulati poſſent.

8 Contrarium † tamen reſolutum in Curia Archiepiſcop. Neapolitana refert *Io. Aloyſ. Ricc. dec. 73.* vbi quidam clericus fuit condemnatus in exilium per triennium, quinimo ſecundum grauitatem caſus refert in pęnam triremium in perpetuum, vel ad tempus, (quod tamen durum valde exiſtimo (*allegat Gram. dec. 8. in prin. n. 4. verſ. & aduertendum, nu. 8. & in fi. dec. vot. 12. in fi. & dec. 42. & dec 96. & alios, & Clar. d. q. 64. eo. verſ. illata vero tortur. & verſ. in hoc propoſito in fine, & dixit etiam Vinc. de Franch. dec. 372. lib. 2.*

Ideo in pręditio caſu facta relatione Excellentiſſimo Domino Duci Alburquequenſi Proregi meritiſſimo die 10. Ianuarij 1628

9 dictus miles fuit miſſus † in Inſulam Maretimi, vt ibi ſeruiat toto tempore eius vitæ cum eius ſtipendio.

Quo vero ad alium militem aderant quatuor teſtes, qui viderunt vulnerantem cum gladio in faciem, ex quo vulnere exinde infra quatuor dies fuit mortuus, vt medici retulerunt, cauſa vero rixæ probata per duos teſtes fuerat, quia Algozirius de ordine Iudicis ad inſtātiam cuiuſdam creditoris expignorauerat de domo cuiuſdam mulierculæ amaſiæ militis quædam bona, & propterea fuerat orta inter eos contentio, & rixa, & facta reconciliatione exinde infra quatuor horas ea nō obſtante euenit caſus prædictus, quod cum factum fuiſſet dicebāt duo teſtes Reum dixiſſe, quòd ſi ex illo vulnere non decederet, illum denuo occidēdum curaſſet,

10 ex quibus animus enixus, & pręmeditatus homicidium committendi præſumendum dicebatur ex his, quæ latè congerit poſt omnes *Farin. q. 126. n. 92. & ſeq.*

Excipiebatur ex parte rei de duobus, primo quod delictū fuerit commiſſum calore iracundiæ ob offenſam illatam amaſiæ. Secundo, quia tam ex genere armorum, & modulo, quo vulnus illatum fuit, & loco vulneris in faciem non habuit animum occidendi, ideoque ſaltem à pœna ordinaria excuſandus veniret.

Et de primo capite, quod delictum fuerit commiſſum calore

11 iracundiæ, † ideoq; à pœna ordinaria excuſandus ſatis abundè diximus *dec. 159. per tot. lib. 2.* vbi diſcuſſum in cauſa illius Antonini lo Dulci, & fuit ex maiori parte votorum excuſatus à pęna ordinaria, *Muta dec. 27. n. 1. & ſeq. Maſtrill. dec. 278. n. 1. & ſeq.*

Et in eo, qui deliquit amore

12 captus quòd ſaltim excuſetur à pœna ordinaria, & mitius ſit agēdum

dum cum eo late *Tiraq. de temper. cauſ.4.n.1.& ſeq.* cum diſtinctione tamen quam ponit *Farin.q.97 n.91.& 92.*
13 † quòd ſi quis amore captus aliquid committit ex ſubito, & improuiſo ipſius amoris impetu, tunc videtur in aliqua parte ipſi indulgendum, ſecus autem ſi hoc impetu & furore ceſſante ex cauſa amoris aliqd præmeditatum committit, tũc enim nullatenus excuſandus veniret allegat *Simanc. de Cathol. inſtit. titu. 17. rubr. de defenſ. reor. n. 45. licet ipſe Farinat. nu. 92.* Vtroque caſu amore captis indulgendum eſſe in aliqua parte verius exiſtimet, mitius tamen agendo cum ijs, qui ſine deliberatione delinquũt, quam cum ijs, qui deliberate delinquunt, amoris enim impetus, & furor ſemper amantes ob cęcat, licet magis vno tempore, q̃ alio, ideo ſic ſemper iuxta temporis qualitatem, & animi perturbationem miſerendum, & mitius agẽdum, & nos diximus *dec. 237. n.14. & ſeq.* Vnde *Ricc. in praxi dec. 272. p. 1.* ait, quod dans pocula amatoria ad effectum captandi amorem nõ dicitur ſapere hæreſim, cum hoc potius furori, quàm hæreſi aſcribendum ſit, vt determinatum teſtatur per Curiã Romanam, & ſubdit ſub nu. 1. poſt *D.Tho. 2.2.q.96.* quod inuocans dęmones ad amorem puellæ prouocandum non dicitur hæreticus, ſed ſuperſtitioſus.

14 Item quia ex genere † armorum, vt cultro non videtur caſus appenſatus *Farinat.q.127.nu.57. & 58. Muta dec.27.n. 2. Maſtrill. d.dec. 278.n.59.* ſicut è contra ex genere armorum dicitur apoſtatum, & deliberatum dixi *dec. 173. n.8.*
15 & ex † qualitate vulneris in faciem, ex qua communiter non ſolet mors euenire *p tex. in c. ſignificaſti il 2. §. & quidẽ & §. fi. de homic. vbi not. DD. & Bald. conſ.137.* proponiẽ qđ titius *n. 2. ad fi. & n. 4 ẽt ad fi.* vbi de vulnero illato ĩ brachio, *& cõſ. 328. col.1. verſ. ſecundo dixi eod. lib. 2.* vbi quod vulnera dicuntur mortalia in cerebro, in gula, in pectore, in inteſtinis, & ſimilibus, locis vt in corde *Farin. d. q. 127. n. 53. 54. & 55.* vbi alios adducit *Mut. d. dec. 27. n.13.16. & ſeq.* & quia ſi habuiſſet animum occidendi vulneraſſet, vt communiter fertur (de punta) & non vulneraſſet in faciem.

Quæ quidẽ licet conſiderabilia ſint, attamen pro parte fiſci vrgere videbaẽ, quia cũ homicidio
16 aderat † reſiſtentia facta officiali quæ aliàs ſola grauiter puniẽ nobilibus quidẽ per decenniũ in Caſtro, & ignobilib⁹ pęna eſt eiuſdẽ tpis ad remigandũ ſuper reg. triremibus, & ſecuto homicidio ordinaria pœna vr̃ puniendus per latè tradita *per Maſtrill. de indult. c. 26. per tot.* vbi qđ huiuſmodi homicidiũ † nõ gaudet indulto gene-
17 rali, ſiue ſit accidentale, ſiue apoſtatum per offenſam, quæ ſit exequutoribus & adminiſtratoribus

Iuſtitiæ *ibidem n. 7. & n. 12. ex Vinc.*
de Franch. dec. 403. n. 9. quod pro-
18 cedit in huiuſmodi † executori-
bus iuſtitiæ, & algozirijs, qui in
Regno à Rege eliguntur, & ſecũ-
dum iſtam opinionem fuit iudi-
catũ, vt ipſe refert, & ſubdit qđ
ſi procedit in reſiſtentia tãto for-
tius procedit in homicidio in eos
commiſſo, de quo etiam *Maurus*
Burg. de mod. procedend. ex abrupto q.
23. nu. 197. & ſeq. Muta dec. 7. &
Anton. de Ballis de liter. diſpenſ. c. 7.
num. 5.

Quę quidem maximè vrgebãt
ad irrogandam pęnam ordinariã;
ſed pro reo vltra ſupradicta, quæ
excipiebantur fuit conſideratum
delictum non fuiſſe de recenti p-
petuum, ſed antequam peſtis in
hanc Vrbem perueniſſet, & ideo
à Ciuitate Syracuſarum, vbi de-
lictum fuerat commiſſum reus nõ
fuerat adductus in carceribus Vi
cariæ huius Vrbis, prout exinde
fuit ordinatum, immò nec inue-
niebantur informationes, & cũ
maxima Procuratoris Reg. Fiſci
diligentia fuerunt adinuentæ, &
iam delictum prædictum apud ci
ues illius Ciuitatis erat obliuioni
demandatum, & non erat accuſa-
tor, nec aliquis, qui quærelam ali
quam contra reum daret, ſed tan
tũ Fiſcus inſtabat, vnde vt ego di-
dici ab Illuſt. & non ſatis laudato
Præſide M. R. C. Io. Frãciſco Rao
19 delicta, † quæ non ſtatim puniũ-
tur, vt alijs terrorem incutiant, &
ne ſimilia perpetrare audeãt exin
de non ſolent tam rigurosè pu-
niri, nec tam grauia videntur etiã
eiſdẽ iudicibus, nec teſtes faciunt
illam vim, nec iudicũ mentes im-
primere ſolent, prout facti noto-
rietas ſolet inferre, quando de-
lictum de recenti fuit commiſ-
ſum, dictuſq; reus ſteterat in car-
ceribus annis duobus, & vltra,
nec ille algozirius erat electus à
Rege, prout ſolẽt eligi Algozirij
M. R. C. ſed officialis, ſiue ſeruiẽs
illius Curiæ Ciuitatis Syracuſa-
rum, vnde conſiderãda veniebat
in hoc doctrina Vincẽtij de Fran
chis vbi ſupra.

Ideoque attentis omnibus die
prædicto x. Ianuarij facta relatio-
ne prædicto Excellentiſſimo Do-
20 mino Prὸregi fuit † reus prædi-
ctus à ſola ordinaria pœna vitæ
naturalis abſolutus, & condem-
natus ſuper Regijs triremibus ad
remigandum toto tempore eius
vitæ, quæ pęna quanta ſit omni-
bus eſt notorium, & nos ex Illu-
ſtriſſimo Domino Cardinale Bel-
larminio annotauimus, *dec. 37. in*
Addit. & ita fuit exe-
quutum.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Statutum in Regno pro compromittendis cauſis conſanguineorum ex c. Regis Caroli 85.*

2 *Statutum vt cauſæ compromittantur inter conſanguineos videtur fauorabile.*

3 *Statutum de compromittendis litibus inter conſanguineos eſt ampliandū.*

4 *Compromittere de iure communi nemo tenetur.*

5 *Statutum contra ius cõe eſt odioſum.*

6 *Tranſigere, vel paciſci nemo tenetur.*

7 *Iudex non poteſt compellere partes ad compromittendum, vel tranſigendum.*

8 *Concordia coniunctarum perſonarum ſuaderi poteſt, imperari non poteſt.*

9 *Compromittere nemo cogitur etiam ſi ſcandalum timeatur.*

10 *Compromiſſa ratione pœnæ ſunt odioſa.*

11 *Cap. Regis Caroli 85. de compromittendis litibus inter coniunctas perſonas continet ius nouum.*

12 *Statutum de compromittendis litibus inter coniunctos non habet locū, vbi adeſt publicum inſtrumentum.*

13 *Statutū limitans cauſas non extēditur*

14 *Cap. Regis Caroli 85. loquitur in cauſis ordinarijs per viam ſucceſſionis, vel legati.*

15 *Prorex poteſt ſi ei videbitur corrigere, reformare, augere, vel minuere Cap. Regis Caroli 85. de compromittendis litibus inter coniunctos.*

16 *Compromiſſum de iure non conceditur, vbi agitur ex teſtamento.*

17 *Statutum contra ius commune ſtrictè erit interpretandum.*

18 *Statutum erit interpretandum ſecundum ius commune.*

19 *Statutum contra ius commune licet ſit fauorabile ſtrictè erit interpretandum, ſecus ſi ſit præter, vel ſecundum ius commune.*

ARGVMENTVM.

Cap. Regni Regis Caroli 85. de compromittendis litibus inter coniunctas perſonas explicatur.

DECISIO CC. XXXXVI.

1 IN Regno habemus ſtatutum in Cap. Imperatoris Caroli 85. de compromittendis litibus inter coniunctas perſonas. Dubitatum fuit in cauſa vertente inter D. Ioſeph Viuacito, & cõſortes, contra Siluestrum Sigona, an dicta capitulum ſolum habeat locum, & ſe reſtringat ad cõpromittendas cauſas per viam legati, & ſucceſſionis, vel habeat locum, & amplietur etiam in omnibus quæſtionibus ciuilibus.

Digitized by Google

Nam primo loco videtur qđ diſpoſitio dicti Capituli debeat ampliari, quia prædictum ſtatu-
2 tum † videtur fauorabile, & habeat ęquitatem, & honeſtatem in ſe, fuitq; introductum in odiũ
3 litium; ideo † ampliandum tamquam fauorabilę, vt lites dirimantur, & partes releuentur à labori bus, & expenſis, *l. properandum, C. de iudicijs, c. finem litibus de dolo & contum. cum alijs late cumulatis per Blancum de comprom. q. 1. n. 3. verſ. contraria opinio*, vbi in fine dicit hanc eſſe magis communem opinionem. Idem firmat *Intrigl. ſing. 195. ſuper prædicto Cap. Regni Burg. de laudim. p. 3. inſpect. 24. Nouar. col lectan 19. ſuper ſimili pragmat. Regni Neapol. n.* 1. & ibi per totam tractat materiam, *Borell. de comprom. §. 1. Gl 3 n. 73.* vbi ait quod huiuſmo di ſtatutum eſt fauorabile, ideoq. extendendum; inducit. n. ſedationem diſcordiarum, & rixarũ, & ſic non debet reſtringi allegat *Rom. in l. 1. C. vnde vir & vxor. qui allegat tex. in l. furti, §. pactus cũ gloſ. ff. de his, qui notan. infam. Bald. in l. 1. § quibus infi. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nomin. Anch. alex. & ibi per eum allegatos*. & ſubdit quod in hoc nemo videtur diſſentire, & loquitur in terminis Pragmaticæ ſimilis ſtatuto noſtro. de magis communi *Ludou, deciſ. Lucenſi 26. n. 2. & dec. Peruſin. 2. nu. 1. in Gratian. diſcept. 136. n. 89. Brunor. à Sole in compend. verſ. compromiſſũ ad publicam vtilitatem*, vbi quod extendatur ad caſus, qui ſub larga ſignificatione vocabuli comprehenduntur.

In contrarium facit quod de
4 iure communi nemo † compellitur compromittere, *l. 3. §. tametſi l. diem proferie §. ſtari, ff. de arbit. Neguſ. in ſil. q. 264. n. 1.* cum ergo tale ſtatutum compellat ad compromittendum eſt contra ius commune, ex quo neceſſario dicendũ
5 eſt quod ſit odioſum, † *l. quod vero cum alijs, ff. de legib. l. quidquid aſtringenda. ff. de verb. oblig. notat Gloſ. in clement. 2. de offic. ordinar.*
6 Inſuper nemo cogitur † tranſigere, vel paciſci de iurę gentiũ, vel ciuili, *l. nec emere C. de iur. delib. & l. ſi quis maior C. de tranſactionib.* cum ergo ſtatutum neceſſitet cõpromittere, inducerę videt̃ quid odioſum, quia cõtra diſpoſitionẽ iuris cõmunis, vnde *Bar. in l. furti, §. qui iuſſu, ff. de his, qui notant. in-*
7 *fam.* ait quod Iudex † non poteſt compellere partes ad compromittendum, nec tranſigendum, & *Bald. in l. ex ſtipulatione, C. de ſententijs*, dicit quod bona eſt con-
8 cordia † coniunctarum perſonarum, quæ ſuaderi poteſt imperari
9 non põt, ideo non poſſunt † cogi partes ad compromittẽdũ in arbitratorẽ ẽt ſi timeatur ſcandalũ, & idem *in c. 1. §. fi. de pace tenenda*, vbi ait ſe non credere, nec eſſe verum quod partes poſſint cogi ad compromittendũ in amicũ cõem
10 Inſuper cõpromiſſa ratione pęnę ſunt odioſa, *l. ſi minor §. minores ff* de

ff.de minor.& quod ſint odioſa tenet *idem Bald.in conſ.2 2 3.n.1. ſtatuto aſtenſi col.2.vol.1.ſequitur Baptiſta S. Seuerino , & alij relati per Blanc.d.q.1.n.2. verſ.2. iuxta prædicta quadam,& eſt doctrina Butrij in c.cum tempore col.1.de arbitr.* qui dicit quod ſtatuta compellentia pſonã ad cõpromittendũ ſunt exorbitantia, quia nemo regulariter compellitur compromittere.

Ideo ſcribentes ſuper prędicto Capitulo 85.dicunt quod conti-
11 net ius nouum, quia de iure non cogitur quis cõpromittere, *Lanfranc.de arbitr. q.45.* qui alios allegat licet ſit fauorabile, ut ſupra dixi,& eſt doctrina *Bald.in l.qui ſe patris C. vnde liberi.*

Data tamen prima cõcluſione limitatur duobus modis, quæ in caſu iſto concurrebãt. Primo,nõ
12 procedere vbicũq; adſint inſtrumẽta publica liquida, tunc.n. nõ habet locũ ſtatutum, *ita Bart.in prohem.C.n.6.& in l.poſt rem,nu.2. ff.de tranſact.& in l.1.C.quãdo prouocare non eſt neceſſe, Marian. Soc.conſ.4.viſis actis,& actitatis vol.1. Borel.de comprom.§.2.gl.1.n.152.& ſeqq.* vbi alios allegat *Nouar.d.collect.19.n.20.lim.6.* vbi ait quod in Regno Neapolis hoc eſt expeditum,& de iure cõmuni tradunt *Balb.in dec.406.& Magon. in dec. Floreni.119.Burg.d. inſpect.24. in additionibus n.21. Percol ſuper d.c. vbi alleg.Alex.conſ.37.n.19. 2.vol. Neguſ.d.q.264.n.2.Farin.dec.452 nu.4.p.1.to.1.* vbi dicit hoc non procedere partibus volentibus.

In caſu autem prædicto, de quo agebatur fuerat factus cõtractus dotalis vigore cuius poterat peti exequutio, & licet dos prædicta fuiſſet legata, nõ tamen petebatur vigore legati, ſed vigore iſtrumenti habentis paratam exequutionem,& ſumma erat certa, & liquida quo caſu prædicti DD. concludunt ſtatutum non habere locum.

13 Secundo limitatur † concluſio prædicta quotieſcumque ſtatutũ limitat cauſas, & quæſtiones ſuper quibus debeat fieri cõpromiſſum, prout in ſtatuto noſtro,
14 quod loquitur tantum de † quæſtionibus ciuilibus ordinariis per viam ſucceſſionis, vel legati, vnde nullo modo poterat extẽdi ad dotes promiſſas per cõtractũ, qa dotes prędictæ non petebantur ordinaria via per viam ſucceſſionis, vel legati, vt dictum eſt.

Quinimmo S. Catholica Maieſtas Regno noluit concedere id quod fuit petitũ ſimpliciter, ſed durante ſuo R. beneplacito, & addit, quia tamen hoc nouum eſt in Regno, & inſolitum mandat S.Maieſtas quod ſi ex obſeruatione huius priuilegij videretur Vi-
15 ce Regi, † qui pro tempore fuerit oriri aliquod inconueniens, ita quod in totum, vel in partẽ non expediret eo vti præfatus Vice Rex cum voto S.R.C. aptet, reformet, augeat, minuatue, aut in totum illud aboleat, prout magis

ex-

Digitized by Google

expediens, & oportune videbitur pro vniuerſali beneficio totius Regni.

Et hoc maxima ratione quia vt ſupra firmatum eſt de iure cõmuni nemo inuitus cogitur compromittere. Quinimmo vbi agitur ex teſtamento compromiſ-
16 ſum † non datur, licet ſit liquidandum per probationem mortis teſtatoris, & aditionem hæreditatis, vt deciſum annuit Capyc. *dec.* 48. *Magon. dec. Lucenſ.* 99. vbi qđ compromiſſum ſuper legato, & teſtamento fieri non poteſt parte opponente ſequitur Noua, *d. collect.* 19. *n.* 14. *lim.* 2. ideo ſubdit S. C. Maieſtas in dicto decreto qđ hoc nouum erat in Regno, & inſolitum; ideo extendi non debet prędictũ ſtatutum vltra caſus expreſſos cum ſit lex noua, & contra formam iuris cõmunis *Alex. conſ.* 107. *n.* 4. *lib* 5. *Fulgoſ. conſ* 98. *in princ.* & ſit ſtricta interpretatio
17 † ſtatuti, quando inducit aliquid contra ius commune, & hoc vt quanto minus recedamus à iure communi *Oldr. conſ.* 150. *n.* 3. *verſ. præſertim, & conſ.* 259. *n.* 8. *verſ. preterea vſq; ad ſi Gratian. diſcept.* 418 *n.* 10. *Ramon. conſ.* 53. *n.* 3. ideo generaliter ſtatuta contra ius com-
18 mune † debent interpretari quantum poſſibile eſt, vt illi ſint conformia, vel illud corrigant, quanto minus fieri poteſt, *Roman. conſil.* 197. *num.* 2. *verſic. hæc autem maxima*, *Mart. conſ.* 55. *nu.* 12. *conſ.* 63. *n.* 20. *Didac. Perez in lib. ordin. Regn. Caſtell. lib.* 5. *tit.* 2. *fol.* 112. *col.* 1. *ibi quia tamen to.* 2. Ideo bene dixit *Alex. conſ.* 207. *n.* 21. *in fin. & ſeq. verſ. non obſtat quinto lib.* 6. qđ
19 quando ſtatutum † eſt contra ius commune licet ſit fauorabile nõ extenditur, ſed reſtringitur, licet ſecus ſit quando ſit præter ius cõmune, vel ſecundum ius commune.

Quibus omnibus conſideratis dictus de Viuacito dictam cauſam non fuit proſecutus, ſed M. R. C. inclinabat quod dictum Capitulum Regni in prædicto caſu non haberet locum.

SVMMARJVM.

1 *Sequeſtrum eſt concedendum, quando de credito conſtat per publicum inſtrumentum.*

2 *Prouiſio facta inter eaſdem partes, & de eadem re, licet per diuerſam actionem facit ius inter partes.*

3 *Titulus poſſeſſionis mutari nequit in praiudicium alterius, nec ſuperuenientia tituli prodeſt, & nu.* 8.

4 *Fideicommiſſum ſemel extinctum non poteſt reuiuiſcere.*

5 *Fideicommiſſum bonorum, quæ peruenerunt ad mulierem ex cauſa dotis extinguitur.*

6 *Sequeſtrum regulariter eſt prohibitum*

7 *Titulus poſſeſſionis adueniente noua cau-*

Digitized by Google

causa mutari poteſt.

9 Poſſidēdi animus ex titulo magis proſiguo declari poteſt.

10 Sequeſtrum deleri debet ceſſante cauſa ipſius ſequeſtri.

11 Cauſa non dicitur expedita, niſi quando fuerit lata ſententia tranſacta in rem indicatã, & nullo remedio retractari poteſt.

12 Lis & cauſa durare dicitur poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi adhuc executa non fuerit.

13 Res iudicata non dicitur, quando ſubiacet aliquo remedio, vt puta reuiſioni.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum factum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ peruenerint ad hæredem ex ſucceſſione ſuperueniente quando ſit delendum.

DECISIO CC. XXXXVII.

Facto ſequeſtro per D. Petrum Giglio de mandato M.R.C. ſuper quibuſdam redditibus debitis P. Georgio Tagliauia per Excellentiſſimum Dominum Ducem Terrenouæ, aliiſque redditibus ſuper Baronia Partannæ fideicōmiſſo ſubiectis à Georgio Tagliauia Seniore in anno 1587. fuit altercatum an dictum ſequeſtrum ſubſiſtere, vel deleri deberet.

Ex parte enim dicti D. Petri dicebatur, quod quando per inſtru-
1 menta † publica cōſtat de credito ſequeſtrum concedendum eſt, *Soc. in l. ſi fideiuſſio, §. fi. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Burſat. conſ. 423. n. 25. Mılanenſ. dec. 12. n. 29. lib. 1. Muta deciſ. 24. nu. 11. & dec. 92. nu. 11. Burg. de laudim. p. 3. inſpect. 14. n. 4. Neguſ. in ſilu. reſp. 219. n. 4. Barz. dec. 56. n. 7. & ſeq. Borell. in compend. dec. tit. 37. num. 31.*

Et licet aliàs in anno 1613. fuerit inter eaſdem partes litigatum ſuper his, & ex parte dicti P. Georgij prætenſum dictos redditus poſſidere iure proprio tamq̃ fideicommiſſo ſubiectos, nihilominus fuit determinatum in ann. 1616. per M.R.C. quod præſtito de nō liquidis traderetur poſſeſſio, & fructus omnes deponi deberent in tabula huius Vrbis Panormi, & ibi manerent ſequeſtrati vſq; ad expeditionem cauſæ,
2 quæ quidem † prouiſio cum fuerit inter eaſdem partes, & de eadem re, licet per diuerſam actionē ageretur facit ius, & amplius de hoc agi nequit *l. ſi mater §. eādem vbi Bart. ff. de except. rei indic. Surd. conſ. 312. n. 22. Giurb. dec. 20. num. 4.*

Nec

Nec replicatio dicti P. Georgij, quòd ipſe veniebat iure proprio vti vocatus obſtare poterat, quia dum inter dictum D. Petrum, & dictum P. Georgium vti hæredem eius matris D. Mariæ poſſeſſoris dictorum reddituum ſequeſtratorum pendebat lis, & fuerat facta prædicta prouiſio non poterat dictus P. Georgius in præiudicium dicti
3 † D. Petri creditoris mutare titulum, nec illius ſuperuenientia prodeſt *Alex. cōſ. 40. n. 3. lib. Tho. 3. Doct. conſ. 90. n. 1. & 2. & conſ. 138 per tot.* & de iure ſuperueniente dixerunt *Innoc. in c. dudum n. 13. verſ. ſicut enim pendente lite de elect. Bellam. dec. 749. in medio verſ breuiter diſtinguo, quem ſequitur Ferrett. conſ. 229. n. 2. lib. 2. Lancellott. de attent. p. 2. c 4. lim. 20. n. 22. Peregr. tract. var. lib. 3. n. 156.* faciunt dicta per me *deciſ 139. n. 1. & ſeq. & n. 13.*

Fortius quia prædicta bona fideicommiſſo ſubiecta peruenerant ad D. Mariam matrem dicti P. Georgij, cuius ipſe fuerat hæres, & hoc ex cauſa dotis, ideo fideicommiſſum ceſſabat, nam ſe-
4 mel † extinctum fideicōmiſſum non poterat reuiuiſcere, *Bart. in l. pater filium, §. quindecim n. 4. ff. de leg. 3. Cæſar de Graſſis dec. 3. n. fi. & dec. 4. n. 20. de reb. eccl non alienand. Gutierrez cōſ. 21. n. 16. Gonzal. in reg. Cancell. reg. 8. gl. 9. n. 198.* & in quacumq; materia ſemel extinctum amplius non reuiuiſcit *Anna al. leg. 28. n. 7. Milan. dec. 8. n. 48. lib. 2 Mut. dec. 48. n. 20.*

5 Et in terminis caſus de quo agebatur † poſt *Iaſ. in Auth. res quę in 6. extenſ. C. de fideicomm.* dixit *Ripa in l. filiusfamilias §. diui ſub n. 67 ff. de leg. 1. & ibi Iaſ. nu. 97. Sfort. de fideicommiſſ. ex prohib. alien. q. 29. n. 69. & ſeq.*

Ex quibus ex parte dicti D. Petri inferebatur ſequeſtrum prædictū ſubſiſtere debere non obſtante mutatione tituli facta per dictum P. Georgiū, quæ non poterat fieri, quia redditus ſuper quibus erat factum ſequeſtrum peruenerant in poſſe D. Mariæ eius matris ex cauſa dotis, cuius ipſe fuerat hæres, ideo fideicōmiſſum ceſſabat. *Peregr. de fideicommiſſ. art. 42. n. 23. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 533. n. 19.*

Sed ex parte dicti P. Georgij dicebatur ſequeſtrū omnino deleri debere, etenim de iure magnum eſt commodum poſſeſſio-
6 nis, & exactio fructuum; Ideo † ſequeſtrum regulariter eſt prohibitum *tot. tit. de probib. ſequeſtr. poſſ. & fruct. & gl. vbi doct. in l. 1. C. eod. tit. Cardin. Tuſc. concl. 202. verb. ſequeſtrum in princ.* qui alios adducit *Burg. de laudim. p. 3. inſpect. 14. nu. 2. Neguſ. in ſilu. reſp. 219. n. 4. Monac. dec. Lucenſ. 21. n. 3. Salgad. de protect. reg. p. 2. c. 16. n. 2. & ſeq.* vbi quod hoc diſponitur tam de iure canonico quàm ciuili, *Borell. in cōpēd. dec. tit. 37. n. 14. vbi citat Mut. &*

Mi-

Digitized by Google

Miſanenſ. Valenz. conſ. 43. n. 168. Faber in Cod. lib. 4. tit. 3. diff. 6.

Et licet quando adeſt inſtrumentum ſequeſtrum ſit concedēdũ ex ſup. adductis, & dixit *Alex. conſ. 163. n. 2. verſ. inſuper lib. 6.* cũ alijs communiter, nihilominus hoc erit intelligendum ſuper bonis ipſius debitoris, & in caſu iſto debitor erat D. Carolus pater ipſius P. Georgij, qui tamquam vocatus ex fideicommiſſo poſſidebat iure proprio dictos redditus.

Et potuit dictus P. Georgius adueniente noua cauſa ſucceſſio-
7 nis iure ꝓprio, ꝑut euenit mutare titulum poſſeſſionis, *Camill. de Medic. conſ. 109. n. 10. conſ. 32. nu. 9. & ſeq.* poteſt enim quis poſſidere rē ex pluribus titulus, *l. 3. §. ex pluribus, ff. de acq. poſſ. vbi Bart. & alij. Alex. in d. l. 3. §. ex contrario n. 2. Anna cõſ. 53. n. 52. Crauet. conſ. 16. n. 6 Capibl. de baronib. Pragm. 11. n. 152. Seſſ. dec. 25. n. 49. & ſeq. bené Gomez ad ll. Taur. 45. n. 97.* vbi declarat. Et vide ad materiam *Capiblanc. de baronib. pragm. 11. num. 153. & ſeq. Brun. á Sole in compend. reſol. verſ. poſſeſſionis mutatio*, & quod præſumatur poſſeſſio ex titulo vtiliori, *Gratian. diſcept. 752. n. 25.*

Quando tamen quis reſtrinxit actum, & poſſeſſionem ad vnam cauſam, & titulum tunc facta ſemel electione non poteſt ad aliũ titulum redire, *Crauett. conſ. 171. n. 17. Seſſ. dec. 25. n. 52. & ſeq Gomes l. tauri 45. n. 97.* vbi declarant q̃d ſi quis poſſederit ex titulo inualido, & validus ſuperuenit. & po-
8 teſt quis declarare eius animum poſſidendi ex titulo ei magis profiguo, *Soc. conſ. 131. n. 4. & 7. vol. 1. Gabr. conſ. 51. n. 2. 36. & 37. Neutz. conſ. 80. n. 24. Surd. conſ. 160. n. 23.*
9 *& 24.* licet prima opinio † ſit magis tutior, & vera non enim põt quis mutare titulum poſſeſſionis ſuæ in præiudicium tertij, niſi eo citato, & audito.

Dicebatur inſuper ceſſaſſe cauſam ſequeſtri, quia dictus D. Petrus iam fuerat ſolutus, & ſatisfactus de omnibus eius creditis, & ex liq̃datione, ſeu calculo ad eius petitionem, & inſtãtiam facto remanebat debitor in vnc. mille
10 octingentis: & ſic ceſſante cauſa ipſius ſequeſtri, oĩno deleri debebat, *l. ſi fideiuſſor, § ſatisdatum ff. qui ſatiſd. cog. l. fi. C. de ord. cognit. vbi Bal. in fi. & alij. Magon. dec. Florent. 115. n. 6. Borell. in cõpend. dec. n. 37. n. 130 vbi n. 131.* declarat, vt requirat̃ Iudicis decretum *poſt Magon. d. dec. n. 8.* hinc lite finita tollit̃ ſequeſtrũ *Magon. vbi ſup. n. 3. Valaſc. dec. Luſit. 66. ſub n. 15. Borell. d. tit. 37. n. 124*

Sed ex parte D. Petri replicabatur hoc non procedere, quia ꝑdicta liqnidatio fuerat expedita per Io. Mattheum Curto ex errore, & pendebat reuiſio, ſicut etiã ſuper alijs interlocutoriis inter eos in dicta cauſa latis, & quia ex forma prouiſionis primo loco factæ prædicti fructus erant deponendi in tabula vſque ad expedi-
11 tionem cauſæ, ea expedita † non

dicitur, niſi quãdo fuerit lata ſententia trãſacta in rem iudicatam, & nullo remedio retractari poteſt *Oldrad. conſ. 255. Natta conſ. 99. n. 4. lib. 1. Lancellot. de attent. par. 2. c. 4. in præfat. n. 280. Salgad protect. reg. p. 2 c. 16. n. 65.*

Immo etiam lis † & cauſa durare dicitur poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & executa non fuit, *Bald. in l. 1. C. de iuram. calum. l ſi cauſam de exequut. rei iud. Jo. Fab. in l. 2. C. de litig. Lancell. de attent. in præfat. n. 271.*

Nec dicitur res iudicata, † quãdo ſubiacet aliquo remedio, vt puta reuiſioni, *Cephal. conſ. 182. n. 17. & ſeq. Rimin. iun. conſ. 84. Rol. conſ. 63. n. 48. vol. 4. Aſola ad decret. Subaud. tit. de mod. ſupplic. gl. 2. n. 17. Surd. conſ. 61. nu. 44. & conſil. 268. n. 29. Giurb. dec. 20. n. 9. & per tot. Gratian. diſcept. 114. n. 34. & 35. & diſcept. 758. n. 18. & ſeq. to. 4.*

Dum ergo pendebat reuiſio liquidationis prædictæ, & aliarum interlocutoriarum non poterat dici cauſam eſſe expeditam, & propterea erant depoſitandi fructus prædicti in tabula iuxta formam prouiſionis prædictæ pro indemnitate dicti D. Petri.

Quibus omnibus conſideratis ex ſcripturis valde dubitatũ fuit de credito dicti D. Petri; & ſic quòd liquidatio fuerit legitimè expedita; ſed quia aderat prouiſio prædicta, & reuiſiones pendebant viſum fuit M.R.C. pro indemnitate D. Petri, & quod dicto P. Georgio non inferretur præiudicium quoad commodum exigendi fructus determinare modo infraſcripto. quòd ſequeſtra facta ſuper capitalibus reddituum ſtet vſque ad totalem expeditionem cauſæ; quo vero ad interuſuria debeantur ſaluis iuribus dicto de Giglio in caſu victoriæ quoad iudicia pendentia.

Ex qua interlocutoria videtur vtriq; parti conſultum, nam caſu quo D. Petrus fuiſſet declaratus creditor remanebat ſequeſtrum non ſolum ſuper capitali, ſed ei fuerunt reſeruata iura ſuper interuſurijs maturandis: & hoc ſub die 8. Iunij 1624.

SVMMARIVM.

1 *Continentia cauſæ operatur etiam in remiſſione fori.*

2 *Delinquens in loco, vbi reſidet Princeps non debet remitti ad eius forum.*

3 *Capicij deciſio an procedat in foro Magni Admiratus.*

4 *Pragmat. 6. tit. 10. de foro compet. declaratur. & n. 5.*

6 *Priuilegium Magni Admiratus adducitur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Delinquentes in loco vbi reſidet Princeps an ſint remittendi ad eorum forum, & quid in his, qui gaudeat foro Magni Admiratus.

DECISIO CC XXXXVIII.

D. Paulus Michiche familiaris Magni Admiratus erat proſecutus ad inſtantiam Procuratoris Regij Fiſci, & corā M. R. C. fuit controuerſum an deberet remitti ad eius forum. Duo opponebantur ex parte Fiſci. Primum quod is erat inculpatus inſimul cum alijs, & conſequenter
1 ne continentia † cauſæ diuideretur non erat remittendus, *ex not. per Capic. dec.* 122. *in fi. & Maſtrill. dec.* 138. *to.* 2. *& dec.* 269. *nu.* 3. *& dec.* 39. *nu.* 5. *Capiblanc. de Baronib. prag.* 8. *p.* 2. *n.* 197. vbi hoc declarat quomodo hoc procedat, de quo *Vrſill. dec.* 213. *Gail obſeru.* 37.
2 *Gutier. q.* 6. *lib.* 1. Secundum q† cū delictum fuerat commiſſum, vbi Princeps, & M. R. C. commorantur *ex Pragm.* 6. *tit.* 10. *de for. comp.* remittendus non erat. Et hoc ea ratione, quia tunc Princeps videtur principaliter offendi, *Frāc. deciſ.* 129. *n.* 2. *& ſeq. & dec.* 499. *n.* 6. *Capiblanc. de baron prag.* 8. *p.* 2. *n.* 132 *Thor. in verb. remiſſio alicuius vaſſalli col.* 6. *to.* 2. qui extendunt in delictis factis in ſuburbijs.

Sed ex parte Magni Admiratus dicebatur prædicta non habere locum, quia licet Capic. quem ſecutus fuit *Maſtrill. vbi ſup.* dicāt remiſſionem non eſſe faciendam, quando adeſt continentia cauſæ, tamen deciſio Capicij fuit in an-
3 no 1517. † & priuilegium Magni Admiratus fuit in anno 1543 Vnde non poteſt adaptari dicta deciſio ad tempora noſtra, Et deciſio Maſtrilli, licet fuerit exinde cōfecta nullam tamen facit mentionem de prædicto priuilegio.

Item demonſtrabantur binæ interlocutoriȩ altera ī anno 1539 & altera in anno 1619. per quas fuerūt remiſſi non obſtante continentia cauſæ, & non obſtante quòd rei erant conuenti ad inſtantiam perſonarum priuilegiatarum.

Ad ſecundum de *Prag.* 6. *tit.* 10 *de for. comp.* dicebatur quòd Priuilegium prædictum loquitur de exemptione ſubditorum Magni Admiratus Iuriſdictionis omniū & quorumcūq; officialium etiam M. R. C. & conſequenter de hoc diſceptandum non eſt, quia S. Catholica Maieſtas ita per eius Regale priuilegium mandauit.

4 Inſuper dicebatur, quod dicta Pragmatica† loquitur de foris ſub

Digitized by Google

Principe, & M.R.C. non commorantibus, prout ſunt fori D. Comitis Mohac, Ducis, Terrçnouæ, Ducis Mõtis alti, & aliorũ habentium merum, & mixtum Imperium, non autem de illis coram Principe, & M.R.C. reſidentibus, prout ſunt Magnus Admiratus, Viceadmiratus, Auditor Generalis totius gentis bellicæ huius Regni (de quo alibi latius ſcribemus deo dante) equitum leuis armaturę, triremium, Magiſter Portolanus, & ſimiles, & Tribunal S. Officij, quibus ſolet fieri remiſſio abſq; contradictione, & id firmare videntur aperte verba ipſius Pragmaticæ (ibi & quauis priuilegii fori Principis priuilegio ſub quacũque verborum prçgnantia gratioſe, ſiue ex cauſa oneroſa impetrati, ſeu impetrandi allegatione, & exceptione ſummota, ne dũ ipſe delinquens, ſed etiam talia priuilegia impetrantes, &c.) & quidem ea ratione, quia ſi prædicti Magnus Admiratus, & alij vt ſup. vtuntur eorum iuriſdictione corã Principe, & M.R.C. & abſq; alia licentia eorum actuarios, & officiales detinent, videtur quod nullo modo Pragmatica de eis loquatur.

His addendum, quod Pragmatica fuit edita per Ill. D. Ferdinãdum Gonzagam in anno 1539. & tamen Priuilegium prædictum Magni Admiratus fuit cõceſſum per S.C. Maieſtatem, vt ſuperius dixi in anno 1543. qui potuit derogare dictę ordinationi eius Proregis, prout præſumitur feciſſe, dum ei conceſſit Priuilegium abdicatiuum ab omni iuriſdictione loquendo etiam cum M. R. C.

5 Et apparent † multæ remiſſiones factæ de ordine Excell. Suæ, & M.R.C. quod non fuiſſet factũ, ſi Pragmatica prædicta loqueretur de Magno Admiratu.

6 Ideo ex parte † procuratoris dicti Magni Admiratus, fuit pręſentatum priuilegium obtentum à S.C.M. die 29. Aprilis 1543. datum Barchinoniæ, per quod concedit Illuſtri Marchioni Terranouæ, tunc Magno Admiratui, omnimodam iuriſdictionem, tam ciuilem, quàm criminalem, contra perſonas, & res officialium, miniſtrorum, familiarum, nec non nautarum, & nauigãtium, tam regnicolarum, quàm exterorum, & armorum conceſſionẽ, & prohibitionem, pęnarum commodũ, quintarum, ius ſtraquaturarum, & aliorum iuriũ perceptionem, cognitionem, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agant; vel conueniantur, per perſonas viduas, vel alias priuilegiatas, ſiue ex actis maritimis, ſiue ex alienis; etiam quod allegaretur continentiæ cauſa, & priuilegium fori perſonarum priuilegiatarum, de quo priuilegio fuerũt expeditæ exequutoriæ in Regno die 28. Auguſti 1543. & conceſſę diuerſæ literæ obſeruatoriales per Excell. D. Proreges, & vltimo loco per Excell. Dominum

num Comitem Caſtri die 8. Augusti 1617. per quem fuit ordinatum prout infra.

S. E. diçe que ſe exequten los priuilegios del Señor Duque de Terranoua como Gran Almirante en la conformidad, que ſe han exequtado por lo paſſado, porque ha reſuelto, que en las terras aya los offiçiales contenidos en vna relaçion, que va aqui rubricada de mi mano eçettuando los familiares dellas con los quales ſe tomara deſpues el eſpediente, que mas cõuenga, y que en quẽto à Paliermo goçen come por lo paſſado aſſi los familiares, y porteros como los Commiſſarios cuyo numero ſe contiene en la liſta, que queda en eſte eſcrittorio de Paliermo à 8. de Agoſto 1617.

Io. de Lezcano.

Pro cuius ordinationis, decreto fuerunt obtentę literæ exequutoriales 16. Septembris 1617. & inde per Sereniſſimum Principem Filibertum die 24. Nouembris 1622. cũ viſa totius M. R. C. ſedis criminalis, & ciuilis.

Et ſimiliter fuerunt expeditæ literæ numeri dictorum familiarium in Regno per dictum Excellentiſſimum Comitem Caſtri die 10. Octobris 1618.

Ad confirmandum prædictum priuilegium fuerunt præſentatæ diuerſæ remiſſiones factæ per M. R. C. tam antiquæ, quã nouæ cõtentæ in incartamẽto facto pro Alphonſo Poſterna Locumtenente dicti Magni Admiratus pro requendicatione Placiti Zafarana familiaris in anno 9. Indict. 1611. quæ fuerunt miſſæ in dicta cauſa contra dictum D. Paulum Miciche.

Sed ex parte Fiſci fuerunt pręſentatæ plures interloquutoriæ per quas apparet quod cum delictum fuerit commiſſum coram Principe pro obſeruatione dictæ Pragmaticæ ſextæ de foro cõpetenti non fuerunt remiſſi, & ita fuit obſeruatum in perſonam dicti Placiti Zafarana proſequuti de apportatione, & ictu ſcopettonis, nam die 9. Iulij 8. Indict. 1611. per M. R. C. fuit dictum non renitatur, & die 28. Ianuarij 1. Indiæ. 1603. in proſequutione contra Io. Thomam de Grimaldis ſeruientem dictæ Curiæ accuſatum in M. R. C. de adulterio. Et contra Ioannem Baptiſtam Montone proſequutum de nece Io. Samudio ſerui Martini Samudio Contatoris Regiarum triremiũ die 24. Octobris 1620. fuit enim dictum non remittantur, Imò Præſentata fuit alia interloquutoria contra V. I. D. Petrum la Donzella vaſſallum Domini Ducis Terranouæ D. Caroli de Aragona proſequutum de nefando crimine fuit enim dictũ remittatur præter quo ad delicta commiſſa corã Principe ad oſtendendum Pragmaticam prædictũ ſeruãdam eſſe, & ita vſu recepta.

Quę

Quæ omnia dubiam reddebāt cauſam in delictis coram Principe commiſſis; ideo diuerſimode fuit hoc obſeruatum ſecundum qualitatem delictorum, & perſonarum,& in prædicta cauſa dicti de Micciche non fuit ſubſequuta prouiſio aliqua.

Et in fauorem dicti Domini Ducis Magni Admiratus nouiſſimè fuit deciſum per Curiam Capitanialem, quæ relationem facit corā M. R.C. in cauſa Rayſi Vincentij de Vrſo Nautæ proſequuti de delatione, ſeu vſu ſcopettonis, & hoc ſub die primo Iulij xj. Indiction. 1628. coram Excellentiſſimo Domino Duce Alburquequenſi Prorege digniſſimo. Pro quorum confirmatione, *vide not. per Vincent. de Franch. deciſ. 417. & deciſ. 722. Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 5. cap. 13. num. 11. & ſeq. tom. 2. Capiblanc. de baronib. pragm. 8. par. 2. num. 205.*

SVMMARJVM.

1 Teſtamentum peſtis tempore confectum ad minus requirit quinque teſtis.

2 Teſtamentum etiam peſtis tempore confectum requirit ſecundum vnam opinionem numerum ſeptem teſtium.

3 Teſtamentum tempore peſtis confectū requirit duos, vel tres teſtes rogatos ſecundum aliquos.

4 Teſtamentum tempore peſtis validæ non requirit ſeptem teſtes, ſecus ſi peſtis ſit valida.

5 Teſtamentum tempore peſtis confectum ab eo, qui peſte eſt correptus valet etiam cum minori numero teſtium, ſecus ſi peſte correptus non fuerit, & teſtium copiam habere poſſit & n. 12.

6 Tempus belli, & peſtis æquiparantur.

7 Miles in bello, & conflictu belli teſtatur cū minori numero teſtium, imò in clipeo, & prout poteſt.

8 Miles ſi teſtatur in domo debet ſeruare ſollemnitates iuris communis.

9 Teſtator qui peſtis tempore eſt in maximo vitæ periculo poterit coram duobus teſtibus teſtari.

10 Teſtator qui peſtis tempore non eſt in diſcrimine vitæ, ſed in loco vbi viget peſtilentia teſtari debet ſaltim duobus teſtibus rogatis.

11 Teſtator ſi eſt extra locum infectum, & ſic in tuto, licet ſit tempore peſtis ſeruare debet ſollemnitates iuris.

13 Legatum factum tempore peſtis valet adhibitis quatuor teſtibus.

14 Legatum ad pias cauſas relictum valet etiam quod fuerit confectum coram duobus teſtibus.

AR-

ARGVMENTVM.

Teſtamentum Peſtis tempore confectum quot teſtes requirat.

DECISIO CC. XXXXIX.

IN cauſa vertente inter Iulium Cęſarē Lopez, & Vincētiū Caſo fuit dubitatum quot teſtes requirantur in teſtamento cōfecto tpe peſtis, & an ſufficiat ſcriptura cōfecta manu teſtatoris

Primò dicebatur ex parte dicti
1 de Caſo in teſtamento † tempore peſtis requiri ad minus quinque teſtes, *ita Bald. Salic. & Jaſ. in l. fin. C. de teſt am. Gabr. de teſtam. concl. 8. n.* 1. qui teſtatur de communi *Ripa in l. centurio n.* 84. *ff. de vulg. & de peſte 2. q. 1. n. 1. Craß. in* §. *teſtamentum q.* 54. *n.* 4. *verſ. contrarium* vbi de magis communi de qua teſtatur *Ludou. concl.* 12. *fall.* 4. *tit. de teſtam. Teſaur. dec.* 180. *n.* 1. *Muta ſuper conſuet. Panor.* 36. *nu.* 57. *Boer. dec.* 228. *n.* 7. 8. & 11. & *Cuall. q.* 290 *verſ. ſed contrarium Afflict. ita deciſum teſtatur dec.* 25. *Clarus in* §. *teſtamentum q.* 56. *verſ. quid ſi teſtamentum*, vbi ait, quod hæc quæſtio indigeret deciſione Cæſarea, *Couar. in rubr. de teſtam.* 3. *p. n.* 21. requirit ſaltim quinque teſtes *Anna ſingul.* 505. *Tuſc. concl.* 122. *nu.* 21. & 24. *to.* 8. *Ricc. coll.* 334. *Puteus dec.* 372. *lib.* 1. vbi dicit fuiſſe reſolutum nō ſufficere quatuor teſtes cum Notario, *Gall. de excep. tit.* 2. *excep.* 3. *p.* 2. *n.* 1. *Intrigl. ſing.* 93. *nu.* 22. *lib.* 3. vbi ait, quod cum Doctoribus huius ſententiæ ſe ſubſcriberet.

2 Secundò dicebatur quod † multi, & quidem grauiſſimi doctores tenuerunt huiuſmodi teſtamentum confectum tempore peſtis non valere ſi ſit factum minori numero ſeptem teſtium, ita *Ang. in l. conficiuntur* §. *codicilli de iure codicill. Paul. de Caſtr. in l. fin. C. de teſtam. Alex. conſ.* 177. *lib.* 2. *Gabr. d. concl.* 8. *nu.* 3. *Affl. dec.* 134. *Boer. d dec.* 228. *nu.* 10. *Tuſch. d. concluſ.* 122. *num.* 20. & 23. *plures alios refert Jntrigl. d. ſing.* 93. *n.* 23.

Alij vero dicunt, quod valet
3 † huiuſmodi teſtamentum tempore peſtis confectum cum duobus vel tribus teſtibus rogatis, *Port. in* §. 1. *inſtit. de milit. teſtam. arg.* militis teſtantis in bello, cum peſtis etiam ſit bellum Dei, *Boer. d. deciſ.* 228. *n.* 11. *Gail obſeru.* 118. *nu.* 18. *lib.* 2. *Miſing. obſeru.* 96. *n.* 1. & *ſequ. Guid. Pap. dec.* 543. *Hierony. Preuidell. tract. de peſte rubr. de vlt. volunt. n.* 2. *Jntrigl. d. ſing.* 93. *n.* 21. vbi qđ ſi teſtator fuerit in diſcrimine vitæ conſtitutus poterit probari teſtamentum per duos teſtes fortuitos.

Alij vero doctores diſtinguunt
4 † inter peſtem ſatis validam, ſeu ſæuam, & non ita validam, aut ſęuam, *ita Gabr. de teſtam. d. concluſ.* 8. *nu.* 2. *Boer. d. dec.* 228. *nu.* 11. *Gail d.*

ob-

Digitized by Google

obſeru.n.18. vbi de peſte, quæ iam multis vrbem viduaſſet ciuibus, aut ciues relicto domicilio in loca tuta recedũt, ita ut copiam plurium teſtium teſtator peſte correptus non facilè habere poſſet, qa neceſſitas tunc eum excuſat, & iſto caſu quinque teſtes interuenire ſatis eſt, quando vero ſumus in peſte non ita valida, & ſæua tũc ſeptem debent teſtes interuenire.

5 Alij denique diſtinxerunt, †qđ aut teſtator ipſe eſt peſte correptus, & cum eo teſtes veriſimiliter interuenire vel non poſſunt, vel nolunt, ne huiuſmodi morbo corripiantur, & tunc ſufficiant non ſolum quinque, ſed etiam minor teſtium numerus, ſi conſtet de vera voluntate teſtatoris, dummodo quòd huiuſmodi teſtes ſint oĩ exceptione maiores, & non poſſit de falſitate ſuſpicari, quæ in his caſibus de facili euenire poſſet; aut teſtator non eſt morbo correptus, & poſſet de facili habere teſtes, & tũc ſecus, non enim tempus peſtis dat facultatem, vt poſſit teſtator relictis iuris ſollemnitatibus teſtari, ſed difficultas teſtium, & anguſtia temporis, quæ ceſſare videtur in eo, qui ſanus, & abſq; morbo reperitur, & poteſt facere teſtamentum cũ iuris ſollemnitatibus, & non facit ſiſus tantumodo in temporis peſtiferi incommoditate: & ita ſi benè conſiderentur intelligendi sũt præcitati doctores, & alij quamplures infra citandi *Bartoli* eſt doctrina *in l. naturaliter col. pen. ff. de vſucap. Calcan. conſ. 3. col. 17. Bologn. conſ. 33. colum. pen. verſ. quod autem*

6 moti ea ratione, qa tempus belli inter homines, & mortalitatis, ſeu peſtis ęquiparantur, tũc enim cenſetur eſſe bellum inter Deum

7 & homines, ſed miles †in bello, & conflictu belli poteſt teſtari cum minori numero teſtium, immò in clypeo literis ſuo ſanguine nitilantibus, in puluere, in gladio, dũ tamen probatio de hoc fieri poſſit per duos teſtes etiam nõ rogatos, ſed fortuitò ibi repertos, *l. miles, C. de milit. teſtam.* aut in caſtris, & teſtari poterit quomodo voluerit, & potuerit, *l 1 ff. de teſta. milit.* duobus ſaltim teſtibus rogatis *l. diuus 24. ff. de teſtam. milit.* Aut

8 domi, † & debet teſtari cum ſollemnitatibus iuris communis, *l. pen. C. de teſtam. milit. §. plene inſtit. eod. & tradunt Corn. conſ. 118. in fin. lib. 3. Laderch. conſ. 178. Gabr. cõſ. 100 lib. 1. Io. And de Georg. alleg. 27 ĩ prin. Marcel. de Maur. alleg. 24. Bologn. cõſ. 7. n. 107.* & ſic inferebatur ad tempus peſtis. & nos plenius deciſ.

9 250. dicemus. Vnde ſi is, †qui teſtatur eſt in maximo vitæ periculo, teſtari poterit nullo teſte vocato, dummodo teſtamentum pbetur per duos teſtes; aut non eſt

10 in diſcrimine vitæ, ſed in loco vbi viget peſtilentia, & tunc teſtari debet ſaltim duobus teſtibus ro-

11 gatis, aut extra locum †infectum, & ſic in tuto, licet ſit tempore peſtis, & tunc iure communi teſtabitur

bitur facit *tex. in l. fin. C. de teſtam. l. caſus C. de teſtam.* Vnde *tex. in l. conficiuntur §. codicillo de iur. codicill.* non habebit locum tempore peſtis propter defectum teſtium, qui in loco infecto accedere verentur, quod non pendet à negligentia teſtatoris, dummodo vt ſæpius dictum eſt de veritate voluntatis teſtatoris conſtet, & de falſitate non timeatur, nam in his temporibus veritas tantum, & non ſollemnitates iuris ſunt attendendæ.

In caſu verò prædicto, de quo agebatur interuenerat Magiſter Franciſcus de Modica tertij ordinis Sancti Franciſci Parochi deputati pro adminiſtratione ſacramentorum in illo miſerabili tempore, cuius manu fuerat ſcripta voluntas teſtatoris præſentibus pro teſtibus Agatha filia Ioannæ Caſo teſtatricis, Pōpilio de Anaſtaſio Medico, & non inferioris conditionis, eſt enim Medicus M. R. C. in torturis per Suam Catholicam Maieſtatem electus, & Didaco Sant'Angelo barbitonſore, & fratre Bartolomeo de Modica eiuſdem religionis ſocio dicti Magiſtri Franciſci, & per dictā ſchedulam inſtituit hęredem vniuerſalem Agatham filiam, legatum faciendo in filios dicti Iulij Cæſaris Lopez ad pias cauſas.

Quinimmo mortua Ioanna, cum Agatha hæres vniuerſalis eodem morbo correpta die ſequenti ſuam pariter voluntatem adnotari curauit manu eiuſdem P. Franciſci à quo prius Santiſſima Sacramenta vti fidelis acceperat, præſente altero fratre Bartolomeo in qua inſtituto hærede vniuerſali Vincentio fratre, & confirmata diſpoſitione Ioannæ matris voluit, quod mortuo Vincentio ſine filijs ex legitimo matrimonio ſuccederent Lucretia D. Franciſcus, & Melchiona Lopez filij dicti Iulij Cæſaris.

Ex quibus apparebat de vera teſtatricis voluntate, & quod ipſa erat correpta peſtifero mor-
12 bo, ad quam teſtes † ſtantibus bannis non poterant, niſi tantum hi, qui huiuſmodi morbo affecto curabant ſpiritualibus, & corporalibus remedijs, & in his ita loquitur *Ant. à Gamma dec. 81. ſub n. 2. lib. 1. Peregr. dec. 80 ſub n. 3.* vbi quòd ita vidit practicari in Ciuitate Paduæ anno 1576.

13 Sed in legato † facto tempore peſtis quod ſufficiant quatuor teſtes, & maximè in caſu iſto vbi tres ſunt omni exceptione maiores Parochus, eius ſocius, & Medicus Anaſtaſius dixit in anno 1601. ita fuiſſe deciſum *Gaſpar Theſaur. in add. ad deciſio. 180. Theſaur.* ex aduerſo allegata, &
14 in legato † ad pias cauſas quale erat relictum dotis in monaſterium ingreſſuræ, conſtitutione patrimonij ſacerdotalis, & celebratione Miſſarum ſufficiūt duo teſtes etiam non rogati, dummodo ſint idoneæ, & probatæ fidei,

Tiraquell. de priuileg. pia cauſæ priuil. 1. vbi quod hoc omnes fatentur, *Couar. de teſtam. cap. relatum in* 1. *nu.* 8. *Pariſ. conſ.* 32. *nu.* 53. *lib.* 2. *Grattian. diſcep.* 605. *num.* 22. *tom.* 4. *Genuenſ. practic. ab. eccleſiaſt. q.* 660. *nu.* 3. vbi quod nec duo teſtes requirantur ſi alio legitimo modo probaretur teſtatoris voluntas, & in teſtamento confecto ab infecto, ſeu morbo peſtifero correpto à *Gama d. deciſ.* 181. *num.* 3. *&* 4.

Ideo attentis prædictis ſub die 26. Nouembris 1625. fuit per M.R.C. deciſum quòd teſtamentum Ioannæ Caſo declaretur validum, & exequatur iuxta eius continentiam, & tenorem, quo prius adimpleto Vincentius Caſo cogatur reſtituere aurum & argentum ſibi conſignatum, ita q̃d de prædictis pecunijs, & raubis, & eorum pretio emantur redditus, qui ſtent, & ſtare debeant pro maritagio, & ſacerdotio filiorum dicti Iulij Cæſaris.

Alia ad materiam huius deciſionis videbis in ſequenti deciſione, Reliqua etenim allegata ex parte dicti de Caſo non fuerunt habita in conſideratione præſuppoſita teſtamenti validitate.

SVMMARJVM.

1 *Milites quam plura habent priuilegia in teſtamentis condendis.*

2 *Milites qui teſtantur in conflictu belli quomodocumque teſtentur, ſi conſtat de eorum voluntate erit validū teſtamentum.*

3 *Milites qui non in conflictu belli, ſed in caſtris, ſeu loco hoſtili teſtantur duos debent adhibere teſtes, qui eam eſſe voluntatē militis teſtentur.*

4 *Milites extra caſtra teſtantes ſollemnitatem iuris ſeruare debent.*

5 *Milites qui in caſtris morantur dicuntur eſſe in conflictu belli.*

6 *Milites, qui in Regno in præſidijs manent dicuntur eſſe in conflictu belli.*

7 *Milites noſtri temporis gaudent omnibus militum priuilegijs. num.* 8. 9 *&* 11.

10 *Militum priuilegia ideo conſtituta fuerunt, vt pro defenſione Romani Imperij omnibus ſoluti curis armis operam darent.*

12 *Capitaneus Generalis gaudet omnibus militum priuilegijs, & ibi datur ratio.*

13 *Membra non debent eſſe melioris conditionis quam caput.*

14 *Duces propriè dicuntur, qui præſunt exercitui à ducendo.*

15 *Seruientes in exercitu pro rebus neceſſarijs gaudent militum priuilegijs.*

16 *Duce ceſſante exercitus, & populi corruunt.*

Tor-

Digitized by Google

17 *Tortura militibus non irrogatur, nec eorum Capitaneis. quod dubium remanet.*

18 *Prorex eſt Capitaneus Generalis, eiq; competunt omnia militaria miniſteria, & conſequenter priuilegia.*

19 *Proregi tamquam Duci militum bona inimicorum in bello capta conſignantur, vt ea diuidat inter milites.*

20 *Priuilegia militibus conceſſa circa teſtamenti factionem competunt, etiã ſi iure communi teſtari cepiſſent.*

21 *Teſtamentum militis valet abſq; teſtium rogitu. contra nu. 22.*

23 *Teſtium rogatio requiritur in teſtamento ad pias cauſas, & ita in teſtamento militum.*

24 *Teſtium rogatio requiritur in teſtamento, vt mens teſtatoris, & maximè militis dignoſcatur.*

25 *Teſtium rogatio non requiritur in teſtamento militum.*

26 *Militibus libera fuit conceſſa facultas teſtandi, ita ut nuda voluntas ſufficiat, abſq; iuris ſollemnitatibus.*

27 *Militis voluntas ſaltim duobus teſtibus eſt probanda.*

28 *Rogatio teſtium non eſt neceſſaria, vbi verè conſtat de voluntate militis teſtantis.*

29 *Teſtamentum confectum à Marchionibus, Ducibus, Comitibus, reliquiſque Regalem dignitatem habẽtibus valet ſine ſollemnitatibus iuris, ſi conſtet de eorum voluntate.*

30 *Locumtenens Regis gaudet priuilegijs, & prærogatiuis, quibus dominus gaudet.*

31 *L. diuus, ff. de milit. teſtam. declaratur.*

32 *Cap. relatum de teſtam. explicatur.*

33 *Teſtimonium domeſticorum in teſtamentis an ſit ſufficiens, & n. 36.*

34 *Pater an poſſit eſſe teſtis in teſtamento filij militis.*

35 *Teſtes domeſtici ſunt idonei teſtes, ſi tempore diſpoſitionis non ſint tales.*

37 *§. in teſtibus, & l. etiam C. de teſtam. explicantur.*

38 *Legatarij an ſint teſtes habiles in teſtamentis nu. 39. & 40. Quod intellige ut n. 41.*

42 *Farin. q. 60 n. 287. declaratur.*

43 *Notarij ſcriptura an requiratur in teſtamento militis: & quando n. 44.*

45 *Filius in poteſtate conſtitutus prohibetur facere teſtamentum.*

46 *Filius exemptus à poteſtate patris poteſt teſtamentum condere.*

47 *Filius adeptus aliquam dignitatem de quibus in auth. Conſtitutio, quæ de dignitatib. poteſt teſtari.*

48 *Mens & intentio attenditur in fideicommiſſis.*

49 *Familia illuſtris cõſeruatur cũ diuitijs.*

50 *Initium & cauſa ſpectãda ſunt in vinculis, ſeu fideicommiſſis.*

51 *Verba in fine poſita debent ſupra expreſſata pariformiter cõprehendere; ſecus ſi militet diuerſa ratio num. 52.*

53 *Subſtitutio, ſeu fideicommiſſum ſunt odioſa, ideo ſufficit dicere non loquitur de caſu iſto.*

54 *Fideicommiſſum ſi rem ſpecialiter nõ nominet illam non afficit, quia de vna re ad aliam non fit extenſio.*

55 *Iurium appellatione redaitus propriè non veniunt.*

56 *Iura tertiam ſpeciem conſtituunt.*

Digitized by Google

57 *Redditus annui ſuper aliqua re debiti inter immobilia computantur.*

58 *Vinculum, ſeu fideicommiſſum vniuerſale ea, quæ in poteſtate diſponentis non ſunt non afficit.*

59 *Fideicommiſſum quantumuis vniuerſale ad res proprias hæredis non porrigitur, ideo hæres in re propria nominatim grauari debet.*

60 *Succeſſio filiorum in parentes eſt contra eorum commune votum.*

61 *Pater ſecundum ordinem naturæ non poteſt cogitare ſe prius deceſſurum, quàm filium.*

62 *Verbum (reuertatur) quid operetur.*

63 *Correlatiuorum idem eſt iudicium.*

64 *Fœminæ regulariter excluduntur à feudo, & maxime ſi ſit quaſi regalis dignitatis.*

65 *Actus quilibet factus præſumitur ſecundum iuris communis diſpoſitionem.*

66 *Principes an poſſint nõ admittere Prælatum, ſi aliqualiter de eo ſuſpicentur ſecreta ſtatus perſcrutaturum.*

67 *Principes mercatores extraneos poſſũt repellere.*

68 *Maſculi deſcendentes de ſanguine fideliores præſumuntur.*

69 *Vſus loquendi diſponentis multum attenditur ad interpretanda verba contractus, ſiue vltimæ voluntatis, & n. 70.*

71 *Pars vna contractus declarat aliam.*

72 *Verba cui non conueniunt, nec etiam cõuenit diſpoſitio.*

73 *Omiſſum dicitur id, quod faciliter potuiſſet exprimi.*

74 *Interpretatio illa ſumitur, ne quis mereatur à ſapientibus morderi, & reprehendi.*

75 *Contrahens ſibi imputare debet, ſi legem apertius dicere potuit, & non fecit.*

76 *Iuriſconſulti illuſtres legalem verborum naturam ponderare ſolent.*

77 *Actus dubia per Notarium, & per partes declarantur.*

78 *Partes etiam ex interuallo poſſunt declarare contractum ab eis confectũ.*

79 *Executio facta per partes ipſius cõtractus dicitur maior declaratio.*

80 *Notario plena eſt adhibenda fides, etiã ſi vnus teſtis inſtrumentarius contradiceret, n. 81.*

82 *Notarius plenam fidem facit, etiam ſi aliàs eſſet vilis perſona.*

83 *Moriens non præſumitur contra conſcientiam litibus cauſam dare velle.*

84 *Moribundus numquam mentiri præſumitur.*

85 *Officialis non præſumitur, niſi de conſenſu domini fidem feciſſe.*

86 *Scientia officialium cum tollerãtia ſufficit pro ſcientia Principis, ad ipſiuſmet Principis præiudiciũ, & n. 87.*

88 *Domi, quæ fiunt præſumuntur facta cũ domini ſcientia.*

89 *Scire vel ſcire debere par eſt.*

90 *Officialis non præſumitur facinus committere velle.*

91 *Scientia præſumitur quando factũ eſt notabile.*

92 *Veriſimilitudo multum ſolet in negotijs attendi.*

93 *Prohibere qui potuit, & non fecit dicitur conſentire.*

94 *Ratificatio nõ continet plus, quã datio, ſeu actus confirmatus, & n. 122.*

95 Confirmatio roborat, & non extendit actum ad non contenta in diſpoſitione confirmata.

96 Ratificatio non augmentat extenſiuè, ſed roborat intenſiuè.

97 Clauſula ad habendum, & libere diſponendum omne fideicommiſſi remiſſionem importat.

98 Clauſula ad habendum, & libere diſponendum donatario tribuunt facultatem liberè diſponendi.

99 Clauſulæ appoſitæ in diſpoſitiuis magis operantur, quàm ſi in executiuis appoſitæ reperiantur.

100 Liberum arbitrium diſponendi conceſſum excludit omne grauamen, ac rei donatæ diminutionem.

101 Nemo præſumitur iactare ſuum.

102 Mens teſtatoris eſt attendenda non ſomnianda.

103 Mens teſtatoris ex verbis concipitur, nu. 104. & 105.

106 Mens teſtatoris ex legitimis coniecturis aliquando deſumitur.

107 Præſumptio vna tollit aliam.

108 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.

109 Clauſula in fine poſita ſi diuerſa ſit, ratio non refertur ad precedentia.

110 Verba ſunt interpretanda, ne correctionem inducant.

111 Verba vniuerſalia, & indefinitè poſita reſpiciunt tãtum proprium determinabile.

112 Donans non poteſt, nec præſumitur donare, niſi ea, quæ ad ſe ſpectant. & n 113.

114 Cardinalis propter dignitatẽ tam grandem à patria eximitur poteſtate.

115 Epiſcopatus eximit à patria poteſtate.

116 Patritiatus dignitas èximit à patria poteſtate.

117 Proreges loco præfecti prætorio ſunt ſubrogati.

118 Proreges ſunt exempti à patria poteſtate.

119 Generalis Capitaneus eximitur à patria poteſtate.

120 Emptio propria rei non datur.

121 Hæredis res propriæ non veniunt in fideicommiſſo, & quando ſecus.

122 Actus, qui indiget ratificatione non dicitur perfectus.

123 Mutatio nouæ formæ arguit nouũ actũ.

124 Clauſula (de nouo damus) qd operetur.

125 Ratificatio generalis non poteſt ſe extendere ad ea, quæ expreſſè ſunt in eodẽ inſtrumento diſpoſita.

126 Generi per ſpeciem ſemper derogatur.

127 Expreſſum dicitur quod oculis corporeis legi poteſt.

128 Iudicandum eſt in dubio contra fideicommiſſum.

129 Teſtamẽtum confectum tempore peſtis non requirit iuris ſollemnitates.

130 Teſtamentum peſtis tempore confectũ valet cum quinque teſtibus in terris Imperij.

131 Teſtamenti pro validitate cum minori numero quinque teſtium fuit deciſum.

132 Teſtes duo ſufficiunt ad validitatem teſtamenti tempore peſtis.

133 Milites quo quomodo teſtẽtur valida eſt eorum diſpoſitio.

134 Milites quando & quomodo teſtentur abſq; iuris ſollemnitatibus, & nu. 135. & 136. vbi an requiratur ſubſcriptio.

137 Principis Magni teſtamentum an ſit va-

Digitized by Google

validum.

138 *Legatarij an ſint teſtes idonei in teſtamentis.*

139 *Filiusfamilias qui per decennium ſe gerat pro emancipato eximitur à patris poteſtate pro validitate actorũ.*

140 *Donatio facta per patrem quando arguat emancipationem.*

141 *Dignitas eximit à patria poteſtate.*

142 *Prorex præfecto prætorio, ſeu Præſidi Prouinciæ aſſimilatur.*

143 *Militum teſtamenta nõ ſubiacent querelæ inofficioſi teſtamenti.*

144 *Filius legans aliquid patri non dicitur illum præterire. & n. 150.*

145 *Titulus honorabilis inſtitutionis nõ requiritur in aſcendentibus.*

146 *Pater poteſt petere ſupplementum legitimæ, ſi tota integra non fuerit relicta.*

147 *Legatum cenſetur factum in legitimæ compenſationem.*

148 *Clauſula omni meliori modo teſtamentum ſubſtinet.*

149 *Clauſula codicillaris quid operetur in teſtamento.*

151 *Legata debentur etiam ſi teſtamentum ex præteritione corruat.*

152 *Bona materna filiorũ non poſſunt alienari, aut donari per patrem.*

153 *Vſusfructus poteſt per patrem filio renuntiari, aut donari.*

154 *Mens contrahentium, & non verba ſunt attendenda.*

155 *Iudicandum eſt in dubio contra fideicommiſſum.*

156 *Reuertatur, verbum quid ſignificet, & operetur.*

157 *Dictio (enim) quid operetur.*

158 *Verba (ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quicquid placuerit faciendum) quid operentur.*

159 *Diuidentes quando cenſeantur renuntiare fideicommiſſo.*

160 *Verba in contractu appoſita non debent eſſe ſine effectu operandi.*

161 *Inſtrumentum relatum attenditur non referens.*

162 *Relatio non debet fieri ad ea, quæ habent propriam diſpoſitionem. num. 163. & n. 164.*

165 *Relatio fieri debet, nè contrarietas oriatur.*

166 *Notario creditur, ſi teſtetur de his, quæ pertinent ad eius officium, & coram eo geſta fuerint.*

167 *Notarius poteſt declarare Verba dubia actus à ſe geſti.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum factum à Capitaneo Generali, prout erat Sereniſſimus Dominus Filibertus abſque numero teſtium ſeptem an ſit validum, & quid ſi factum fuerit tempore peſtis, & plura alia concernentia ad validitatem prædicti teſtamenti, & legatorum per eumdem relictorum.

DE.

Digitized by Google

DECISIO CC L.

PRo deciſione huius cauſæ grauiſſimę illud, qđ quæritur eſt an ex Sereniſſimi Principis Philiberti teſtamento teneatur hęres ſcriptus, vel ab inteſtato ſuccedens legatorum executionem adimplere?

Sed vt prius ad præſentem diſcuſſionem aggrediar de validitate teſtamenti peragemus, ſuper qua per me vti Auditorem Generalem fuit deciſa cauſa, prout infra ex commiſſione Illuſtriſſimi Cardinalis Abauria.

Præmittendum eſt ergo in facto, quod quamuis teſtamentum prædictum ſtipulatum non appareat, nec teſtes habeat, nec denique Sereniſſimus Princeps illud perfecerit, ſed ſolum in quadam cartula ſatis de voluntate apparuerit, quæ deinde per quinque teſtes poſt eius mortem fuerit cõfirmata, vt latius infra diſcutiemus.

Erit videndum an hoc ſufficiat pro validitate prædicti teſtamenti facti; fortius, quia ſupponitur in facto Sereniſſimum Teſtatorẽ non modò militem eſſe, ſed maris, & terræ ducem ſupremum. Ideo primo loco nonnulla militum priuilegia recenſere, & quo loco illis concedantur operę pretium duximus.

Secundo, an eadem militibus noſtri temporis competant, & eorum Capitaneo Generali.

Tertio, quid ſi miles cœpit eo iure condere teſtamentum, quo pagani communiter vtuntur, & antequam iſtud compleret, deceſſit, an valeat teſtamentum iure militari?

Quarto, an rogatio teſtium in teſtamento militis in caſtris confecto ſit neceſſaria ad ſollemnitatem, & quid Capitanei Generalis?

Quinto, an teſtes domeſtici, cõmenſales, & legatarij ſufficientes, & idonei ſint in militari teſtamento?

Sexto, an potuit Sereniſſimus Princeps ſine licentia parentis teſtari nulla interueniente emancipatione?

Septimo poſito, quod Sereniſſimo Duci Subaudiæ eius parenti aliquid iure inſtitutionis non reliquerit præteritione patris teſtamentum corruat. Quibus breuiter expeditis, de validitate prædicti teſtamenti amplius dubitare nemo poteſt.

Difficiliorem tamen vltimo loco quæſtionem examinabimus, an ceſſantibus his omnibus circa validitatem teſtamenti Sereniſſimus Princeps potuiſſet de bonis maternis ei à patre donatis liberè teſtari?

Circa primum an teſtamentũ ſit validum de iure ſciendum eſt,
1 quod † quã plura in teſtamentis con-

condendis,*vt tot.tit.ff & C.de milit.teſtam.* quæ non ſolùm ſunt pſonis conceſſa, quæ de iure communi inhabiles eſſent ad teſtandum, §.*de illis,* & §.*planè. inſtit. de milit.teſtam.* aut formæ inſtitutionis faciendæ.*l.centurio*, C.*de vulg. & pupill.* Verum etiam modum teſtandi concernunt circa ſolemnitatum omiſſionem, quæ de iure communi ad teſtamenti factionem requiruntur. De quibus priuilegijs latè ſcribit *D. Petr. Bell. in ſuo tract. de re milit.* quem allegat *Clar.in* §.*teſtamentum. q. 15. nu.* 1.

Quoniã verò tres caſus in iure noſtro diſtinguntur circa iſtud vltimum priuilegium modo teſtandi conceſſum; ideo aliquæ ſolent à Doctoribus exagitari controuerſię.

Primus caſus eſt *in l 1. & l.milites ff.de milit.teſtam. &* §.1.*inſt.eod.* vbi

2 habetur, quod ſi milites † teſtantur in conflictu belli quomodocunque ſupremæ voluntatis Eulogium faciant, ſiue in charta, puluere, aut clypeo, ſiue ſanguine ſcribant, dummodò conſtet de eorum voluntate firmum robur obtinet, & ſic quod omnes ſolemnitates in teſtamentis de iure communi requiſitæ ſunt illis remiſſæ, ſufficiatque nuda voluntas, vnde *in l. eius militia, ff.eod.* dicitur militis voluntatem eſſe teſtamentum, prout latè *Clar. in d.* §.*teſtamentum. q. 15.* & ſufficere cartulam Notario traditam *au tex.in l.Lucius, ff.de milit.teſtam. cum ibi not.*

3 Secundus eſt quando † non in conflictu belli, ſed in caſtris, ſeu loco hoſtili teſtantur, quo tempore etiam gaudent priuilegijs militaribus, *Gloſ. in fi. in l.ſcriniarios. C.de teſtam milit.* quæ in hoc eſt cõmuniter approbata, vt dicit *Pariſ.conſ.32.n.25.lib.2. & Clar.d.q.15.verſ.item quæro n.15.* Duo tamen ſunt neceſſarii teſtes, qui eã eſſe voluntatem militis teſtentur, §.*planè. inſtit.de milit.teſtament. & l. diuus.cum l.Lucius.ff.eod. Bart. in l. milites. ff.eod. Pariſ.conſ.38.n.7.lib. 3. Ricc. in ſuis collect.354. & Caball. variar.reſol.centur. 3.n.348. tom 2. Mantic.lib.6.tit.1.n.18. vbi n.22. & ſeqq.* ait in dubio cenſeri militem priuilegio militari vti voluiſſe, *Pappon. Areſt.lib.20.tit.1. arreſt. 7. Amend.ad dec.Vinc.de Franc.dec.4 nu.16. Gratian.diſcept.605.nu.21. Gall.de excep.vlt.volunt.tit.2.excep. 3.n.2. fol.176.*

4 Tertius, deniq; caſus eſt quãdo non in cõflictu, nec in caſtris, ſed extra teſtamentum confecerint, vbi nullo gaudent priuilegio ſed ſolemnitates à iure requiſitas debent obſeruare, prout tradunt omnes *Doct.in* §.*illis.* & §.*hactenus.inſtit.de milit.teſtam.*

5 Et ij dicuntur † in conflictu belli eſſe, & pro talibus reputantur, qui in caſtris morantur, vt qui † in Regno noſtro in præſidijs manent ex ijs, quæ tradit *Bolognet. in d.l Centurio.n.31.* vbi milites in aliquo Regno ſtipẽdiarij perpetuo

in

Digitized by Google

in bello,& in pace,nec non innumeros relati. *l.vlt.C.de milit.teſtam.* nunquam deſinunt eſſe milites, & eorum priuilegiis gaudere: iſti
7 enim aut vocantur in aliquam expeditionem, & propter hoc eunt in caſtra, & faciunt oppugnationes Ciuitatum, vel iubentur accedere in aliquem locum, vt faciant ibi cuſtodiam propter Piratas, vel propter hoſtes, aut denique propter aliquam probabilem ſuſpitionem,& conſequenter ſemper ſunt prompti,& parati pro cuſtodia huius Regni pro expeditione belli, & eorum, quæ neceſſaria occurrerent contra hoſtes,ac pręcipue Mauros,& Turchas, prout quotidie vidimus ab experto.

8 Et quamuis † *Amod. Iuſtin. in tract.de ſindic. in verbo Magnificum, & generoſum militem.nu.37.& 38. Pariſ.de Put.in eod.tract.in verbo doctor.c.2.n.15.& Affl. in conſtit. Regn.lib.1.rubr.9.de illicit. port. armor. in conſtit.intentionis. notab.5.n.27. & ſeqq.* videantur ſentire, quod noſtri temporis militibus priuilegia militum non competunt, & quidem ob leuem rationem,quia videlicet non creantur cum illis ſolemnitatibus,cum quibus antiqui eligebantur.

9 Contrariũ†tñ verius eſt, *Caball. reſol. crim. cent.3. n.383.* vbi quod milites noſtri tpis oĩbus priuilegiis gaudẽt,quia ſolẽnitates, quibus olim milites ſacramẽto militiæ aſcribebanṫ receſſerũt ab Au-
10 la. Nam cauſa, † ſeu ratio concedẽdi militibus tam ampla priuilegia fuit,vt pro defenſione Romani Imperij oĩbus ſoluti curis expeditiſſimi operam darent armis. *l. Aduocati,C.de Aduoc.diuerſ.iudic. iud.l.militem,in fi. C.de procuratorib. l.milites. C.locat. & l.1. C.de milit.teſtam.* quæ etiam noſtris militibus conueniunt. Et propterea idem quoque ius manere debet, *Cyn. Bart.& Salic.in l.1. C.de iur.& fact. ignorant.Rom.conſ.506.n.3.ver. Nec curo Alex.in l.centurio,n.23.& ſeqq. verſ.hac tamen fallit.ff.de vulg.& pupill. Dec. in rubr.C.de teſtam. milit. Mantic.de coniect.vltimar.volun.lib.6. titu. 1.num.32. Gratian. diſcept. 186.nu.27. vol.1. Paſcal.de virib. patr.poteſt.p.3.c.3.nu.35.* qui bene loquitur. Et eſt doctr. *Bald.in l.1. C.qui bon. ced.poſſ.* vbi dicit hanc opinionem eſſe ſeruandam tãquã magis æquam.

11 Quinimò Doctores in†cõtraria ſnĩa ſupra allegati nõ ita ſentiũt, ſed quãdo milites actu armis non incũbunt,ſed ſtãt otioſi,vel vacãt negotiationib⁹, aut literis:tũc.n. militaribus priuilegijs non gaudẽt,vt idem *Affl. nu.28. vbi firmat ex Luc.de Pen.C.de re milit.lib.12.* quod ſi factus miles poſitis ſollemnitatibus hodiernis vacet armis,& paratus ſit pro defenſione Reipubl. Ciuitatis, vel Regis, aut domini ſui artem militarem exercere, dicitur verè gaudere priuilegio militum, quia iſta noua inſignia ſucceſſerunt loco ve-

terum inſigniorum. ſecundum *Bald. in d. l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poſſ.*

Si ergo prædicta doctrina in priuatis militibus procedit, quãtò fortius in eorum Capitaneo Generali, qui propter imminentia hoſtium pericula ſemper neceſſe eſt, vt contra illos remedia neceſſaria præbeat, eiuſq; oneri continuo ſtat Regni defenſio, & maiora ei conceduntur priuilegia, quàm priuato militi, *Bar. in l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam.* vbi ait, quod ſi miles habet illud priuilegium, ergo & Tribunus cũ ſit miles, & idem firmat *in conſ. 97 n. 4. verſ. Hoc etiam pater Greg. Lopez in l. 49. p. 5. Gloſ. 2. verſ. ſed quæro, quis dicatur miles,* vbi dicit, quod iura loquentia de militibus habẽt locum etiam in magnificis dominis, qui dati ſunt exercitijs armorum. *per tex. in l ſi ff. de milit. teſtam. Soc. in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. col. 2. & Dec in rubr. C. de teſtam.* & idem *conſ. 516. n. 3. Boer. dec. 345. n. 2. verſ. ſed etiam Roman. in conſ. 43 nu 5. verſ. Item quæro. vbi additio. in lit. S*], plures allegat *Bald. vbi ſup. Rip. in l. centurio, ff de vulg. & pupill. num. 20. verſic. contrarium.* vbi hoc firmat ea ratione motus, quia ſi milites militantes ſub Principe ſunt priuilegiati multo magis erit ipſe Princeps, alioquin mem-
13 bra † eſſent melioris conditionis, quàm caput, quod eſt abſurdum. *cap. non liceat. de præſcriptionib.* ex illo Philoſophi, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, *authent. multo magis, de ſacroſ. eccleſ. Luc. de Penn. in l. tam collatores, num. 1. C. de re milit. lib. 12.* vbi lo-
14 quendo in Ducibus † dicit, quod hoc nomen propriè congruit ijs, qui præſunt exercitui à ducẽdo, & fortè melius dicerentur gubernatores: debent enim ordinationes inſtruere, tempora oſtendere, & tramites, per quos ſit eundum manifeſtare, vt nihil militari arti relinquatur incognitum, *vt in proem. digeſtorum, §. 2.* His tamen ceſſantibus, & exercitus, & populi corruunt, hi ergo Duces verius, & vtilius pugnant, vt ipſe dicit iuxta illud *Ouid. tu tantùm corpore prodes, nos animo, quantoque ratem qui temperat ante. id Remigis officium quanto Dux milite maior, tantùm ego ſupero, nec non in corpore noſtro pectora ſunt potiora manu niger omnis in illis. & Grat. diſceptta. forenſ. 340. num. 12.* vbi concludit,
15 quod omnes, † qui ſeruiunt in exercitu pro rebus neceſſariis ad illum ſpectantibus gaudent militum priuilegiis, multò ergo
16 fortiùs in Duce exercitus, quo ceſſante exercitus, & populi corruunt. *l. Item quæritur. §. ſecundo, ff. locat.* vnde *Caball. dicta centur. tertia, num. 397.* concludit,
17 quod ſi tortura militibus † non poteſt irrogari, multò fortiùs Capitaneis, Ductoribus militum,

quod

quod tamen pro modo nõ eſt firmandum, ſed alias latius dicam quando militibns tortura poſſit infligi, & quid hodie maximè in Regno obſeruetur.

18 Et in Prorege, † quod ſit Capitaneus Generalis, eiq; competant omnia militaria miniſteria. *Oliban. de iur. fiſc. c. 4. n. 62. Apont. de poteſt. Proreg. fol. 507. Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 5. c. 6. n. 205.* vnde

19 dicunt doct. quod Proregi † tamquam Duci militum bona inimicorum in bello capta conſignantur, vt ea diuidat inter milites, quod priuilegium eſt Capitanei Generalis, *Apont. conſ. 93. lib. 1. & dec. 20. Lanar. conſ. 84. & nos diximus dec. 107. n. 21. & 22.*

20 Iſta enim priuilegia † circa teſtamenti factionem, quæ & militibus, & multo magis eorum Generali Capitaneo competunt locum ſibi vendicant, licet tales iure communi teſtari cœpiſſent, nam ſi nil ex inde dicunt non cẽſentur priuilegio militari voluiſſe rennntiare. Ad *tex. in l. ſi miles, C. de milit. teſtam.* non enim ex eo, ꝙ velint communi iure teſtari videtur ſtatim renuntiaſſe beneficio militari, nec credendum eſt quod elegerit illum modum teſtandi ad impugnandum illud quod faceret iure militari teſtando, ſed magis voluiſſe iudicium ſuum valere vtroque genere teſtandi, ſcilicet communi, & militari ꝓpter fortuitos caſus, qui fortè poſſent teſtamentum iure militari factũ vitiare: non enim eligens vnum, alteri renuntiat. *Gloſſ. in d. l. ſi miles in verbo Iudicia & l. quia autem, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & Bellam. in conſ. 42. n. 17. in fi. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 28. & lib. 5. tit. 14. n. 3.*

Et quamuis circa præmiſſa leuis, aut nulla videatur eſſe difficultas, attamen de rogatione teſtium in teſtamento militis in caſtris confecto an ea ſit neceſſaria ad ſolemnitatem grauis eſt inter Doctores controuerſia.

An autem teſtium rogitus ſit neceſſarius ad validitatem talis teſtamenti difficultas pendet nõ ſolum ex ijs, quæ notat *Bellamer. d. conſ. 42. n. 15.* Verum ex iis, quæ breuiter attingemus veritas eluceſcet valere nimirum teſtamen-

21 tum † militis, ac præcipuè Capitanei Generalis abſque teſtium rogitu, dummodo conſtet de voluntate.

22 Et quidem nonnulli contrariũ ſentientes fundantur Primò *in tex. l. diuus, ff de milit. teſtam.* vbi habetur, quod ad hoc, vt teſtamẽtum militis valeat debent conuocari teſtes in illis verbis (conuocatis ad hoc hominibus) ergo rogatio eſt neceſſaria. Ita *Bart. in l. milites. C. de milit. teſtam. Roman. in conſ. 306. Angel. de Gambiglion. Aret. conſ. 91. n. 9. Natt. in repet. §. ex imperfecto. poſt n. 164. & Jul. Clar. in §. teſtamentum. lib. 3. q. 58. n. 5.*

Secundum fundamentum eſt arguere à ſolemnitatibus requiſi-

Digitized by Google

tis in teſtamento ad pias cauſas ad teſtamentum militis, prout *add.ad Bart.in d.l.milites. lit,B.* Sed
23 †in teſtamento ad pias cauſas neceſſaria eſt teſtium rogatio, ergo etiam in teſtamento militis. Ita *Roman.in conſ.3 o 6.nu.4. ex Lap.alleg.3 o.* & complures DD. allegati per *Tiraq.de priuil.pia cauſ. priuil.3. verſ.contrarium tenuit.* Fundantes ſe prædicti Doctores *in c. relatum. extr.de teſtam.* in illis verbis (tribus, aut duobus legitimis teſtibus requiſitis) quæ verba idem ſignificant, quod teſtibus rogatis: nihil enim aliud eſt rogare teſtes, q̃ eos requirere, vt adſint actui. *per tex.in auth. de teſt. §.& licet in illis verbis* dum ad hoc ipſum aſſumuntur teſtes.

Tertiò, deniq; ideò debẽt eſſe
24 teſtes rogati † in teſtamento militum, vt ex eo poſſet certo diiudicari militem proferendo verba, quæ ſonant in teſtamẽtum ea deliberatè, & feriò animoq; teſtandi, nõ ioco, nec perfunctoriè protuliſſe, vt ſępe ſolent. *Tiraq. d.priuil.3.verſ.quod teſtes. Natt.in repet §. ex imperfectò, l. hac conſultiſſima, C.de teſtam.* vbi quod milites ſolẽt ſe magis iactare cęteris omnibus, ergo neceſſariò requiritur rogatio etiam ad ſolemnitatem, communem dicit *Gall.de excep.tit.2.except.3.n.5.fol.177.* poſt alios, eo quia licet quoad numerum teſtiũ tale teſtamentum ſit priuilegiatũ vti teſtamẽtum ad pias cauſas, tñ non ita eſt quoad rogationem.

25 Nos verò † contrarium ſentiẽtes, *ex not.in l.milites, ff.de milit. teſtam.* concludimus valere teſtamẽtum militis in caſtris confectum, ac pręcipuè Capitanei Generalis, prout in caſu noſtro abſq; teſtiũ rogitu. Ita *Corn. & Iaſ.in l. hac conſultiſſima.in prin. C.de teſtam.per tex. in l.milites, C.de milit.teſtam.quos ſequitur Ludou.concluſ.67. verſ. tertiò non procedit.Vaſqu. de ſucceſſ. §.12. n.44.* Et omninò videndus *Bellam.conſ.43.n.16.de cõi Crauett. §. teſtamentum, q.56.n.6.verſ.ſed an in teſtamento militis, & poſt Vaſq.Maſcard.concl.1354.n.45.vbi ſequitur Natt.Clar.& Vaſq.Farin.q.62.n.49 & Caball. d.cent.3.n.348.* vbi dicit, quod tam lata teſtandi facul-
26 tas † militi conceſſa eſt, vt omnes ſollemnitates in teſtamentis requiſitæ ſunt illi remiſſæ, cum ei liceat quo quomodo velit facere teſtamentum ſufficiatq; nuda voluntas, *l.1.ff.de milit.teſtam.& §.1. inſtit.eod.vnde in l.eius militis* dicitur militis voluntatem eſſe teſtamentum, prout bene *Clar.d.§.teſtamentum, q.15. verſic.ſed quęro nunquid* quod tamen intelligitur ſi miles eſt in expeditione, ſeu in caſtris, prout in caſu noſtro, quamuis
27 iſto caſu volũtas militis per duos teſtes tunc ibi præſentes debeat probari, *Sal.in l.hac conſultiſſima, in prin, Iaſ.in l.omnium, n.16. C.de teſta.Caball n.349 ex tex.in d.l.diuus, ac præſertim Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil.3.verſ.ſed Corne.vbi explicando tex. in c. relatum* dicit, quod teſtes

ſtes debent eſſe requiſiti in teſtamentis ad pias cauſas, non in illis condendis, prout leges volunt, ſed ad illa probanda, quia teſtes debent requiri, vt deponant, non autem debent ſe ingerere, aliàs ſuſpitione non carent. *per tex. in l. quæ omnia. vbi Ang. de procur. Gloſſ. in l. presbyteri, C. de epiſc. & cler. Bene Gugl. de Bened. in c. Raynutius in verbo teſtamentum, il 1. nu. 58. & ſequ.* vbi loquitur in milite, & pia cauſa.

Et licet ibi diſtinguat in milite, qui teſtatur in tentorio ceſſante neceſſitate, tamen in caſu noſtro hoc ceſſat, qa dominus Princeps gaudet priuilegio: ſemper enim dicuntur militare, & maximè Capitanei Generales, vt ſupra diximus. Si ergo valet arguere à teſtamentis ad pias cauſas ad teſtamentum militis, prout ſupra in contraria opinione firmauimus, & dixit *Gall. de except. except. 3. tit. 2. n. 3.* ſequitur dicendum, neque hic ad ſolemnitatem teſtamenti rogationem eſſe neceſſariam, q̃uis ſit neceſſaria requiſitio ad ꝓbationem, & quod in teſtamento ad pias cauſas teſtes non debent eſſe rogati deciſum refert *Thorus verb. teſtamentum to. 2.*

Tãto fortiùs, quia in tantũ rogatio teſtium eſſet neceſſaria in milite, vt conſtaret de eius voluntate, ne ioco verba teſtamenti fortè pertuliſſet.

28 Si ergo † aliquo pacto conſtat de voluntate, tunc rogatio teſtiũ non eſt neceſſaria ad ſolemnitatẽ, quin teſtamentum valeat ſine illa, prout bene idem *Tiraq. d. priuil. 3. verſ. ex quibus.* Satis bene *Vaſq. de ſucceſſ. creat. to. 1. §. 12. n. 44.* quã ſi bene aduertatur ſequuntur omnes contrariam opinionem ſectãtes. In noſtro autem caſu euidentiſſime conſtat voluntas Sereniſſimi Principis per quinq; teſtes omni exceptione maiores, & nullo pacto præſupponi poteſt, qđ dictus Sereniſſimus Princeps dũ graui morbo iactaretur, & in quẽ militaris prudentia, & heroicę virtutes coaceruatim confluebant ioco, & nõ ſeriò verba teſtamenti protuliſſet, tanto magis, quod voluit, vt teſtamentum de verbo ad verbũ legeretur, & dixit (queſta è la mia volõtà.) Nec teſtes requiruntur pro forma in teſtamento militis, ſed ad probationem, vnde ſi alio legitimo modo probaretur valeret, *Genuenſ. practicab. q. 660. n. 2.*

29 Tertio, quia teſtamentum † cõditum à Marchionibus, Ducibus Comitibus, reliquiſq; Regalem dignitatem obtinentibus valet, & tenet, ſi de voluntate teſtatoris quomodocunq; conſtet, licet in eo teſtamẽto, neq; ſeptem teſtes, nec rogatio teſtium, neq; vlla alia ſolemnitas teſtamentaria adhibita fuerit. *Lancellott. Galliaul. repet. l. centurio, n. 61. ff. de vulg. & pup. Bal. in l. ſancimus, n. 5. & 6. ff. de donat. Salic. in l. hac conſultiſſima in princ. C. de teſtam. & bene Iaſ. in d. l. omnium, C. eod.*

eod. n. 15. vbi quod rogatio nullo pacto requiritur ad ſolemnitatē, quamuis requiratur ad probationem teſtamenti. *Schrader. omninò videndus in tract. de feud. p. 10. sect. 1. n. 36. to. 2. & Corn. in conſ. 200. lib. 1. verſ. præterea, & facit doctr. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. verbo quis dicatur Dux? n. 33.* vbi quod Dux

30 exercitus, & Locumtenens † Regis gaudet omnibus priuilegiis, & prærogatiuis, quibus dominus gaudet allegans *tex. in l. vnicuiq;. C. de crim. ſacror. ſcrineor. lib. 12. ex Luc. de Penn. in l. in officio. C. de Caſtrenſ. lib. 12.* Quanto fortiùs valere debet in Principe, & Capitaneo Generali nato ex Duce Subaudiæ modo Regaliter viuente, & matre filia Hiſpaniarum Regis noſtri Domini, & Orbis Monarchæ, & cum qualitatibus Principis Sereniſſimi, de quibus ſupradictum eſt.

Neque quicquam officiunt in contrarium adducta: ſatis enim patet reſponſio ex dictis. Et primo ad id, quod dicitur *in text. l.*

31 *diuus.* † Reſpondetur, quod in tantùm ibi debent conuocari teſtes, vt conſtet de voluntate, & ne milites ioco, & non ſeriò verba proferant, qua ſonant in teſtamentum, vt patet ex eodem text. Secus verò in caſu noſtro vbi plene conſtat de voluntate, vt ſupra vidimus.

Secundo reſpondetur, quod illa verba *in d. l. text. diuus.* (*conuocatis ad hoc hominibus*) loco exempli habentur, vt ſit ſenſus, quod ſi miles conuocatis ad hoc hominibus coram eis teſtetur rectè teſtabitur, non tamen excludit, quin rectè teſtari videatur, etiam ſi ad hoc homines conuocati non fuerint, dummodo appareat voluiſſe eum teſtari. Quia *in § planè inſti. de milit. teſtam.* dicitur, quod priuilegium militantibus datum eſt, vt quo quomodo facta ab his teſtamenta rata ſint ſi de voluntate conſtet. Ita *Vaſqu. de ſucceſſ. lib. 2. §. 12. requiſ. 2. n. 44.*

Ad id verò, quod dicitur de teſtamentis ad pias cauſas, quod videlicet in illis rogatio teſtium eſt neceſſaria Reſpondetur *cum Tiraq. d. priuil. 3.* cuius hæc materia eſt propria, quod illa ſententia non eſt vera, neq; bene fundatur

32 *in d. c. relatum,* † *extra de teſtam.* in illis verbis (*teſtibus requiſitis*) nam ex illo tex. teſtes non requiruntur tempore condendi teſtamēti, ſed ad illius probationem, vt ſupra diximus. Et dixit *Ang. Aret. in d. cōſ. 91. n. 37. & ſeq vbi nu. 40.* refert hanc eſſe communem, à qua non eſt recedendum in conſulendo, nec in iudicando, *Gulıel. de Bened. vbi ſup. n. 58. Couar. de teſtam. c. relatum, n. 4.*

Nec obſtat vltimū contrariorum fundamentum, *ex Tiraq.* ſuperius adducto, quod videlicet milites ſolent ſe iactare, & perſæpe verba in iocum, & non ſeriò, & deliberatè proferre: non enim iocus, nec iactantia in tanto Principe

cipe

Digitized by Google

cipe præſupponi poteſt, vt plenè ex ſupradictis conſtat. Cùm ergo rogitus teſtium in teſtamentis requiratur verba proferri à teſtatore animo deliberato non perfunctorie, aut blandiendo, cum de hoc in caſu præſenti conſtet non erit de hoc dubitandum. *Gratian.* loquitur in his terminis *diſcept. 93 n. 5. vol. 1.*

Nec his obſtare poteſt, quod teſtamento Sereniſſimi Philiberti ſunt ſcripti teſtes domeſtici cõmenſales; & legatarij, vnde non videntur ſufficientes, quia dome-
33 ſticum † teſtimonium in ſufficiens eſt. §. *in teſtibus, & §. neq; inſtit. de teſtam. & l. etiã, C. eod.* Quia teſtator erat miles, & Capitaneus Generalis, in cuius teſtamento propter militare priuilegium pater poteſt eſſe teſtis. Ex optimo *tex. in l. qui teſtamento,* §. *per contrarium, ff. de teſtament.* vbi habentur hęc formalia verba *contrarium*
34 *quæri poteſt an pater † eius, qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis? & Marcellus libr. 10. digeſtorum ſcribit poſſe, ergo multo prius frater)* ſi ergo pater, & frater poſſunt eſſe teſtes in teſtamento militis multo fortius domeſtici, commenſales, & legatarii, cùm prædictus tex. loquatur etiam de legatarijs, qui non prohibentur eſſe teſtes in teſtamento etiam de iure communi ex optimo *text. in §. legatarijs. inſtit. de teſtam. & l. dictantibus C. eod*

Secundo, quia licet aliqui eorum eſſent domeſtici, tempore ta-
35 men † diſpoſitionis domeſtici nõ erant Teſtatore defuncto quod ſufficit pro eorum fide, & hoc tẽpus attenditur, vt *Bellamer. in conſ. 42. n. 14 & not. per Cy. in l. etiã C. de teſtam.*

36 Tertio, quia † contrária ſententia eſt verior *ex Bellamer. conſ. 43. n. 10.* quod videlicet in teſtamento familiares, & domeſtici teſtantis videntur teſtes idonei argumento à contrario ſenſu, *per text. in l. qui teſtamento, in princ. ff. de teſtam.* vbi habetur, quod impubes, & qui in poteſtate eſt prohitur eſſe teſtis, ergo quicunq; alius admittitur.

Neque quicquam efficit text.
37 *in d. §. in teſtibus. & d. l. etiam. de teſtam.* Quia intelligi debẽt de domeſtico ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, qui bene à teſtiũ fide repellitur, vt patet ex eorum lectura, & ex ijs, quæ tradit *Bellamer. d. conſ. 43. n. 2. ex not. per Glo. & Innocent. in d. cap. in literis, extra. de teſtam.*

38 Et licet teſtes legatarios † non eſſe idoneos, & ſufficientes, etiã in milite, & in teſtamento nuncupatiuo, ſeu ad probationem teſtamenti late referat *Abb. in c. inſuper, n. 9 de teſt. cum plurib. alleg. per Farin. q. 60. n. 287. & ſeqq.* vbi allegat Doct. in contraria ſententia, & graues, qui rem non ſatis claram,
39 quinimò dubiam efficiunt. Sed in contrariũ *Fabr. in d. §. legatarijs,* qui

qui bene loquitur. & *n.4.* in teſtamẽto nuncupatiuo, quod teſtes legatarij ſunt idonei, & ſufficientes *ex d. tex. in l. dictantibus.* vbi non ſolum loquitur de teſtamentis, ſed etiam de qualibet alia voluntate. Et reſpondet *ad l. in omnibus, C. de teſt. per l. ſi quis ita. ff. de reb. dub.* quia non principaliter (dicit) teſtes domeſticicommenſales, & legatarij proferunt teſtimonium in re ſua ſed ſecundario, nec obſtat, quod etiam repellitur, qui habet cauſã conſimilem, & tamen non fert teſtimonium principaliter in cauſa ſua, quia reſpondetur id eſſe ſpeciale in teſtamento, quamuis poſſit ad legatarium commodum ex conſequentia pertinere, vt idem *Fabr. n. 1.* & idem vbi eſſet magnus numerus teſtium, ſecus verò ſi eſſent duo tantum, & ſic debet intelligi quod dicit *Farin. n. 294.* & in teſtamento, vbi duo ſufficiunt teſtes, ſecus vero in caſu noſtro, quo habemus quinq; teſtes, & duos non legatarios, & ſic poteſt dici, quod illi, quos ſecundario tangit admittuntur propter adminicula aliorum. Et idem dicit idem *Fabr.* ſi omnes eſſent legatarij vnico legato, prout in caſu noſtro etiam in teſtamento nuncupatiuo, vbi teſtis deponit de ſubſtantialibus, & de toto teſtamento, prout idem *Fabr. nu. 6.* Et indiſtincte quod legatarij ſint

40 † teſtes ſufficientes in teſtamento dixit ſecundum magis communem opinionem *Alex. conſ. 14. nu. 20.* & *idem in d. l. dictantibus. n. 20.* ponit quæſtionem an legatarius admittatur ad probationem teſtamenti, & *n. 3.* concludit, quod legatarius pro hærede, & aliis poſſit eſſe teſtis indiſtinctè ſecundum communem opinionem, & in additione, lit. A, adducitur ratio, quia commodum ſecundariò reſpiciens teſtem non repellit eũ ad teſtificandum, quia creditor poteſt teſtificari in commodum debitoris ſecundum *Iac. Butr.* & *Angel. in l. non ſolùm. §. quæritur. ff. ff. de procurator.* & *Alex. conſ. 28. vol. 1.* ibi allegatos, quia principaliter commodum ad eum non ſpectat. Idem etiam tenet *Curt. in tract. de teſt. concl. 4. Bellam. conſil. 26. num. 2. Io. dilect. de art. teſtand. tit. 2. cau. 9. Craſſ. de vlt. volunt. §. teſtamentum. q. 57. nu. 25. verſic. ſed quid poſſit?* Et communem dicit *Curt. iun. conſ. 18. n. 18.* & *bene Horten. Caualc. in ſuo tract. de teſtib. tit. de probationib. teſt. p. 3. nu. 39.* & *n. 112.* vbi dicit, quod quando negotium non attingit principaliter teſtes, ſed ſolum in conſequẽtiam, prout in legatarijs tenent communiter Doct. quod ſint ſufficientes, & idonei, vt ex Doct. ibi allegatis apparet, vbi etiã *n. 114.* quando quis dicatur ſenſiſſe commodum ex conſequẽtia, & de legatarijs allegat *Fabr. d. §. legatarijs Couar. in pract. c. 8. Maſcard. de probat. concl. 609. n. 4.* & *22.*

41 Sed ad hęc omnia † notandum eſt vnum, quod quamuis verum

ſit

Digitized by Google

ſit legatarios etiam in teſtamento nuncupatiuo eſſe idoneos, & ſufficientes teſtes, id non eſt intelligendum, ſi deponant pro ſuo intereſſe tantum: tunc enim ſufficientes, & idonei non ſunt, *ex l. In omnibus, C. de teſt.* & ex pluribus allegatis *per Caualc. dec.* 40. & ita intelligitur *Farin. d. quaeſt.* 60. *num.* 287 *& Maſcar. de probat. concl.* 210 *vol.* 2. *prout à Caualc.* allegantur, ſed in noſtro caſu Collegatarii inuicem coadiuuantur, prout ex *Fabr.* loco ſuperius allegato, nec deponunt pro ſuo intereſſe tantum, quinimmò duo ad ſunt teſtes, qui legatarii non ſunt, vt ſupra dixi. Et *Farin.* loco ſupra † alle-
42 gato bene loquitur: ponit enim regulam *n.* 287. quod legatarii, licet commodum, & vtilitatem cō ſequantur ex legato eis in teſtamento relicto, nō tamen per hoc prohibentur in eo in teſtes recipi.

Ampliat deindè regulam *num.* 288. vt etiam procedat in teſtaméto nūcupatiuo. Et *num.* 289. dicit, quod legatarius non ſolum poteſt recipi in teſtem ad ſolemnizandum teſtamentum, verum etiam ad illius veritatem probandam in taſtamento minime repellat, & allegat infinitos, pręcipuè *Alex. in d. l. dictātibus, n.* 2. *& in d. l. ſi quis ita. n.* 6. *de reb. dub.* qui teſtantur de communi, & idem ſi omnes eſſent legatarij. *nume.* 291.

Et quamuis *num.* 294. limitet regulam non procedere in teſtamentis, in quibus minor numerus ſeptem teſtium requiritur, id tamen intelligitur, ſi non adſunt, niſi duo teſtes, qui talem eſſe teſtatoris voluntatem teſtificentur, tunc enim ſufficientes non ſunt, vt *Fabr. in d. §. legatarijs.* Secus verò ſi magnus numerus teſtium adeſſet, vt in caſu noſtro, in quo adſunt quinq; teſtes, & duo non legatarii, & ratio eſſe poteſt, quia in prædictis teſtamentis in quibus ad ſunt duo teſtes ideo non ſunt ſufficientes legatarij, quia viderentur principaliter, & non in conſequentiam de eorum commodo deponere, cùm alter ab alterutris coadiuuari non poſſit, ſecus verò vbi illi, quos ſecundario tangit commodum admittūtur propter aliorum adminicula, vt idem *Fabr. n.* 5.

Nec obſtat altera limitatio *num.* 206. *&* 313. regulam procedere quando teſtamentum eſt
43 per † Notarium in ſcripturam redactum, & ſic quando de eo apparet, & non dubitatur, quin factum ſit. Secus ſi de teſtamento, & illius ſcriptura minime appareat, quia tunc ad illud probandum legatarius non videtur idoneus teſtis.

Nam reſpōdetur, quod contrariū firmatur ab eodē *Farin. n.* 807. *vbi allegat Corn. in d. l. dictantibus.*

nu. 8. & 9. qui relatis contrarijs teſtatur de communi opinione, *& Aret in d.l. qui teſtamento*, vbi qui teſtatur de vera, & communi *Thob. Nont in d §.legatarijs. Craſſ.in in §.teſtamentum, quæſt. 57. num. 15. in fin.* Et in hac opinione videtur reſidere, *idem Farin. cum vltimo loco eam afferat.*

Dico etiam, quod in noſtro caſu adeſt ſcriptura, & ſic non dubitatur, quin teſtamentum factum ſit, quod non ſit ſolemniter quam uis factum dubitetur ad quod probandum dubium non eſt, quod teſtes legatarij ſufficientes ſint, & idonei quando agitur de probando teſtamentum. *Gall. de except. except. 1. titu. ſecundo, num. 26. fol. 171. poſt Roland. & Clarum.* Verùm id, quod omnem tollit difficultatem eſt, quod in teſtamento militis duo teſtes ſufficiunt ad illius probationem, prout aperte diſponit *tex. in l. Lucius,*
44 *ff.* † *de milit. teſtam.* in his verbis (Lucius Titius miles Notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit, & antequàm litteris perſcriberetur vita defunctus eſt; quęro an hęc dictatio valere poſſit? Reſpondi militibus quoquo modo velint, & quo quomodo poſſint teſtamentum facere conceſſum eſt, ita tamen, vt hoc ita ſubſecutum eſſe legitimis probationibus oſtendatur) & in verbo (probationibus) dicit *Gloſſ.* communem probationem in teſtaměto militis fore neceſſariam, ideſt ad minus duorum teſtium.

Cùm ergo in caſu noſtro habeamus duos teſtes non legatarios, & omni exceptione maiores ſequitur neceſſariò ſufficientes eſſe in prædicto teſtamento, idem etiam diſponitur *in l. milites, l. diuus & §. planè. inſtit. de milit. teſtamen. Ricc. collect. 354. vbi allegat Mainand. in dec. Tholoſ. 93. lib. 5. & Caball. variar. reſolut. centur. 3. nu. 348 tom. 3.*

Duo teſtes in caſu noſtro, & quidem omni exceptione maiores ſunt Illuſt. Conſultor de Matute, & Pater Magiſter Dominicus de los Reyes Confeſſarius, q non eſt famulus, imò ei vti cõfeſſario debetur Reuerentia Paterna, & ideò non eſt legatarius: legatum enim fuit relictum famulis; vt ex teſtaměto videri poteſt, ideò remanent duos teſtes ad cõprobationem teſtamenti, alijq; legatarij ad illud confortandũ, qui ſufficiunt ex prædictis.

45 Nec obſtat, quod filius ſub poteſtate patris conſtitutus prohibetur de iure facere teſtamentum *l. nemo. C. qui teſtam. fac. poſſ. & inſtit. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtament. §. 1. Cuman. conſil. 190. in principio. Caſtr. conſil. 182. in principio, lib. 1. vbi allegat text. in l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. Didac. Spinò in ſpecul. teſtamen. p. 4. in princip. Paſchal. de patr. poteſtat. par. primo, capit. 6. num. 105. Valenz. conſil. 5. num. 8. Giurb. ad conſuetudin. Meſſanenſ. capit. 10. gloſ. 1. num. 26.* Et con-

Digitized by Google

conſequenter cum dictus Sereniſſimus Princeps pro filiofamilias habeatur nullo modo potuit teſtari. Id enim non intelligitur quando filiusfamilias eſt exem-
46 ptus à poteſtate patris, † vel per emancipationem. *l. 1. cum ſeqq. C. de emancipation. liber.* vel quando
47 filius † adeptus eſt alterã ex duodecim dignitatibus, de quibus *in auth. conſtitutio, quæ de dignitat. collat. 6. vt tradunt Doct. & Didac. Spinò d. 4. p. n. 20.* vbi inter alias dignitates, ex quibus filiusfamilias à patria poteſtate eximitur ea ponitur, quæ in caſu noſtro in illis verbis (*Magiſtri militum, & qui in quolibet magiſterio militari conſtituti ſunt repente ſuæ poteſtatis fiunt, & à patria poteſtate liberantur*) & conſequenter nulla videtur eſſe difficultas ſecundùm prędictam conſtitutionem, quo minus dictus Princeps, qui non modò, vt Capitaneus Generalis in hoc noſtro Siciliæ Regno, verùm etiam totius Regiæ claſſis Dux Supremus omnibus præeſſet; à patria poteſtate pluribus ex dignitatibus exemptus, liberè teſtari potuiſſet.

Remanet ergo firmatum ex dictis militem, & multò fortiùs Capitaneum Generalem ita gaudere militaribus priuilegijs inteſtãdo, vt quomodocunque conſtet eius voluntas etiam abſque teſtiũ rogatione firmum robur obtineat, ex quo etiam deducitur qđ ex præteritione Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ eius patris teſtamẽtum non fuerit nullum, nec ei legitimam relinquere tenebatur titulo honorabili, vt latè diceẽ infra *n. 143. & dixit Merlin. de legitima lib. 5. tit. 2. q. 5. n. 1. & ſeq.*

Quibus conſideratis per me vti Auditorem Generalem totius claſſicæ maris armamenti, (qui fueram electus à dicto Sereniſſimo Principe) & cauſa commiſſa per Illuſtriſſimum Dominũ Cardinalem ab Auria Locumtenentem, & dato curatore ad litẽ ob hæredis abſentiam fuit deciſum, vt infra.

Qua deciſione facta Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis à Sabaudia ſcripſit literas ſuper his Illuſtriſſimo Domino Cardinali ab Auria Locumtenenti, de cuius mandato Ill. Regens D. Ioſeph de Neapoli tunc Præſes Regij Patrimonij Io Baptiſta de Blaſchis Prę ſes M. R. C. & D. Ferdinandus Matture Conſultor Excell. Suæ à me audire voluerunt quibus ex cauſis motus fueram ad declarandum validum dictum teſtamentum, prout feci pro exequendo prędicto mandato.

Exinde famuli dicti Sereniſſimi Principis, qui erant legatarij Illuſtriſſimo Domino Cardinali preces porrexerunt, vt ego ſcriberem ſuper his, adituri enim erant S. C. Maieſtatem, prout exinde fecerunt, & conceſſa licentia fuit etiam demãdatum, vt cauſa prę-

Digitized by Google

dicta conferri deberet prius cum dicto Ill. Conſultore, qui ſuper his laborauerat, & plura in iure more ſolito viderat, ideo conuocatis ēt de meo cōſilio Sp. Rocco Potēzano, & V.I.D. Simeone Sitayolo, ac etiā de ordine Ill. Conſultoris V.I.D. Hieronymo Purpugnano facta prius inter omnes optima diſcuſſione, & præſertim cuiuſdam donationis, & renūtiationum in ea factarum per Sereniſſimum Principem Filibertum fuit per nos ſcriptū, prout infra.

IESVS.

SErenisſimus Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ donauit Sereniſſimo Principi Emanueli Philiberto eius filio pro appanagio, ſeu ad effectū ſe ſubſtentandi Principatum Onellæ cū ſuis iuribus, & redditibus vniuerſis in feudum, & iuxta naturam feudi; donauit etiam in eodem inſtrumento redditus ducentorum 49866. redditus ſuper Regia Doana Neapolis pro dotibus quondam Sereniſſimæ Infantis Catherinæ eius vxoris ab inteſtato defunctę, quorum ipſe tantùm habebat vſumfructum, quia proprietas dubio procul ad omnes eius filios, eiuſdemq; Sereniſſimę Catherinæ ſpectabat ſub conditione hiſce verbis expreſſata (qđ caſu, quo dictus Sereniſſimus Philibertus ſine deſcendentibus maſculis decederet feuda, ac iura ſuperius ceſſa reuertantur ad Coronā Sabaudiæ, & tantùm Princeps donatarius diſponere poſſit de ſcutis duobus mille annualibus) interuenit huic donationi Princeps Victor filius Primogenitus, & indubitatus ſucceſſor in omnibus Sabaudiæ Statibus, ipſamq; exinde ratificarunt, & approbarunt Princeps Mauritius Cardinalis, Thomaſius, ac etiam Margarita, Maria, & Catherina fratres, & ſorores dicti Sereniſſimi Philiberti vlteriùs ipſi in hoc ratificationis inſtrumento addentes, quod donant de nouo, cedunt, remittunt omnia, & ſingula iura ſibi ipſis cōpetentia ſuper dictis redditibus debitis ſuper Regia Doana Neapolis pro dotibus maternis ad ipſos donantes ſpectantibus tanquam filios, & hæredes dictæ Sereniſſimæ Infantis matris, cum clauſula ad habendum per dictū Sereniſſimū Principem Philibertum, & de eis faciendum, ac liberè diſponendum ad ſui libitū volūtatis, & prout ſibi melius placuerit, & beneuiſum fuerit.

His ita ſe habētibus veniens ad mortē dictus Sereniſſimus Philibertus inter alia in ſuo teſtamento diſpoſuit de prædictis ducatis duobus mille annualibus iuxta facultatem ſibi tributam à patre donante ſoluendis ſuper redditibus Principatus Onellæ. Et vltra ſuper prædictis redditibus ſibi debitis in Regno Neapolis vigore donationis prædictæ legauit, (vt

quaſi

Digitized by Google

quaſi omnium non dico Principũ ex Regio ſanguine natorum, ſed cæterorum magnatum moris eſt) toti familiæ ſuæ per hæc formalia verba. Item de mas de lo ſuſo dho por el amor, y obligaçiones tan antiguos, que tengo à mis Criados. Y en eſpecial al hauerſeme pueſto los mas dellos por mano del Rey mi Señor, y por la calidad de ſus perſonas, y la de los continuos, leales, y agradables ſeruiçios, que me han hecho ſiguiendome tantos años por mar, y tierra en paz, y en guerra, y en todas occaſiones quiero, que ſe les paguen à cadauno dellos por todos los dias de ſu vida los Gaxes, que oy tienen eſcritos en los libros de de mi caſa, &c.

Nunc in dubium reuocatur an potuerit Sereniſſimus Philibertus legando, vel aliter diſponendo moriens ſine filijs redditus prædictos in totum ſiue in partem alienare in præiudicium Coronæ Ducatus Sabaudiæ, in quam caſu tali eueniente omnia bona contenta in donatione facta à Sereniſſimo Carolo patre, ac à cęteris Principibus fratribus approbata ex pacto reuerti debebant.

Et videtur prima fronte dicendum nullam de prædictis redditibus facere potuiſſe diſpoſitionem, quia onus reſtituendi, ac vinculum in prædicta donatione contentum dubio procul ſtatum Onellæ, quam redditus ſuper Regia Doana Neapolis debitos cóprehendere videbatur. Eam enim cuiq; ſani capitis fateri neceſſe eſt fuiſſe Ducis donantis mentem, vt vinculum, & onus reſtituendi oĩa

48 comprehendat, quæ mentis † interpretatio eſt ſola, ac ſimpliciter attendenda. *l. ſemper in ſtipulationibus. vbi Bart. ff. de reg. iur. Idem Bar. in l. in conuentionalibus, ff. num. 1. de verbor. oblig. cum innumeris congeſtis à Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 4. n. 2.* Et hanc fuiſſe donantis mentem nobis demonſtrat cauſa, propter quam ipſe vinculum, ac onus reſtituendi in caſu mortis abſq; filijs in prædicta donatione adiecit; nempe, vt Corona Sabaudiæ pluribus onuſta diuitijs augeatur cum quibus ſolis,

49 quęlibet familia Illuſtris, vel cùm ſuis gradus nobilitatis diu conſeruatur. *Guid. Pap. dec. 476. Burſat. conſ. 226. n. 38. Humad. in l. 2. tit. 15. p. 2. gl. 17. n. 22. Molin. de primogen. lib. 1. c. 11. n. 4. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 1. n. 41.* qua

50 cauſa, ac ipſius † vinculi adiectionis initium dubio procul ſpectari debet, vt coniecturari poſſit quid voluerit donans vinculare, vel liberè donare. *l. ſi filius de verb. oblig. l. qui id quod ff. de donat. Pariſ. conſ. 54. n. 56. lib. 1. Cephal. conſ. 397. n. 93. & latiſſimè Mantic. d. tit. 4. n. 112* vnde dici ſolet non factum, ſed cauſam facti eſſe ſemper inſpiciẽdam, vt bene exornat *Caſanat. conſ. 45. n. 133.* & non eſt dubium Coronam Sabaudiæ pluribus augeri diuitijs, maioremque eſſe Primo-

mogeniti Principis Victoris vtilitatem propter vinculum adiectū iſtis redditibus importantibus ſummam ducatorum 49006. quā ſi adijceretur Principatui Onellę, qui & parui redditus eſt, & leuis conſiderationis, maximè, quia in eo nec cōſiderari poterat aliquod augmentum Coronæ ſaltem reſpectu dignitatis, & ſtatus, quod ſolent non ſolū perſonæ Illuſtres, & ex Regio, claro, & nobili ſanguine nati, ſed etiam aliæ infimæ conditionis appetere, vt poſt *Abb. Boer. Zaſ. & Mantic. notat Caſanat. conſ. 45. n. 138.* quia ſemper, & omni caſu Corona erat proprietaria, & ab ea quilibet ſucceſſores in Principatu prædicto illum in feudum recognoſcere erant aſtricti, & ſic redditus erant minimi, & dignitas maior ex dicto Principatu Coronæ Sabaudiæ non augebatur.

Tandem clarè inſpicitur tam feudum Onellæ, quàm redditus iſtos vinculum ſiue onus reſtituēdi comprehendiſſe, ex eo quod donatis his omnib' vnica verborum ſtructura omnia vinculauit, vt patet ex illis verbis (ſon cōuenuti, & accordati, che li feudi, e ragioni ſopracedute ritornino al-
51 la Corona) verba enim † iſta in fine poſita debent omnia ſupra expreſſata pariformiter comprehendere. *Jaſ. in l. 1. C. de liber. pręt. bene Capyc. dec. 108. Affl. dec. 248. n. 10. & ſeqq. & Tepat. var. iur. tit. 343. c. 7. in princ. fol. 663.*

Re tamen melius, ac acuratius conſiderata contrarium dicimus eſſe de iure determinandum, & vinculum in donatione prædicta adiectum tantum ſtatum Onellæ, à Corona pro illo tunc diſmembratum non autem redditus ſuper Doana Neapolis debitos, & hoc tam ex poteſtatis defectu, q̃ ex coniecturata voluntate ipſius Sereniſſimi Ducis donantis claris rationibus.

Primò, quia Sereniſſimus Dux donauit ſtatum Onellę præcisè cū multis iuribus, & redditibus ad dictum Statum ſpectantibus, exinde, & ſubſequenter donauit redditus debitos in Regno Neapolis, vbi autem poſtmodum vinculum, ſiue onus reſtituendi adiecit de iſtis redditibus verbum nullum fecit, ſed tantùm dixit, che li feudi, e ragioni ſopracedute ritornino alla Corona, &c. Ergo clarè patet ipſum voluiſſe vinculū adiectum iuribus eſſe intelligendum de iuribus Principatui Onellæ annexis, nō autem de redditibus prædictis, qui à Principatu prędicto ſegregati erant, & in eis di-
52 uerſa, vt infra dicam † militabat ratio, *ad text. in puncto in l. prædijs. in princ. ff. de legat.* Ideò dum clara ſunt verba contractus de feudis, & iuribus, & non de iſtis redditibus loquentia illa ſunt attendenda, licet cōiecturæ adeſſent de cōtraria mente donantis, quæ tamē non ſunt in caſu noſtro *Oldrad. cōſ. 159. ſeq. Dec. conſ. 32. cum alijs per*

De-

Digitized by Google

Decian. reſp. 21. n. 7. lib. 2. Nam in hac materia oneris, & fideicommiſſi ſufficit nobis dicere oculis corporeis non per legi, quod fuerint vinculati redditus, vt ab onere reſtituendi Ducem voluiſſe ipſos exemptos eſſe in neceſſariam conſequentiam dicamus, quia in hac odioſa materia ſat eſt dicere
53 ſubſtitutio † non loquitur in iſto caſu, vel de hac re. *Crauet. conſ. 108 n. 3. Soc. iun. conſ. 102. nu. 23. lib. 1. Menoch. conſ. 92. n. 97. Peregr. de fideicom. art. 1. n. 26. & art. 11. nu. 37.* Nam eſt regulare quod fideicom
54 miſſum, † niſi ſpecialiter rem nominet, illam non afficit, quia de vna re in aliam non porrigitur *l. nã quod §. fi. cum legib. ſeqq. ff. ad Trebell. & ferè in terminis Pereg. conſ. 25 nu. 9. lib. 2.* & ſemper quò ad res ſtrictiſſimè interpretatur, vt quãtum poſſibile eſt ad minorem rem porrigatur *l. apud Julianum, §. ſcio. ff. de leg. 1. & l. nummis, de leg. 3. Dec. in l. in teſtamentis, ff. de reg. iur.*

Accedat, quod dum vinculum præcisè, & indiuidualiter impoſuit alli feudi è ragioni, &c. hoc eſt feudis, & iuribus dubio procul ab eo excluſi fuerunt iſti reddi-
55 tus, qui † appellatione iurium ꝓprie venire non poterãt, vt annotarunt *Alex. in l. diuortio. §. ſi vir in queunium. col. 3. verſ. quæ autem veniant. ff. ſolut. matr. Apoſtill. ad Caſtr. in conſ. 374. in verſ. & appellatione,*
56 *lib. 2.* Iura enim † tertiam ſpeciem conſtituunt. *Bart. in l. centurio, col. 7. ff. de vulg. & pup. Dec. conſ. 30. cũ relatis à Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gl.*
57 *7. n. 9. et ſeqq.* Redditus aũt annui ſuper aliqua re debiti inter immobilia computantur. *(lem. exiui. de Paradiſo, §. cumq; annui redditus, de verb. ſign.* vt in indiuiduo ſatis ad præpoſitum diſtinguit *Gabr. conſ. 141. num. 16. lib. 2.* Ideo dum poterat ſub vinculo redditus præcisè nominando, ſubijcere, & non fecit, eſt præſumẽdum illum ipſos tunc ſub illo eodem vinculo comprehendere noluiſſe, vt infra latiſſimè dicemus.

Secundò dicimus ſatis concludẽter præſumendum eſſe Sereniſſimum donantem hos redditus noluiſſe oneri reſtitutionis ſubmittere ex eo, quia illorum ipſe nullum dominium habebat, ſed illud ſpectabat ad omnes eius filios tãquam hæredes Sereniſſimæ Catherinæ matris ab inteſtato prædefunctæ remanente tantùm pro eo vti patre, & legitimo adminiſtratore vſufructu. *iux. not. in l. 1. C. de bon. mater.* Et non præſumitur ipſum velle diſponere, & vinculare tale dominium, quod iurè ſuum non erat. Probos namque homines nõ de alieno, ſed de ſuo ſemper diſponere præſumĩt, ideò non inconſultè ipſe non particulare vinculum ſuper iſtis redditibus adiecit, ſed vniuerſale fideicommiſſum conſtituit; ſciens ad iſtos redditus, qui ſaltem in proprietate ſui non erant porrigi nõ potuiſſe, quia † vinculum vniuerſale ea, quæ in poteſtate diſponẽtis

tis

tis non ſunt non afficit. *ad tex. in l. Lucius* §. *pen. ff. ad municip.* nec ad ea, quæ ad recipientem peruenire non poſſunt ex iudicio donantis, ſed alia de cauſa. *l. cùm quis.* §. *hoc amplius. vbi Bar. ff. de dot. præleg.* & ita per illa iura argumentatur *Caſtr. conſ. 347. lib. 1. Dec. conſ. 218. n. 2. Soc. iun. conſ. 74. n. 4. lib. 1. latè Menoch. conſ. 161. n. 1. & n. 54. lib. 2. & conſ. 279. n. 40. & ſeqq. lib. 3. latiſſimè Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. & 9.* & iſta tantò fortiùs procedunt quò ad portionẽ ipſiuſmet Principis Philiberti donatarij, vt in puncto eſt caſus *in l ſequẽs quæſtio. ff. de leg. 2.*
59 vbi quod † nominatim debet hæres grauari in re propria, aliàs fideicommiſſum quantumuis vniuerſale ad res proprias hæredis non porrigitur. *Peregr. de fideicom art. 6. per tot.* Nec dici põt, quod ſaltem præſumitur voluiſſe vinculare vſumfructum, quem ipſe in prædictis bonis habebat.

Quia hunc caſum ſucceſſurum per mortem Principis Philiberti eius filij adhuc viuentis non debemus præſumere tunc excogitaſſe, & ſuper eo diſponere
60 voluiſſe, quia contra † commune parentum votum eſt, vt ipſi cogitent de ſuccedendo filijs. *ad tex t. in l. nam & ſi. in princ. ff. de in offic. teſtam. vbi etiam Gloſ. in verbo turbato* dicit quod ordo eſt, vt parentes filios prædecedant, & non è contra, quod ſi aliter contingit eſt naturæ ordinis peruerſio, nulla maxime à parentibus conſideratione digna: exitium enim liberorũ (ẽt coacti) vix poſſunt proſpicere, aut excogitare parentes, vt de his plura exempla congerit *Tiraq. in præfata l. ſi vnquam, n. 6. cũ plurib. ſeqq. C. de reuocand. donat.* Et eſt de iure indubitatum, quod ve-
61 riſimiliter pater † ſecundum ordinem, & curſum naturæ non potuit cogitare ſe priùs deceſſurum, quàm filium, vt poſt *Soc. iun. conſ. 98. n. 6. lib. 2. & Alciat. de præſump. reg. 1. præſ. 143. tradit Menoch. conſ. 6. n. 6. & conſ. 399. n. 13.* Et hoc redditur indubitabile ex eo, quod in donatione prædicta Sereniſſimus Dux appoſuit perpetuum fideicommiſſum, vocando filios, & filiorum filios Sereniſſimi Philiberti, & non eſt veriſimile ſe tunc excogitaſſe, & diſpoſuiſſe caſu, quo filius, totaq; eius poſteritas, & deſcendentia ipſum prædecederet *d. l. nam & ſi cum ibi not. ff. de inoffic. teſta.* tanto magis dum agebatur de vſufructu non tranſitorio ad eius hæredes, ſed cum ſua morte defecturo.

Tertiò indubitanter profitemur onus reſtituendi, ſeu vinculum hos redditus Neapoli debitos ex cauſſa dotium Sereniſſimæ Catherinæ non comprehendiſſe clara, ac euidenti ratione deſumpta ex illis verbis, quibus Sereniſſimus donans vſus fuit in eodem inſtrumento donationis ibi (che li feudi, e ragioni ſopra cedute ritornino alla Corona) & paulo infra perciò detta S. A. per ſe, e co-

e come ſopra hà ſeparato, ſmembrato, e diſunito, e per virtù del preſente iſtrumento ſepara, ſmembra, e diſuniſce li predetti beni, luoghi, e ragioni ſopracedute, donate, e rimeſſe del demanio, & immediato ſuo dominio) ex quibus verbis clara elicitur non dico præſumptio, ſed diſpoſitio, quod de Principatu Onellæ tantùm intellexit, & non de redditibus prædictis, poſtquam ex his apertiſſimis verbis expreſſit, quod tantum vinculauit bona, quæ de Corona, & ſub ſuo dominio erant, & ab ea diſmembrabantur, & non alia, quia ver-
62 bum illud reuertantur, † quo ibi vſus fuit Sereniſſimus donans præſupponit bona ab eodem antea abijſſe, in quem ex inde ex pacto ſunt reuerſura. *l. qui fructus. & l. qui filios ff. de vſufruct. legat. l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. Oldrad. conſil. 275. num. ſexto*, vbi ait, quod reuerſio proprie datur ad omiſſum, ſeu dimiſſum, *Bart. in l. vt quiſque, C. de omn. agr. deſer. lib. 11. Luc. de Penn. in l. reſtaurationi. C. de diuerſ. præd. eodem lib. latiſſimè more ſuo Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam. in verb. libertis, num. 112. Surd. conſil. 248. num. quarto.* Et de iure reintegratio præſupponit diſmembrationem, vt poſt *Parid. de Prat. de reintegrat. feud. in principio. not. Giurb. deciſio. 87. num. 16.* Vnde dum redditus iſti nunquam de Corona fuerunt, quia erant dos Sereniſſime Catherinæ, eaque mortua ſpectarunt æqualiter ad omnes eius filios, nec aliquando ſub ipſius donantis dominio fuere. *dicta l. 1. C. de bon. quæ liber.* verba vinculi de eis loqui non poterunt, quia ſi tales redditus à Corona non exierunt, ad eam reuertere minime poterant rationibus ſupra adductis.

Accedat, quòd verba illa (*ritornino alla Corona*) ſunt relatiua ad illa alia inferius poſita ibi (*ſepara, diſmembra, e diſuniſce dal demanio, e ſuo dominio, &c.*

Ideò ſi iſta ſeparatio non poteſt comprehendere redditus debitos Neapoli, qui non erant de demanio; nec in Dominio Ducis, neque illa reuerſio, ſeu vinculum ex propria natura corre-
63 latiuorum; quæ eſt, † vt eorum idem ſit iudicium in quacunque materia. *l. final. C. de indic. viduit. tollend.* vbi latiſſime *Iaſ. Becc. conſil. 72. num. 10. latè Gabr. titu. de legib. concluſ. 3. per tot.* Et quia vt dixi redintegratio præſupponit diſmembrationem, & è contra, ex quibus clarè patet Sereniſſimum donantem de Statu Onellæ tantùm intellexiſſe, & nõ de redditibus, de quibus eſt noſtra quæſtio.

Quartò nos ſuadet hos redditus vinculum, ſiue onus reſtituendi non comprehendiſſe, nec ipſos ſub eo comprehenſos voluiſſe Sereniſſimum donantem. Quia à ſucceſſione rerum om-

nium, quas vinculo ſubijcere voluit perpetuò omnes fęminas à Sereniſſimo Philiberto deſcendentes excluſit, iſta namque fęminarum excluſio maxima eſt coniectura, quod tantum Principatũ Onellæ non autem redditus Neapoli debitos vinculauit, maxime dum ibi ſubdidit *(che le femine deſcendenti ſtano alimentate ſi no al ſuo matrimonio e condecentemẽte dotate.* Certum enim eſt, quod filiarum Philiberti maxime ſi plures eſſent, non minus, quam omnium prædictorum reddituum tota ſumma poterat dici cõdecens dotatio, & illos omnes abſorbere de facili poterat. Ideò veriſimile non eſt de iſtis redditibus intellexiſſe, ſed de Principatu Onellæ cum iuribus, & pertinentijs ſuis, in quo rationabiliter fęminarum excluſio cadere poterat, tum quia erat feudum, à quo de iure ſemper fęmi-
64 nę † excludũtur, *c. 1. §. filia verò. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. de eo, qui ſib. & hæredib. ſuis*, maxime vbi feudũ eſt quaſi Regalis dignitatis. *Aluarott. poſt Bald. in c. 1. §. ſi Capitanei de feud. Marchi.* dicens eſſe notandum pro ſucceſſione Comitatuũ ſequitur *Ioan. Vincemale conſil. primo, num. 66. inter conſil. feudal. & Burſat. conſil. 229. num. 16.* cum
65 qua iuris † communis diſpoſitione ſemper præſumimus homines voluiſſe ſuos confirmare actus. *Bartol. in l. Gallus, §. primo, ff. de liber. & poſthum. latè Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 32. & Afflict. deciſ. 44. num.* 20. tum etiam, quia Principatus Onellæ erat certa pars, immò quodammodò clauis totius Status Sabaudiæ, quem ideò tranſire in fęminas nupturas cum aliquo extraneo potenti Principe, vt de neceſſitate credẽdum erat de Sereniſſimo donante poterat videri pernitioſum, quapropter talem Principatum ad deſcendentes maſculos de ſanguine, & agnatione tranſire ſanciuit, ſed ab eo voluit alios extraneos ſemper eſſe debere excluſos, ne hos tales aliquando Corona Sabaudiæ cum tali adhitu, & vicinitate ſatis moleſtos haberet; ad quod ſolent multum Principes inuigilare, & id quidem adeò rationabiliter,
66 vt ſit eis † permiſſum extraneum Prælatum quamuis à ſummo Pontifice electum in ſuo Statu non admittere, ſi aliqualiter illum habent ſuſpectum, ne ſecreta Status perſcrutentur. *Innocent. in cap. ſuper his. de accuſat. cum alijs per Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund. p. 5. conſider. 24. verſic. 194. Couarr. in cap. quamuis in ſecunda par. relect. §. 10. num. quinto, in fin. latiſſimè Borrell. in tract. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 50. num. 18. & 19.*
67 Eademque ratione † extraneos mercatores à ſuo Statu repellunt, quãuis hi regulariter Reipublicæ neceſſarij ſint. *ad text. in l. mercatores, C. de commer. & mercat.*

Bott.

*Boer.deciſ.*178.*nu.*21. *& Stracc.de mercat p.*2.*num.*40. Ideò ad euitanda iſta abſurda à ſucceſſione Status Onellæ excluſas voluit eſſe fęminas trãſituras in extraneas familias, ſed maſculos de ſanguine deſcendentes admiſit,quos tã-
68 quam † ſubditos feudatarios ſem per fideliores eſſe præſumpſit iux ta *not. in puncto per Afflict. in* 1. *notab. conſt. Regn. hæreditarium per Pet. de Greg. de conceſſ. feud. p.* 8. *quæſt.* 7. *n.* 5. *&* 6. *quos refert Borrell. d. tract. de præſt. Reg. Cathol. c.* 51. *nu.* 36. Ac etiam, quia ipſorum exigui Status dominorum Corona nullam vnquam poterat timere compulſionem, ex quibus rationabiliter coniecturandum eſt Principatum Onellæ vinculum comprehendiſſe, & non redditus, de quibus agitur.

Quinto ipſe idem Sereniſſimus donans in eodem donationis inſtrumento declarauit verba illa,quibus vſus fuit vinculando nempe *li feudi, e ragioni, &c.* Tantùm Principatum Onellæ cum ſuis pertinentijs, & non redditus Neapoli debitos comprehendiſſe, nam dum paulo infra voluit declarare, quibus oneribus ſubiecta,& à quibus immunia daban tur feuda prædicta: illiſmet ijſdem verbis vſus fuit ibi *in oltre reſtaranno detti feudi, e ragioni libere, & immuni da qualunque carico eccetto militari caualcate, & altre ſopra riſeruate.* Ecce quomodo appellatione feudorum,& iurium ſemper venire intendebat iura ad ipſa feuda, & cauſa ipſorum feudorum ſpectantia, & non redditus iſtos, poſtquam ſemper hiſce ijſdem verbis vtitur nempe (*li feudi, e ragioni, &c.* quando de feudalibus tantum, & non de redditibus locutus eſt: vſus enim lo-
69 quendi † diſponentis multùm attenditur ad interpretanda verba contractus, ſiue vltimæ voluntatis. *Caſanat. conſ.* 17. *n.* 2. vbi poſt multos ait, quod attendi debet ipſiuſmet teſtatoris vſus, & conſuetudo,& qualiter in præcedentibus, vel ſubſequentibus locu-
70 tus ſit: eodem enim modo † in talia quoque parte ſcripturæ locutus cenſeri debet. *Ad text. in l. ſi ſeruus plurium, ſ. final. de leg.* 2. *& in l. cum dilanionis, ſ. Aſinam ff. de fund. inſtruct. cum alijs ibi per eum*, ita & taliter. quod vſus ſoleat verè, & propriè ſignificationi verborum præualere. *Alexand. conſ.* 169. *nu.* 11. *lib.* 5. *& eſt text. in in l. Prædijs, ſ. Titio, ff. de leg.* 3. vnde dicit *Bartol. in l. Labeo, in fin. ff. de ſuppell. leg.* quod voluntas colligitur ex vſu loquendi intelligendi, & vtendi. *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *titu. nono, num. primo, & ſequentib. alios congerit Surd. deciſ.* 241. *num.* 17. *& ſequentib.* Quæ tanto magis procedunt dum colligitur vſus iſte diſponentis ex eodem dona-
71 tionis inſtrumento, quia vna pars contractus ſemper ſolet aliam declarare. *Milan. dec.* 12.

n.24 lib.2.Surd.dec.202.n.15.Menoch.conſ.201.n.25. Mazzol.conſ.1.n 66. Peguer.dec.190.n.15.& Cephal.conſ.68.n.17.& ſeqq. Quod autem in illa ſubſequenti clauſula, ibi *in oltre reſteranno detti feudi, e ragioni libere, & immuni da qualunque carico eccetto militari caualcate, & altre reſeruate, &c.* tantum feuda comprehendebantur eſt clarum tum quia in eodem inſtrumento paulo ſupra dū reſeruatis per Sereniſſimum donantem tanquam directum dominium feudi ſit mentio, præcisè nominantur iſti militares Equitatus ibi (*reſeruaſi ſolamente detta S.A. le ragioni de feudi diretto dominio, ſuperiorità, ò maggior fedeltà, vltime appellationi raccorſe con le ſolite caualcate, &c.* Tum etiam quia verba iſta (*militari caualcate*) non poſſunt propriè, nec impropriè conuenire redditibus debitis Neapoli, & quia dum non erant in dominio Ducum Sabaudiæ ſuper eis talis reſeruatio fieri non poterat. Et quia ſuper redditibus tanquam rebus incorporalibus Equitatus, nec ingredi, nec deambulare, nec perſiſtere poterat argumento eorum, quę dicūt *Abb. in c. exanimata. num.3. de iudic. Guid.Pap.dec.552.n.3. verſic. circa tertium. Pappon. in cōſuet. Bosbon. §.* 49. Et patet ad ſenſum, & cui ver-

72 ba † non conueniunt, nec etiam conuenit diſpoſitio. *l.4.§.toties, ff. de damn. infect. cum alijs per Dec. conſ.406.col.pen. Peregr. de fideicom. art.24.n.27.* Ideò dnm vinculando talibus verbis vſus eſt, noluit ſub illis comprehendere redditus iſtos, tanto magis quia ſi ipſos cōprehendere volebat, poterat vnico verbo illos ſub expreſſo nomine (Redditum) includere. *l. vnica. §. ſin autem. ibi, nam ſi teſtator contrarium volebat nulla erat difficultas illud exprimere. C. de caduc. tollend.* Ideo ſcienter, & cum

73 miſterio omiſſum † dicitur id, qđ faciliter potuiſſet exprimere ſicut in ſimili arguunt *Anan. conſil. 22.n.3. cū plurib congeſtis à Pedroch. conſ.5.nu.51. Hond.conſ.57.nu.32. lib.1. Soc.iun.* dicens hanc eſſe potentiſſimam cōiecturam *conſ.26.n.6.7.lib.4.conſ.100.n.2.lib.1. Simon.de Præt.conſ.90.nu.22.& 23. Crott.conſ.68.n.23. Molin.de primogen.lib.3.c.5.n.57. Caſanat.conſ.45 n.162.* Et ne dicamus ipſum imperfectè fuiſſe locutum, & de tali imperfectione, & diminutione eſſe reprehendendum, vt per *Pariſ. conſ.53.n.19.lib.2.& Paul Leon.cōſ. 27.n.60.& 63.* qua ratione ea

74 ſemper † ſumitur interpretatione ne diſponens mereatur à ſapientibus morderi, & reprehendi. *ad tex.in l.Saluius. Ariſto. ff. de leg. præſt. Crauett.conſ.3.n.23.& conſ.5.n.14 Becc.conſ.51.n.13.& conſ.57.n.19 & Surd.conſ.321.n 30.* Ac etiam ne dicatur Sereniſſimum donantem incurriſſe in illam regulā contra deſidioſos negligentes à iure

75 emanatam, quod ſibi imputet † cōtrahens, qui contractus ſui verba interpretari prætendit dum poterat legem ſibi apertius dicere, &

non

non fecit, de qua *in l. veteribus. ff. de pact.* quam regulam procedere tam in fauorabilibus, q̃ in odioſis poſt multos dicit *Decian. reſp. 8. n. 48. lib. 1.* Et præciſè ad excludendum fideicommiſſum. *idem Decian. reſp. 1. n. 197. eod. lib. 1.* quod de tanto viro dicendum non eſt, maxime quia donatio prædicta facta fuit cum ſui totius Conſilij voto, in quo tot ſolent eximij, atq; Illuſtres Iuriſconſulti reſidere,
76 quos legalem verborum† naturã, & qualia includant, & qualia excludant fideicommiſſum non bene ponderaſſe dicendum non eſt, vt in ſimilibus caſibus arguunt *Bald. conſ. 123. ante n. 1. lib. 5. Soc. iun. in conſ. 170. n. 30. lib. 2.*

Sextò & vltimò dicimus nunquam fuiſſe in mentem contrahẽtium, quod onus reſtituendi, ſiue vinculum redditus iſtos comprehenderet, & quod de hoc tempore illius ſtipulatæ donationis nunquam fuit inter contrahentes verbum aliquod enuntiatum ex eo, quod poſtmodum non inconſulte tam Notarius idem, qui illud inſtrumentũ exorauit, quàm partes omnes ſatis enixè, & verbis, & per actum facti declararũt; quem
77 meliorem,† & ſecuriorem eſſe modum interpretandi quid dubia, & ambigua ſcriptura contineat dicit *Soc. conſ. 102. n. 10. verſ. ex quibus patet. lib. 3.* Quia vbi contrahentes ſe ipſi gloſant non eſt recurrendum ad Gloſas legis dicũt omnes ſequendo, *Bald. in Auth. ſi rogati. 9. C. ad Trebell. & conſ. 407 col. fi. verſ. tangitur etiam lib. 1. Pariſ. conſ. 97. n. 24. lib. 2. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 3. titu. 1. in princ. Caſanat. conſ. 15. nu. 6. & 7. & Raudenſ. conſ. 35. n. 60. & ſeqq. lib.*
78 *1.* quod procedere † etiam ſi tacitè, & per coniecturas hoc deſumatur, ac etiam ſi fiat in actu, qui ſequitur ex interuallo dixit poſt multos idem *Caſanat. cõſ. 45. n. 142*
79 *& 143.* Maxime ſi declaratio † ſiue interpretatio inſtrumenti per partes facta eſſet per modũ executionis, nam potiſſima hæc à doctoribus appellatur declaratio, quæ ab ipſis partibus per obſeruantiã inſtrumenti facta reperitur. *Alba conſ. 157. n. 10 & conſ. 195. n. 6. cõſ. 428. n. 10. vbi latiſſimè Add. lit. B & conſ. 547. n. 9. Nizzol. alleg. 22. n. 25 & ſeqq. Præſes Morot. reſp. 14. n. 8 & ſeqq. Becc. cõſ. 140. n. 21. & ſeqq. lib. 2. Amat. dec. 41. n. 18 & Raudenſ. var. reſol. c. 61. nu. 14. & ſeqq. & c. 64. n. 17. bene Caſanat. conſ. 47. n. 43* At in caſu iſto ſi quærimus quid de hoc dixerit Notarius, & reperimus ipſum ad inſtantiam Sereniſſimi Philiberti fidem authenticam feciſſe Officialibus Neapolitanis, quod in prędicto donationis inſtrumento à Sereniſſimo Sabaudiæ Duce factæ reſpectu horũ reddituum nullum adeſt vinculũ hoc eſt onus reſtituendi, vt clarè patet per illam fidem Ducali ſigillo munitam. His expreſſis verbis hoc declarantem (*dechiaro, e faccio fede come in detto iſtrumento*

to di ceſſione non vi è vinculo alcuno circa detta ceſſione di detti docati quarantanoui milia ottocento ſeſſantaſei, e doi terzi, ne coſa che repugni in tutto, ne in parte à detta ceſſione, la quale è ſtata fatta libera, e ſenza eccettione alcuna à fauore è beneficio di detto Sereniſſimo Principe Emanuel Philiberto, &c.

Cui non ſolum, quia Illuſtris perſona eſt, & primus Secretarius, & Conſiliarius Status dicti Ducis, ſed ſimpliciter tan-
80 quam Notario plena † quò ad ad hoc eſt fides adhibenda, vt dicunt omnes illi ad nauſeam cumulati DD. per *Farin. ſub titu. de falſit. & ſimulat. quaeſt. 158. p. 3. n.* 187. quod pariformiter proce-
81 dere, licet vnus teſtis † inſtrumentarius ipſum contradiceret poſt multos noſter *Maſtrill. decis. 170. lib. 2.* Eſt enim in caſu iſto teſtis in facto proprio ab eodemmet geſto, de quo nullam laudem, aut vituperium ſperare poteſt, & ſic non intereſſatus, quo caſu ſolus de his plenam facit fidem, etiam
82 ſi aliàs † vilis eſſet perſona. *Pont. conſ. 44. n. 3. & 4. lib. 1. Borrell. conſ. 52. n. 4. Decian. reſponſ. 39. n. 26. lib. 4. Peregr. conſ. 26. n. 5. lib. 5. Azeued. conſ. 19. n. 1. & ſeqq. & Merlin. dec. Lucenſ. 30. n. 11. 12. & 13.* Maximè dum de rebus teſtimonium profert, quæ ad ſuum officium pertinent *Aluar. Velaſq. dec. 37. in fin. & Surd. conſ. 7. nu. 47. & conſ. 39. num. 16.*

Si verò quærimus quid Sereniſſimus Philibertus donatarius ſenſerit, & quomodo bona iſta ſibi fuiſſe ab eius patre donata; ſemper pro certo habuit, & inuenimus ipſum non ſolum tempore vitæ, & illico poſt factam donationem prædictam obtinuiſſe, ac præſentaſſe Officialibus Regijs Neapolitanis fidem illam declarantem in donatione redditũ nullum adeſſe vinculum, verùm etiam in articulo mortis, quia ſciebat liberè ſibi illos donatos fuiſſe; de eis in ſuo teſtamēto diſpoſuiſſe, & ſemper eis fore ſoluenda, & multa egregia legata deliberaſſe, quod ſi aliter intendebat, non ita feciſſet, & quia fruſtratoria eſſet eius diſpoſitio, & quia malitioſè dediſſet materiam litibus contra omnem bonam con-
83 ſcientiam, quod † in moriente non præſumitur. *Hoſtienſ. in cap. olim. de iniur. Gloſ. & Doct. in §. fi. inſtit. eo. tit. Caſanat. conſ. 21. & 22.* magis enim præſumitur moriens memor ſalutis æternæ, quàm viuens. *Ruin. conſ. 78. n. 12. lib. 3. Gramm. deciſ. 42. Hippol. Riminal. in conſ. 58. n. 31. Roland. Auall. conſ. 37. n. 8. lib. 3. & Polid. Rip. in tract. de act. in mort. art. c. 50. n. 4.* Ideò moribundum
84 nunquam præſumi mentiri dicũt *Surd. dec. 55. nu. 11. Cephal. conſ. 86. n. 18. Boniſ. Rogger. conſ. 47. n. 10. lib. 1. Menoch. conſ. 25. n. 8. & 9. Decia. reſp. 49. nu. 7. lib. 2. & noſter Milan. dec. 9. n. 135. lib. 2.*

Quæ tantò magis procedunt locumque ſibi vendicant in perſo-

ſo-

Digitized by Google

ſonam Principis Philiberti, cuius vitę probitas, ac immaculata conſcientia cunctis eſt notoria gentibus, & nos Siculi ſcimus, quod propter noſtra peccata illum amiſimus; Quod autem dictum eſt de Notarii, ac Principis Philiberti declaratione magis clarè, ac enixè factum reperimus à Sereniſſimo Duce Sabaudiæ donante, ac ab omnibus alijs Principibus, qui donationem prædictam ratificarunt: Negari enim non poteſt Sereniſſimum Ducem ſciuiſſe ſuum primum Secretarium, qui inſtrumentum donationis confecit fidem prædictam feciſſe, quod in ea nullum adeſt vinculum, &c.
85 quia non præſumimus † Officialem maxime de Aula Principis abſq; expreſſo, claro conſenſu domini ſui talem fidem feciſſe: *ad not. per Farin. q. 24. n. 51. & per Menoch. de arbitr. cent. 4. caſ. 345. nu. 6.*
86 qua ratione dicunt Doct. Officialium ſcientiam † cum tolerantia ſufficere pro ſcientia Principis, ac in ipſiuſmet Principis p̄iudiciũ operari. *Bar. in l. ſi Publicanus, ſ. in vectigalibus, n. 1. & 2. ff. de Public. Iaſ. in l. Imperium, n. 21. in fi. de iuriſdict. om. iud. Alex. conſ. 24. n. 16. lib. 5. latiſſime Crauett. de antiquit. tempor. §. abſolutis q. 7. n. 23. Pereg. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. ſub n. 26. verſ. quibus adde.* Et quod ſcientia officialium
87 † dicatur ſcientia Papæ determinauit *Rot. per Farin. to. vnic. cent. 7. dec. 1. n. 6. fol. mihi 385.* quod fortius procedit dum erat officialis de Aula Principis, nam quicquid
88 † in domo agitur ſciente domino fieri præſumitur. *Crauett. conſ. 27. n. n. 1. & Fab. de Ann. conſ. 103. n. 19.*
89 & parificantur in iure, † ſcire, & ſcire poſſe, vel debere. *Bar. in l. cod. ſus verſ. ſed qualiter probetur, & ibi Bal. n. 118. ff. de vſucapionib. Alex. conſ. 187. n. 8. lib. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 225. n. 8. Cephal. conſ. 161. nu. 131. latiſſime Maſcar. concl. 1003. n. 26. 37. & 44.* Et ad ſenſum patet eſſe ſa-
90 tis † inveriſimile illum officialem tantùm voluiſſe committere facinus, vt rem arduam, & magni momenti ex ſuo capite, & abſque domini ſui ſcientia expedire voluiſſe iuxta *not. per Crauett. conſ. 108. n. 5. & conſ. 268. in fin. Giud. Pap. q.*
91 *127.* ſcientia † enim vbi factũ eſt notabile ſemper præſumitur. *c. cũ illorum. de ſent. excom. cum alijs per Caſanat. conſ. 39. num. 31. verſ. & in his.*

Si ergo id ſciuit, & tacuit certo certius dicere debemus ipſum acceptaſſe fidem illam in ſe continere veritatem, & nullum vinculum quo ad iſtos redditus in donatione p̄dicta adiectũ fuiſſe, eſt enim veriſimile, quod talem fidem fieri prohibuiſſet, ſi aliud, q̃ in veritate erat contineret; quæ
92 veriſimilitudo multũ ſolet in omnibus negotijs attendi. *ad tex. in l. ob carmen. ſ. fi. ff. de teſt. & in c. in no-*
93 *ſtra. de teſtib.* quod ſi non fecit, † & tacuit, cum illam iubẽdo poterat prohibere dubio procul conſenſit. *ad tex. in l. quoties, ff. ad municip.*

&

& in l. honores. §. vlt. ff. de decurionib. cũ multis alijs *p Fachin. cõtr. iur. lib. 13. c. 50. & in l. qua dotis. ff. sol. matr. hoc not. Bar. n. 13. verſ. ſi verò cõtradicendo. Roma. n. 3. Iaſ. n. 76. & cateri omnes Rot. Gen. dec. 14. nu. 83. Iaſ. conſ.* 21. *n.* 10. *lib. 1. Alex. conſ.* 180. *n. 5 lib. 7. & Menoc. conſ. 120. n. 10.* Et eſt ac ſi talem prædictæ donationis declarationem ipſe ſuo Secretario, & in cauſa Notario commiſiſſet, quod fieri non eſt nouum in iure *ad tex. in l. Theopõpus. de dot. preleg. & in l. quę heredi de cond. & demonſtr. cum alijs per Mantic. de cõiect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 15.*

Si verò cæterorũ Sereniſſimorum Principum donationem prędictam exinde ratificantium quęrimus declarationem, & inſpicimus ipſas præcęteris clarius hoc idem declaraſſe; nam prout iacet ratificant donationem ipſam, & ſic cum omnibus oneribus, & vinculis in ea contentis, quia eſt de natura veræ ratificationis, vel confirmationis, vt non contineat
94 † plus, quàm datio, ſeu actus cõfirmatus. *latè Paris. conſ. 19. n. 26. lib. 1. Cioff. conſ. 11. n. 93. lib. 1. vbi*
95 *poſt Alex.* & alios tradit † confirmationem roborare, & non extendere actum ad non contenta in diſpoſitione confirmata, ideò dixit *Bald. in l. item quia in addit. n. 1.*
96 quod ratificatio † non augmentat extenſiuè, ſed roborat intenſiuè *Vuſemb. cõſ. 4. n. 47.* Ex inde cũ de iſtis redditibus faciunt mentionem hiſce verbis vtuntur (*ad hauer, tener, goder, e poſſeder, e farne per per detto Sereniſſimo Prencipe Emanuel Philiberto quello, che à lui piacerà, ò parerà come di coſa propria ſua, &c.*) & paulo infra (*con poteſtà d'eſſiggere, quietar, far ceſſione ad altri, e di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e volontà, &c.*) Ex quibus verbis clariſſimum eſt ipſos declaraſſe ſuper redditibus Neapoli debitis nullum vinculum adfuiſſe iuxta *not. per Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. in 8. q. de verb. oblig.* quem Doct. communiter ſequun-
97 tur, vbi ait † clauſulam (*ad habendum, & liberè diſponendum, &c.* importare omnem vinculi, ſeu fideicommiſſi remiſſionem. *Crot. ibi. n. 133. & ſeqq. Gabr. tit. de fideicom. concl. 1. n. 30. bene Decian. reſp. 52. n. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 87. n. 15. & ſeqq.* alios multos recenſet *Marta de clauſul. p. 1. clauſ. 5. num. 11. &*
98 12. Et tribuunt iſta verba † donatario facultatem pleno iure liberè diſponendi de bonis donatis. *Bar. vbi ſup. n. 22. Rip. conſ. 23. n. 34. Ruyn. conſ. 18. nu. 9. lib. 1. Menoc. conſ. 216. n. 14. & ſeqq. nam verbum* (*liberè*) idem eſt, quod abſque vlla diminutione. Poſt multos *Caſanat. conſ. 20. n. 21.* vbi ait hoc verbum tribuere liberam diſponendi facultatem. *allegat Ruyn. Soc. Mant. & Surd. & n. 22.* quod nec prælegata veniunt in fideicommiſſo, ſi liberè conceduntur. *Peregri. de fideicom. art. 7. n. 14. & Meno. lib. 4. præſumpt. 194. n. 20.* Maxime
99 dũ clauſulæ † dictæ appoſitæ ſunt

non

Digitized by Google

non in executiuis, ſed in diſpoſitiuis, & immediate poſt dictorum reddituum donationem, vt conſiderant diſtinguendo *Pedam. dec. 164. nu. 2. & 3. & Vinc. de Franch. dec. 6. n. 6. & 7.*

100 Liberum enim † arbitrium diſponendi conceſſum excludit omne genus grauaminis, ac rei donatæ diminutionem, *vt in clement. final. de ætat. & qualit. & in cap. 1. in principio. in verb. liberè. de regul. iur. in 6.* cum ibi notat. Et poſt innumeros ad nauſeam cumulatos Doct. *Barboſ. in tract. de dictionib. in ver. liberè dict. 164. num. 3.* Ideo eſt, ac ſi dixiſſent (onus reſtituendi Principatum Onellæ in caſu mortis abſque filijs ratificamus) ſed illud onus non continere redditus Neapoli debitos; Nos ipſimet declaramus, nam nõ eſt veriſimile, quod ipſi tantum requiſiti de ratificatione illius donationis, voluiſſent illam alterare ratificando in illa parte, quæ de eorum præiudicio loquebatur, quia fuiſſet iactare

101 ſuum, quod non præſumitur † *l. cum de indebito. ff. de probation.* Sed quod ideò ita ratificando donarunt libere, quia libere erant donati redditus à Sereniſſimo eorum Patre, cuius morem ipſi tũc gerere volebant.

Ex quibus certo certius ſunt omnia contenta reſoluta, nam licet verũ ſit, quod in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus diſponentis mens eſt ſola, ac præci-

102 pua attendenda, tamen mens iſta non eſt ſomnianda, vt dixit *Alciat. conſ. 44. n. 33. in fi. lib. 9.* Imò nec ſufficit prudenti conſideratione

103 voluntatem † diſponentis imaginari, niſi ex verbis ipſá concipi poſſit. *l. Gallus, §. quidã recte de liber. & poſthum. cum alijs per Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. n. 3.* Nam mens, & verba debent adinuicem conuenire, *l. nominis, & rei. in fi. de verbor. ſignif. l. in ambiguo. de reb. dub. Caſanat. conſ. 4. n. 34. vbi nu.*

104 *35.* ſubdit regulam eſſe in † iure nõ ſufficere teſtatorem velle, niſi verbis diſponat, & ante eum *Honded. conſ. 78. nu. 11. lib. 1.* & ita ad iſtud obiectum reſpondent *Bolog. conſil. 15. num. 23. & ſeqq. & præciſè num. 51. Eugen. conſil. 61. num. 12. Gabr. conſil. 111. num. 11. lib. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 11. num. 25. 29. & 30.* vbi demonſtrat, quod tacita voluntas † inducendi fidei-

105 cõmiſſum deſumitur ex verbis, q̃ in neceſſariã conſequentiã hęc tm̃ importãt, *Surd. conſ. 448. n. 14. & ſeqq.* & in caſu noſtro nullũ verbũ legiť, quod inducat de neceſſitate onus reſtituẽdi, ſeu vinculũ quò ad reddit⁹ iſtos Neapoli debitos, ſed tm̃ quo ad Principatũ Onellæ cum ſuis iuribus, ergo deficientibus claris verbis nulla eſt de ſumenda mẽtis diſponentis cõiectura, quæ verbis repugnaret, qa hoc caſu ſola verba ſcripta attenduntur, & non mens alibi ſomniata. *Bart. & Paul. de Caſtr. in d. l. in ambiguo. de reb. dub. Decian. reſpõſ. 1. n. 26.*

Digitized by Google

num. 26. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 4 latè Caſanat. d. conſil. 4. num. 32. Et licet ex legitimis
106 †coniecturis nonnunquam ſoleat diſponentis mens indagari ad *text. in l. licet Imperator. vbi Bart. num. 10. de leg. 1. & l. cùm proponebatur, ff de leg. 2. Mantic. lib. 3. tit. 5. nu. 2.* vbi reprehendit *Cephal.* aliter dicentem, nihilominus in caſu noſtro, vt ſupra eſt latiſſimè demonſtratum) plures clariores, ac euidentiſſimæ ad ſunt coniecturæ penitus quò ad iſtos reditus vinculum excludentes.

Ex quibus illa leuis, & ſomniata coniectura, quod voluerit proſpicere vtilitati Sereniſſimi Victoris primogeniti ſatis dicitur excluſa, quia de iure vna præſum-
107 ptio † tollit aliam. *Carol. Bardell. conſil. 126. nu. 13. lib. 2.* Et eò maximè plures ſolent pauciores elidere, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 48. nu. 9. Cephal. conſil. 10. nu. 13. Farin. q. 38. nu. 111.*

Nec ex eo, quia donatis Principatu Onellæ, ac redditibus, de quibus agitur exinde vnica verborũ ſtructura vinculum, ſeu onus reſtituendi adiecit ſub illis verbis *che li feudi, e ragioni ſopraceduto ritornino alla Corona, &c.* debemus dicere, quod tale vinculum his generalibus, ac indefinitis verbis formatum comprehendat iſtos redditus, quos libere datos eſſe clariſſime ſuperiùs demonſtrauimus, quia licet verba, ſiue clau-
108 ſula in fine poſita † regulariter ad omnia præcedentia referatur *ad text. in cap. inquiſitionis, in fin. de appellation. & in l. talis ſcriptura. ſ. fin. de leg. 1.* tamen hoc non proce-
109 dit quando † diuerſa eſt ratio inter vnum, & aliud, vel vbi circa vnum eſt particularis facta determinatio; Item, ſi æquè, & commodè ad omnia ſuperiùs dicta referri non poteſt, vt latiſſime cumulando DD. dicit *Gabr. lib. 6. tit. de clauſul. concluſ. 9. num. 3. 8. 16. & per tot. latius Caſanat. conſ. 4. num. 272. 283. vbi num. 284.* ait ver-
110 ba eſſe interpretanda ne correctionem, aut contrarietatem in ſe contineant, ideò dum verba vinculi reſtringuntur ad feuda, & iura ibi *che li feudi, e ragioni, &c.* vt ſuperius demonſtrauimus, talia verba tantùm comprehendere Principatum Onellæ cum ſuis iuribus, & pertinentiis, conſequens eſt, vt dicamus tantum talẽ Principatũ vinculũ afficere, quia
111 verba † illa vniuerſalia, & indefinita non ſunt abſolute poſita, & cõſequẽter reſpiciunt tantum proprium determinabile. *Bald. in l. 1. in fin. C. de legit. hæred. Ruin. conſ. 114. num. 15. lib. 3. & Honded. conſ. 4. n. 36. lib. 2.* Hinc dicunt DD. quod licet indefinita regulariter æquipolleant vniuerſali. *l. ſi pluribus. de legat. 2.* tamen hoc non ſibi locum vendicat ſi omniũ ſub indefinitis verbis comprehẽſorũ æqualis nõ ſit ratio, maxime ſi verba illa indefinita eſsẽt affirmatiue prolata. *Bart. in d. l. ſi pluribus cum*

alijs

Digitized by Google

alijs per Rol. Auall.conſ. 34.n. 38.lib. 4. Couarr. variar.lib.1.c.13.n.19. Peregrin.de fideicommiſſ. artic. 7.nu. 55. Vnde quia ſatis diuerſa militat ratio inter redditus, de quibus agitur, & feuda, ſeu Principatum Onellæ cum ſuis iuribus (vt ſupra nos demonſtrauimus) dubio procul dicere debemus vinculum indefinitè prolatum non redditus, ſed tantùm Principatum cũ ſuis pertinẽtiis cõprehendiſſe.

Cæterùm dato, quod omnia iam dicta ceſſarent, & quod clarè, ac euidenter conſtaret Sereniſſimum Ducem voluiſſe donare, ac etiam vinculo ſubijcere non ſolum Principatum Onellæ, ſed etiã redditus Neapoli pro dote Sereniſſimæ Infantis Catherinæ debitos. Attamen id debemus intelli-
112 gere illum facere voluiſſe † pro eo, quod ſibi de prædictis redditibus ſpectabat, & nõ pro eo, ſuper quo ipſe nullum ius habebat. *ad text. in l. ſerui electione, §. ſi ff. de legat. 1. glo. in l. cum alienam. vbi Iaſ. n. 1. 2. & 3. C. de leg.* cum innumeris cumulatis à *Firm. de Rub. conſ. 27. n. 6. lib. 2. Addo Caſanat. alios citantem conſ. 7. n. 6.* Etiam quod dictum ius non eſſet duraturum poſt mortem Sereniſſimi donantis, ſed eius morte periturum. *l. Sticho, ff. de vſufruct. legat. l. quod in rerum, §. & ibi glo. Bar. & Doct. ff. de legat. 1.* Alios contextus affert *Gomes variar. reſolut. tom ſecundo, cap. ſecundo, num. 12. verſic. quod extende. Tancr. conſil. 121. in primo dub. cum multis alijs congeſtis à Chriſtof. Torniel. conſ. 98. nu. 8.* Fruſtra-
113 toria † enim eſſet talis donatio, & veris dominis nullum præiudicium afferret. *ad tex. in l. 2. C. ſi aduerſ. donat. & in l. in ædibus, §. penult. ff. de donat.* quapropter dicunt Doct. quod donatio rei alienæ non eſt proprie donatio. *Gloſ. per illum text. in d. l. in ædibus, §. vlt. Cephal. conſ. 441. nu. 31. Decian. reſponſ. 30. num. 19. lib primo, & Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 13. titu. primo, num. 6. & 7.* Et ideò ipſam robur habere à conſenſu veri domini, qui conſentiendo videtur donare. dixerunt *Tiraquell. de legib. connubialib. gloſſ. 3. n. 141. & Mantic dicto lib. 13. titu. 6. in fin.* quo fit, vt fideicommiſſum de re aliena non valeat abſque domini conſenſu iuxta pleniſſimè *not. à Pereg. de fideicom. art. 44. n. 32. & 33.*

At de prędictis redditibus Regni Neapolis Sereniſſimus Dux donans nullam proprietatem habebat, quia mortua ab inteſtato Sereniſſima Catharina tranſiuit proprietas in oẽs Principes eius filios. tantum vſufructu remanente pro dicto Duce tanquam Patre, & legitimo adminiſtratore, *iuxta tex. in l. 1. C. de bon. matern. & in l. cũ oportet, C. de bon. quę liber.* Ideo dubio procul ipſe ꝓprietatẽ prædictam nec donauit, nec vinculo, & oneri reſtituendi ſubiecit.

Et qđ dicimus de ꝓprietate ꝓcedit pariformiter quò ad vſumfru-

fructum portionis ſpectantis Sereniſſimo Cardinali Mauritio, ac eidem Sereniſſimo Philiberto donatario, nam ambo à nexu patriæ poteſtatis erant iam liberati, alter
114 quia † Cardinalis per cuius dignitatis adeptionem illicò fuit à patria poteſtate liberatus, vt dicunt in ſpecie *Manfred. in tract. de Cardinal. c. 8. col. 2. ver. octauũ eſt. Hieron. Alban. de Cardin. q. 42. priuil. 27. Barbat. de praeſt. Cardin. 1. q. Baſilic. n. 53 & ſeqq. & Martin. Laudenſ. de Card. q. 80. omnes inter tract. diuer. to. 13. p. 2. Couar. in c. quia nos. n. 5. de teſtam. Surd. conſ. 259. n. 2. & Fachin. contr. iur. lib. 6. c. 35. in princ.* Eſſet enim maximum dedecus, vt qui in fratrem eſt à Summo Pontifice electus, ac ipſius pars corporis, vt annotauit *Decian. reſp. 37. nu. 31. lib. 2.* ſub alterius maneat poteſtate, vt dicunt oẽs præcitati Doct.
115 Vnde ſi Epiſcopatus † à patria eximit poteſtate *§. palam. auth. conſtitutio, quæ dignitatib. col. 6. vnde ſumpta eſt auth ſed Epiſcopalis. C. de epiſc. & cler.* multo magis id facere debet Cardinalatus, qui maioris eſt dignitatis, nam Patritij ſcripti in diademate Principis dicũtur Cardinales, *c. Conſtantinus, el 2. diſt. 96 Io. Monach. in c. 1. de ſciſmat. n. 2. Mãfred. vbi ſup. c. 8. in prin.* & Patritia-
116 tus † dignitatem à patria poteſtate liberare nemo ignorat. *inſtit. qb. mod. ius patr. poteſt. ſol. §. filiusfamilias, & d. §. palàm. auth. conſtit. quæ dignitatib. &c.* Quinimò Cardinalis in ſuis titulis habere etiam ius

Epiſcopale dixerunt Villadieg.
tract. de orig. & poteſt. Cardinal. q.
n. 7. & Grazian. diſcept. 298. n. 7
Alter inquam (nempe Seren
ſimus Filibertus) erat pariforn
tee ſui iuris effectus, patriamq
euaſerat poteſtatẽ eo ipſo, qu
fuit Prorex Regni Siciliæ cr
117 tus; Proreges enim † loco Præ
cti Prætorio hodie ſunt ſubro
ti, vt notat *Foller. in conſt. Regn.*
pitaneorum. nu. 153. Decian. reſp. 2
n. 66. lib. 1. Oliban. de iur. fiſc. c. 4. n.
Quinimò maiorem poteſta
quam Præfecti Pretorio, & P
conſules habere dicũt *Caſan. in*
thalog. glor. mund. p. 7. conſid. 10. M
Surgent. in annot. de Neapol. Illuſt
22. n. 12. & poſt alios *Maſtril*
in tract. de magiſtr. lib. 5. c. 6. nu.
& 24. & lib. 6. c. 1. n. 19. Et per
118 ſequens dicuntur à patria abſo
ti poteſtate, ſicuti de iure abſo
tos eſſe Prætorio Præfectos de
minatum apparet *in auth. conſt.*
dignitatib. & c. §. Præterea igitur.
Iuſtinianus Imperator pro rat
ne dicit ibi, *eum namq; qui tantor*
Iudex eſt, & tantis iubet manere
poteſtate alterius, & non inter eos,
ſuæ poteſtatis ſunt, ſcribi noſtrarum
dignum iudicamus legum, & tem
rum, &c. Et tanto magis dum
119 ſolum Prorex erat, ſed etiam †
neralis Capitaneus tam mili
totius huius Regni, quàm eti
totius maritimæ claſſis, pro c
eadem prædicta ratione à pa
poteſtate eſſe ſolutum ſanci
Imperator *in d. auth. conſtit. qua*
gni-

Digitized by Google

gnitatib. in prin. & in d. §. præterea igi tur. dignitas enim hoc caſu il-lum à Patria exemit poteſtate non autem Dominus Rex, qui illum, & in Proregem, & in Generalem Capitaneum elegit, vt in indiuiduo ſcriptum reliquit *Borrell. in tract. de Reg. Cathol. præ-ſtãt. c. 65. n. 25. & 26.*

Si ergo iſti duo Sereniſſimi Prin cipes non erant ſub patria conſti tuti poteſtate ex eo, quod (vel cõ ſentiente Patre, vel ad eius requi-ſitionem) tales dignitates fuerunt adepti, vt veriſſimum eſt, & ſatis, atque ſatis notorium, conſequẽs eſt, vt dicamur vſumfructum par-tis dotis maternæ, vſque ad illud, tũc ad patrem vti legitimum ad-miniſtratorem ſpectantem ipſos tranſmiſſe, & cum proprietate, quæ ipſorum erat ſe conſolidaſſe, tanquam de conſenſu Patris ceſ-ſante cauſa per modos iuridicos, propter quam vſusfructus aduen titiorum filij ad Patrem ſpectat *ita Palatios, Ruuios dictus Lupus in repetit. rubr. ex de donat. inter vir. & vxor. ampl. 4. n. 2. verſ. ſed quam-uis. & repet. c. per veſtras, §. 3. n. 26 quem ſequitur Boer. dec. 197. ſub nu. 5* alios recenſet *Fachin. contr. iur. lib. 6 c. 35. & Cephal. conſ. 423. nu. 55.*

Ex quibus patet quod licet ex-preſſe vinculaſſet redditus debi-tos in Regno Neapolis, & per eũ ibi donatos, tamen & donatio, & vinculum ſe tantùm porrexit ad id, quod de prædictis redditibus ſpectabat ad Sereniſſimum donã-tem, ſiue in proprietate, ſiue in vſufructu, non autem ad portio-nes iſtas, quarum donans, nec ꝓ-prietatem, nec dominiũ habebat.

Neq; his repugnat, quod tam Sereniſſimus Philibertus, quàm Sereniſſimus Cardinalis Mauri-tius donationem prædictam rati-ficarunt, quaſi ex hoc videantur illam cum omnibus etiam vincu-lis in ea contentis approbaſſe, cũ hoc ſit de natura veræ ratifica-tionis, & confirmationis, vt ſu-pra latiſſime diximus *verſ. ſi vero cæterorum.*

Poſtquàm his, quæ ſuperiùs fundauimus nihil officiunt præ-memoratæ ratificationes, nam ſi factum Sereniſſimi Philiberti con ſideramus, & reperimus ipſum ratificaſſe donationem ſibi factã mediante ſuo procuratore, quæ ſi facta fuit (vt ſuperius demon-ſtrauimus) de eo, quod de, & ſu-per redditibus prædictis ſpecta-bat ad Sereniſſimum donantem ipſe illam ratificando acceptauit pro portione reddituum ſibi da-ta, & non pro ea portione, quæ ſua erat; talis enim portio, nec ab alio dari, nec ab eo acceptari po-terat, *ad tex. in §. ſic itaq; inſtit. de action.* ibi, *nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: quia ſcilicet dari cui-quam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat, nec res, quæ iam actoris magis eius fieri poteſt*) ſimilis *text. in §. ſed pluribus cauſis eadem res noſtra fieri poſſit. ad tex. in l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poſſ.* qua ratione † nullam

n.24 lib.2.Surd.dec.202.n.15.Menoch.conſ.201.n.25. Mazzol.conſ.1. n 66. Peguer.dec. 190.n. 15.& Cephal.conſ.68.n.17.& ſeqq. Quod autem in illa ſubſequenti clauſula, ibi *in oltre reſteranno detti feudi, e ragioni libere, & immuni da qualunque carico eccetto militari caualcate, & altre reſeruate, &c.* tantum feuda comprehendebantur eſt clarum tum quia in eodem inſtrumento paulo ſupra dũ reſeruatis per Sereniſſimum donantem tanquam directum dominium feudi fit mentio, præcisè nominantur iſti militares Equitatus ibi (*reſeruaſi ſolamente detta S.A. le ragioni de feudi diretto dominio, ſuperiorità, ò maggior fedeltà, vltime appellationi raccorſe con le ſolite caualcate, &c.* Tum etiam quia verba iſta (*militari caualcate*) non poſſunt propriè, nec impropriè conuenire redditibus debitis Neapoli, & quia dum non erant in dominio Ducum Sabaudiæ ſuper eis talis reſeruatio fieri non poterat. Et quia ſuper redditibus tanquam rebus incorporalibus Equitatus, nec ingredi, nec deambulare, nec perſiſtere poterat argumento eorum, quę dicũt *Abb. in c. exanimata. num. 3. de iudic. Guid. Pap. dec. 552. n. 3. verſic. circa tertium. Pappon. in cõſuet. Bosbon. §. 49.* Et patet ad ſenſum, & cui ver

72 ba † non conueniunt, nec etiam conuenit diſpoſitio. *l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. cum alijs per Dec. conſ. 406. col. pen. Peregr. de fideicom. art. 24. n. 27.* Ideò dum vinculando talibus verbis vſus eſt, noluit ſub illis comprehendere redditus iſtos, tanto magis quia ſi ipſos cõprehendere volebat, poterat vnico verbo illos ſub expreſſo nomine (Redditũum) includere. *l. vnica. §. ſin autem. ibi, nam ſi teſtator contrarium volebat nulla erat difficultas illud exprimere. C. de caduc. tollend.* Ideo ſcienter, & cum

73 miſterio omiſſum † dicitur id, qđ faciliter potuiſſet exprimere ſicut in ſimili arguunt *Anan. conſil. 22. n. 3. cũ plurib congeſtis à Pedroch. conſ. 5. nu. 51. Hond. conſ. 57. nu. 32. lib. 1. Soc. iun.* dicens hanc eſſe potentiſſimam cõiecturam *conſ. 26. n. 6. 7. lib. 4. conſ. 100. n. 2. lib. 1. Simon. de Pret. conſ. 90. nu. 22. & 23. Crott. conſ. 68. n. 23. Molin. de primogen. lib. 3. c. 5. n. 57. Caſanat. conſ. 45. n. 162.* Et ne dicamus ipſum imperfectè fuiſſe locutum, & de tali imperfectione, & diminutione eſſe reprehendendum, vt per *Pariſ. conſ. 53. n. 19. lib. 2. & Paul Leon. cõſ. 27. n. 60. & 63.* qua ratione ea

74 ſemper † ſumitur interpretatione diſponens mereatur à ſapientibus morderi, & reprehendi. *ad tex. in l. Saluius. Ariſto. ff. de leg. praeſt. Crauett. conſ. 3. n. 23. & conſ. 5. n. 14 Becc. conſ. 51. n. 13. & conſ. 57. n. 19 & Surd. conſ. 321. n 30.* Ac etiam ne dicatur Sereniſſimum donantem incurriſſe in illam regulã contra deſidioſos negligentes à iure

75 emanatam, quod ſibi imputet † cõtrahens, qui contractus ſui verba interpretari prætendit dum poterat legem ſibi apertius dicere, & non

non fecit, de qua *In l. veteribus. ff. de pact.* quam regulam procedere tam in fauorabilibus, q̃ in odioſis poſt multos dicit *Decian. reſp. 8. n. 48. lib. 1.* Et præciſè ad excludendum fideicommiſſum. *idem Decian. reſp. 1. n. 197. eod. lib. 1.* quod de tanto viro dicendum non eſt, maxime quia donatio prædicta facta fuit cum ſui totius Conſilij voto, in quo tot ſolent eximij, atq; Illuſtres Iuriſconſulti reſidere,
76 quos legalem verborum† naturã, & qualia includant, & qualia excludant fideicommiſſum non bene ponderaſſe dicendum non eſt, vt in ſimilibus caſibus arguunt *Bald. conſ. 123. ante n. 1. lib. 5. Soc. iun. in conſ. 170. n. 30. lib. 2.*

Sextò & vltimò dicimus nunquam fuiſſe in mentem contrahẽtium, quod onus reſtituendi, ſiue vinculum redditus iſtos comprehenderet, & quod de hoc tempore illius ſtipulatæ donationis nunquam fuit inter contrahentes verbum aliquod enunciatum ex eo, quod poſtmodum non inconſulte tam Notarius idem, qui illud inſtrumentũ exorauit, quàm partes omnes ſatis enixè, & verbis, & per actum facti declararũt; quem
77 meliorem, † & ſecuriorem eſſe modum interpretandi quid dubia, & ambigua ſcriptura contineat dicit *Soc. conſ. 102. n. 10. verſ. ex quibus patet. lib. 3.* Quia vbi contrahentes ſe ipſi gloſant non eſt recurrendum ad Gloſas legis dicũt omnes ſequendo, *Bald. in Auth. niſi rogati. 9. C. ad Trebell. & conſ. 407 col. fi. verſ. tangitur etiam lib. 1. Pariſ. conſ. 97. n. 14. lib. 2. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 3. titu. 1. in princ. Caſanat. conſ. 15. nu. 6. & 7. & Raudenſ. conſ. 35. n. 60. & ſeqq. lib.*
78 *1.* quod procedere † etiam ſi tacitè, & per coniecturas hoc deſumatur, ac etiam ſi fiat in actu, qui ſequitur ex interuallo dixit poſt multos idem *Caſanat. cõſ. 45. n. 142*
79 *& 143.* Maxime ſi declaratio † ſiue interpretatio inſtrumenti per partes facta eſſet per modũ executionis, nam potiſſima hæc à doctoribus appellatur declaratio, quæ ab ipſis partibus per obſeruantiã inſtrumenti facta reperitur. *Alba conſ. 157. n. 10 & conſ. 195. n. 6. cõſ. 428. n. 10. vbi latiſſimè Add. lit. B & conſ. 547. n. 9. Nizzol. alleg. 22. n. 25 & ſeqq. Præſes Morot. reſp. 14. n. 8 & ſeqq. Becc. cõſ. 140. n. 21. & ſeqq. lib. 2. Amat. dec. 41. n. 18 & Raudenſ. var. reſol. c. 61. nu. 14. & ſeqq. & c. 64. n. 17. bene Caſanat. conſ. 47. n. 43* At in caſu iſto ſi quærimus quid de hoc dixerit Notarius, & reperimus ipſum ad inſtantiam Sereniſſimi Philiberti fidem authenticam feciſſe Officialibus Neapolitanis, quod in prędicto donationis inſtrumento à Sereniſſimo Sabaudiæ Duce factæ reſpectu horũ reddituum nullum adeſt vinculũ hoc eſt onus reſtituendi, vt clarè patet per illam fidem Ducali ſigillo munitam. His expreſſis verbis hoc declarantem (*dechiaro, e faccio fede come in detto iſtrumento*

to

to di ceſſione non vi è vinculo alcuno circa detta ceſſione di detti docati quarantanoui milia ottocento ſeſſantaſei, e doi terzi, ne coſa che repugni in tutto, ne in parte à detta ceſſione, la quale è ſtata fatta libera, e ſenza eccettione alcuna à fauore è beneficio di detto Sereniſſimo Principe Emanuel Philiberto, &c.

Cui non ſolum, quia Illuſtris perſona eſt, & primus Secretarius, & Conſiliarius Status dicti Ducis, ſed ſimpliciter tan-
80 quam Notario plena † quò ad ad hoc eſt fides adhibenda, vt dicunt omnes illi ad nauſeam cumulati DD. per *Farin. ſub titu. de falſit. & ſimulat. quaeſt. 158. p. 3. n.* 187. quod pariformiter proce-
81 dere, licet vnus teſtis † inſtrumentarius ipſum contradiceret poſt multos noſter *Maſtrill. deciſ. 170. lib. 2.* Eſt enim in caſu iſto teſtis in facto proprio ab eodemmet geſto, de quo nullam laudem, aut vituperium ſperare poteſt, & ſic non intereſſatus, quo caſu ſolus de his plenam facit fidem, etiam
82 ſi aliàs † vilis eſſet perſona. *Pont. conſ. 44. n. 3. & 4. lib. 1. Borrell. conſ. 52. n. 4. Decian. reſponſ. 39. n. 26. lib. 4. Peregr. conſ. 26. n. 5. lib. 5. Azeued. conſ. 19. n. 1. & ſeqq & Merlin. dec. Lucenſ. 30. n. 11. 12. & 13.* Maximè dum de rebus teſtimonium profert, quae ad ſuum officium pertinent *Aluar. Velaſq. dec. 37. in fin. & Surd. conſ. 7. nu. 47. & conſ. 39. num. 16.*

Si verò quaerimus quid Sereniſſimus Philibertus donatarius ſenſerit, & quomodo bona iſta ſibi fuiſſe ab eius patre donata; ſemper pro certo habuit, & inuenimus ipſum non ſolum tempore vitę, & illico poſt factam donationem praedictam obtinuiſſe, ac praeſentaſſe Officialibus Regijs Neapolitanis fidem illam declarantem in donatione redditũ nullum adeſſe vinculum, verùm etiam in articulo mortis, quia ſciebat liberè ſibi illos donatos fuiſſe; de eis in ſuo teſtamẽto diſpoſuiſſe, & ſemper eis fore ſoluenda, & multa egregia legata delibe raſſe, quod ſi aliter intendebat, non ita feciſſet, & quia fruſtratoria eſſet eius diſpoſitio, & quia malitioſè dediſſet materiam litibus contra omnem bonam con-
83 ſcientiam, quod † in moriente non praeſumitur. *Hoſtienſ. in cap. olim. de iniur. Gloſ. & Doct. in §. fi. inſtit. eo. tit. Caſanat. conſ. 21. & 22.* magis enim praeſumitur moriens memor ſalutis aeternę, quàm viuens. *Ruin. conſ. 78. n. 12. lib. 3. Gramm. deciſ. 42. Hippol. Riminal. in conſ. 58. n. 31. Roland. Auall. conſ. 37. n. 8. lib. 3. & Polid. Rip. in tract. de act. in mort. art. c. 50. n. 4.* Ideò moribundum
84 nunquam praeſumi mentiri dicũt *Surd. dec. 55. nu. 11. Cephal. conſ. 86. n. 18. Bonif. Rogger. conſ. 47. n. 10. lib. 1. Menoch. conſ. 25. n. 8. & 9. Decia. reſp. 49. nu. 7. lib. 2. & noſter Milan. dec. 9. n. 135. lib. 2.*

Quae tantò magis procedunt locumque ſibi vendicant in perſo-

ſonam Principis Philiberti, cuius
vitę probitas, ac immaculata con
ſcientia cunctis eſt notoria genti-
bus, & nos Siculi ſcimus, quod
propter noſtra peccata illum ami
ſimus; Quod autem dictum eſt de
Notarii, ac Principis Philiberti
declaratione magis clarè, ac eni-
xè factum reperimus à Sereniſſi-
mo Duce Sabaudiæ donante, ac
ab omnibus alijs Principibus, qui
donationem prædictam ratifica-
runt. Negari enim non poteſt Se-
reniſſimum Ducem ſciuiſſe ſuum
primum Secretarium, qui inſtru-
mentum donationis confecit fi-
dem prædictam feciſſe, quod in
ea nullum adeſt vinculum, &c.
85 quia non præſumimus † Officia-
lem maxime de Aula Principis
abſq; expreſſo, claro conſenſu do
mini ſui talem fidem feciſſe: *ad
not. per Farin. q. 24. n. 51. & per Me-
noch. de arbitr. cent. 4. caſ. 345. nu. 6.*
86 qua ratione dicunt Doct. Officia-
lium ſcientiam † cum tolerantia
ſufficere pro ſcientia Principis,
ac in ipſiuſmet Principis p̄iudiciū
operari. *Bar. in l. ſi Publicanus, §. in
vectigalibus, n. 1. & 2. ff. de Public. Iaſ.
in l. Imperium, n. 21. in fi. de iuriſdict.
omn. iud. Alex. conſ. 24. n. 16. lib. 5. la-
tiſſime Crauett. de antiquit. tempor. §.
abſolutis q. 7. n. 23. Pereg. de iur. fiſc.
lib. 6. tit. 8. ſub n. 26. verſ. quibus ad-
de.* Et quod ſcientia officialium
87 † dicatur ſcientia Papæ determi-
nauit *Rot. per Farin. to. vnic. cent. 7.
dec. 1. n. 6. fol. mihi 385.* quod for-
tius procedit dum erat officialis
de Aula Principis, nam quicquid
88 † in domo agitur ſciente domino
fieri præſumitur. *Crauett. conſ. 27. n
n. 1. & Fab. de Ann. conſ. 103. n. 19.*
89 & parificantur in iure, † ſcire, &
ſcire poſſe, vel debere. *Bar. in l. cod-
ſus verſ. ſed qualiter probetur, & ibi
Bal. n. 118. ff. de vſucapionib. Alex. conſ.
187. n. 8. lib. 2. Menoch. de arbitr. caſ.
225. n. 8. Cephal. conſ. 161. nu. 131. la-
tiſſime Maſcar. concl. 1003. n. 36. 37.
& 44.* Et ad ſenſum patet eſſe ſa-
90 tis † inveriſimile illum officialem
tantùm voluiſſe committere fa-
cinus, vt rem arduam, & magni
momenti ex ſuo capite, & abſque
domini ſui ſcientia expedire vo-
luiſſe iuxta *not. per Crauett. conſ. 169.
n. 5. & conſ. 268. in fin. Giud. Pap. q.*
91 *127.* ſcientia † enim vbi factū eſt
notabile ſemper præſumitur. *c. cū
illorum. de ſent. excom. cum alijs per
Caſanat. conſ. 39. num. 31. verſ. & in
his.*

Si ergo id ſciuit, & tacuit cer-
to certius dicere debemus ipſum
acceptaſſe fidem illam in ſe con-
tinere veritatem, & nullum vin-
culum quo ad iſtos redditus in
donatione p̄dicta adiectū fuiſſe,
eſt enim veriſimile, quod talem fi-
dem fieri prohibuiſſet, ſi aliud, q̄
in veritate erat contineret; quæ
92 veriſimilitudo multū ſolet in om-
nibus negotijs attendi. *ad tex. in l.
ob carmen. §. fi. ff. de teſt. & in c. in no*
93 *ſtra. de teſtib.* quod ſi non fecit, † &
tacuit, cum illam iubēdo poterat
prohibere dubio procul conſen-
ſit. *ad tex. in l. quoties, ff. ad municip.*

&

Digitized by Google

& in l. honores. ſ. vlt. ff. de decurionib. cũ multis alijs ꝑ *Fachin. cõtr. iur. lib. 13. c. 50. & in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. hoc not. Bar. n. 13. verſ. ſi verò cõtradicendo. Roma. n. 3. Iaſ. n. 76. & cæteri omnes Rot. Gen. dec. 14. nu. 83. Iaſ. conſ.* 21. *n.* 10. *lib. 1. Alex. conſ.* 180. *n. 5 lib. 7. & Menoc. conſ. 120. n. 10.* Et eſt ac ſi talem prædictæ donationis declarationem ipſe ſuo Secretario, & in cauſa Notario commiſiſſet, quod fieri non eſt nouum in iure *ad tex. in l. Theopõpus. de dot. præleg. & in l. quæ heredi de cond. & demonſtr. cum alijs per Mantic. de coiect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 15.*

Si verò cæterorũ Sereniſſimorum Principum donationem prędictam exinde ratificantium quęrimus declarationem, & inſpicimus ipſas præcęteris clarius hoc idem declaraſſe; nam prout iacet ratificant donationem ipſam, & ſic cum omnibus oneribus, & vinculis in ea contentis, quia eſt de natura veræ ratificationis, vel confirmationis, vt non contineat

94 † plus, quàm datio, ſeu actus cõfirmatus. *latè Paris. conſ. 19. n. 26. lib. 1. Cioff. conſ. 11. n. 93. lib. 1. vbi*

95 *poſt Alex.* & alios tradit † confirmationem roborare, & non extendere actum ad non contenta in diſpoſitione confirmata, ideò dixit *Bald. in l. item quia in addit. n. 1.*

96 quod ratificatio † non augmentat extenſiuè, ſed roborat intenſiuè *Vuſemb. cõſ. 4. n. 47.* Ex inde cũ de iſtis redditibus faciunt mentionem hiſce verbis vtuntur (*ad hauer, tener, goder, e poſſeder, e farne per per detto Sereniſſimo Prencipe Emanuel Philiberto quello, che à lui piacerà, ò parerà come di coſa propria ſua, &c.*) & paulo infra (*con poteſtà d'eſſiggere, quietar, far ceſſione ad altri, e di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e volontà, &c.*) Ex quibus verbis clariſſimum eſt ipſos declaraſſe ſuper redditibus Neapoli debitis nullum vinculum adfuiſſe iuxta *not. per Bart. in l. qui Romæ. ſ. duo fratres. in 8. q. de verb. oblig.* quem Doct. communiter ſequun-

97 tur, vbi ait † clauſulam (*ad habendum, & liberè diſponendum, &c.* importare omnem vinculi, ſeu fideicommiſſi remiſſionem. *Crot. ibi. n. 133. & ſeqq. Gabr. tit. de fideicom. concl. 1. n. 30. bene Decian. reſp. 52. n. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 87. n. 15. & ſeqq.* alios multos recenſet *Marta de clauſul. p. 1. clauſ. 5. num. 11. &*

98 *12.* Et tribuunt iſta verba † donatario facultatem pleno iure liberè diſponendi de bonis donatis. *Bar. vbi ſup. n. 22. Rip. conſ. 23. n. 34. Ruyn. conſ. 18. nu. 9. lib. 1. Menoc. conſ. 216. n. 14. & ſeqq. nam verbum* (*liberè*) idem eſt, quod abſque vlla diminutione. Poſt multos *Caſanat. conſ. 20. n. 21.* vbi ait hoc verbum tribuere liberam diſponendi facultatem. *allegat Ruyn. Soc. Mant. & Surd. & n. 22.* quod nec prælegata veniunt in fideicommiſſo, ſi liberè conceduntur. *Peregri. de fideicom. art. 7. n. 14. & Meno. lib. 4. præſumpt. 194. n. 20.* Maxime

99 dũ clauſulæ † dictæ appoſitæ ſunt

non

Digitized by Google

non in executiuis, ſed in diſpoſitiuis, & immediate poſt dictorum reddituum donationem, vt conſiderant diſtinguendo *Pedam. dec. 164. nu. 2. & 3. & Vinc. de Franch. dec. 6. n. 6. & 7.*

100 Liberum enim † arbitrium diſponendi conceſſum excludit omne genus grauaminis; ac rei donatæ diminutionem, *vt in clement. final. de ætat. & qualit. & in cap. 1. in principio. in verb. liberè. de regul. iur. in 6.* cum ibi notat. Et poſt innumeros ad nauſeam cumulatos Doct. *Barboſ. in tract. de dictionib. in ver. liberè dict. 164. num. 3.* Ideo eſt, ac ſi dixiſſent (onus reſtituendi Principatum Onellæ in caſu mortis abſque filijs ratificamus) ſed illud onus non continere redditus Neapoli debitos; Nos ipſimet declaramus, nam nõ eſt veriſimile, quod ipſi tantum requiſiti de ratificatione illius donationis, voluiſſent illam alterare ratificando in illa parte, quæ de eorum præiudicio loquebatur, quia fuiſſet iactare

101 ſuum, quod non præſumitur † *l. cum de indebito. ff. de probation.* Sed quod ideò ita ratificando donarunt libere, quia libere erant donati redditus à Sereniſſimo eorum Patre, cuius morem ipſi tũc gerere volebant.

Ex quibus certo certius ſunt omnia contenta reſoluta, nam licet verũ ſit, quod in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus diſponentis mens eſt ſola, ac præci-

102 pua attendenda, tamen mens iſta non eſt ſomnianda, vt dixit *Alciat. conſ. 44. n. 33. in fi. lib. 9.* Imò nec ſufficit prudenti conſideratione

103 voluntatem † diſponentis imaginari, niſi ex verbis ipſa concipi poſſit. *l. Gallus, §. quidã rectè de liber. & poſthum. cum alijs per Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. n. 3* Nam mens, & verba debent adinuicem conuenire, *l. nominis, & rei. in fi. de verbor. ſignif. l. in ambiguo. de reb. dub. Caſanat. conſ. 4. n. 34. vbi num.*

104 *35.* ſubdit regulam eſſe in † iure nõ ſufficere teſtatorem velle, niſi verbis diſponat, & ante eum *Honded. conſ. 78. nu. 11. lib. 1.* & ita ad iſtud obiectum reſpondent *Bolog. conſil. 15. num. 23. & ſeqq. & præcisè num. 51. Eugen. conſil. 61. num. 12. Gabr. conſil. 111. num. 11. lib. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 11. num. 25. 29. & 30.* vbi demonſtrat, quod tacita voluntas † inducendi fidei-

105 cõmiſſum deſumitur ex verbis, q̃ in neceſſariã conſequentiã hęc tm̃ importãt, *Surd. conſ. 448. n. 14. & ſeqq.* & in caſu noſtro nullũ verbũ legit, quod inducat de neceſſitate onus reſtituẽdi, ſeu vinculũ quò ad reddit⁹ iſtos Neapoli debitos, ſed tm̃ quo ad Principatũ Onellæ cum ſuis iuribus, ergo deficientibus claris verbis nulla eſt de ſumenda mẽtis diſponentis cõiectura, quæ verbis repugnaret, qa hoc caſu ſola verba ſcripta attenduntur, & non mens alibi ſomniata. *Bart. & Paul. de Caſtr. in d. l. in ambiguo. de reb. dub. Decian. reſpõſ. 1.*

Mm *n. 26.*

Digitized by Google

num. 26. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 4 latè (*Caſanat. d. conſil. 4. num. 32.* Et licet ex legitimis
106 †coniecturis nonnunquam ſoleat diſponentis mens indagari ad *text. in l. licet Imperator. vbi Bart. num. 10. de leg. 1. & l. cùm proponebatur, ff de leg. 2. Mantic. lib. 3. tit. 5. nu. 2.* vbi reprehendit *Cephal.* aliter dicentem, nihilominus in caſu noſtro, vt ſupra eſt latiſſimè demonſtratum) plures clariores, ac euidentiſſimæ ad ſunt coniecturæ penitus quò ad iſtos reditus vinculum excludentes.

Ex quibus illa leuis, & ſomniata coniectura, quod voluerit proſpicere vtilitati Sereniſſimi Victoris primogeniti ſatis dicitur excluſa, quia de iure vna præſum-
107 ptio † tollit aliam. *Carol. Bardell. conſil. 126. nu. 13. lib. 2.* Et eò maximè plures ſolent pauciores elidere, *Menoch. li. b. 4. præſumpt. 48. nu. 9. Cephal. conſil. 10. nu. 13. Farin. q. 38. nu. 111.*

Nec ex eo, quia donatis Principatu Onellæ, ac redditibùs, de quibus agitur exinde vnica verborũ ſtructura vinculum, ſeu onus reſtituendi adiecit ſub illis verbis *che li feudi, e ragioni ſopraceduto ritornino alla Corona, &c.* debemus dicere, quod tale vinculum his generalibus, ac indefinitis verbis formatum comprehendat iſtos redditus, quos libere datos eſſe clariſſime ſuperiùs demonſtrauimus, quia licet verba, ſiue clau-
108 ſula in fine poſita † regulariter ad omnia præcedentia referatur *ad text. in cap. inquiſitionis, in fin. de appellation. & in l. talis ſcriptura. ſ. fin. de leg. 1.* tamen hoc non proce-
109 dit quando † diuerſa eſt ratio inter vnum, & aliud, vel vbi circa vnum eſt particularis facta determinatio; Item, ſi æquè, & commodè ad omnia ſuperiùs dicta referri non poteſt, vt latiſſime cumulando DD. dicit *Gabr. lib. 6. tit. de clauſul. concluſ. 9. num. 3. 8. 16. & per tot. latius Caſanat. conſ. 4. num. 272. 283. vbi num. 284.* ait ver-
110 ba eſſe interpretanda ne correctionem, aut contrarietatem in ſe contineant, ideò dum verba vinculi reſtringuntur ad feuda, & iura ibi *che li feudi, e ragioni, &c.* vt ſuperius demonſtrauimus, talia verba tantùm comprehendere Principatum Onellæ cum ſuis iuribus, & pertinentiis, conſequens eſt, vt dicamus tantum talẽ Principatũ vinculũ afficere, quia
111 verba † illa vniuerſalia, & indefinita non ſunt abſolute poſita, & cõſequẽter reſpiciunt tantum proprium determinabile. *Bald. in l. 1. in fin. C. de legit. hæred. Ruin. conſ. 114. num. 15. lib. 3. & Honded. conſ. 4. n. 36. lib. 2.* Hinc dicunt DD. quod licet indefinita regulariter æquipolleant vniuerſali. *l. ſi pluribus. de legat. 2.* tamen hoc non ſibi locum vendicat ſi omniũ ſub indefinitis verbis comprehẽſorũ æqualis nõ ſit ratio, maxime ſi verba illa indefinita eſsẽt affirmatiue prolata. *Bart. in d. l. ſi pluribus cum*

alijs

Digitized by Google

alijs per Rol. Auall. conſ. 34. n. 38. lib. 4. Couarr. variar. lib. 1. c. 13. n. 19. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 7. nu. 55. Vnde quia ſatis diuerſa militat ratio inter redditus, de quibus agitur, & feuda, ſeu Principatum Onellæ cum ſuis iuribus (vt ſupra nos demonſtrauimus) dubio procul dicere debemus vinculum indefinitè prolatum non redditus, ſed tantùm Principatum cũ ſuis pertinẽtiis cõprehendiſſe.

Cæterùm dato, quod omnia iam dicta ceſſarent, & quod clarè, ac euidenter conſtaret Sereniſſimum Ducem voluiſſe donare, ac etiam vinculo ſubijcere non ſolum Principatum Onellæ, ſed etiã redditus Neapoli pro dote Sereniſſimæ Infantis Catherinæ debitos. Attamen id debemus intelli-
112 gere illum facere voluiſſe † pro eo, quod ſibi de prædictis redditibus ſpectabat, & nõ pro eo, ſuper quo ipſe nullum ius habebat. *ad text. in l. ſerui electione, §. ſi ff. de leg. 1. glo. in l. cum alienam. vbi Iaſ. n. 1. 2. & 3. C. de leg.* cum innumeris cumulatis à *Firm. de Rub. conſ. 27. n. 6. lib. 2. Addo Caſanat. alios citantem conſ. 7. n. 6.* Etiam quod dictum ius non eſſet duraturum poſt mortem Sereniſſimi donantis, ſed eius morte periturum. *l. Sticho, ff. de vſufruct. legat. l. quod in rerum, §. & ibi glo. Bar. & Doct. ff. de legat. 1.* Alios contextus affert *Gomes variar. reſolut. tom ſecundo, cap. ſecundo, num. 12. verſic. quod extende. Pancir. conſil. 121. in primo dub. cum multis alijs congeſtis à Chriſtof. Torniol. conſ. 98. nu. 8.* Fruſtra-
113 toria † enim eſſet talis donatio, & veris dominis nullum præiudicium afferret. *ad tex. in l. 2. C. ſi aduerſ. donat. & in l. in ædibus, §. penult. ff. de donat.* quapropter dicunt Doct. quod donatio rei alienæ non eſt proprie donatio. *Gloſ. per illum text. in d. l. in ædibus, §. vlt. Cephal. conſ. 441. nu. 31. Decian. reſponſ. 30. num. 19. lib primo, & Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 13. titu. primo, num. 6. & 7.* Et ideò ipſam robur habere à conſenſu veri domini, qui conſentiendo videtur donare. dixerunt *Tiraquell. de legib. connubialib. gloſſ. 3. n. 141. & Mantic dicto lib. 13. titu. 6. in fin.* quo fit, vt fideicommiſſum de re aliena non valeat abſque domini conſenſu iuxta pleniſſimè *not. à Pereg. de fideicom. art. 44. n. 32. & 33.*

At de prędictis redditibus Regni Neapolis Sereniſſimus Dux donans nullam proprietatem habebat, quia mortua ab inteſtato Sereniſſima Catharina tranſiuit proprietas in oẽs Principes eius filios. tantum vſufructu remanente pro dicto Duce tanquam Patre, & legitimo adminiſtratore, *iuxta tex. in l. 1. C. de bon. matern. & in l. cũ oportet, C. de bon. quę liber.* Ideo dubio procul ipſe ꝓprietatẽ prædictam nec donauit, nec vinculo, & oneri reſtituendi ſubiecit.

Et qđ dicimus de ꝓprietate ꝓcedit pariformiter quò ad vſum-

Mm 2 fru-

Digitized by Google

gnitatib. in prin. & in d. §. preterea igi tur. dignitas enim hoc caſu illum à Patria exemit poteſtate non autem Dominus Rex, qui illum, & in Proregem, & in Generalem Capitaneum elegit, vt in indiuiduo ſcriptum reliquit *Borrell. in tract. de Reg. Cathol. praeſtãt. c. 65. n. 25. & 26.*

Si ergo iſti duo Sereniſſimi Principes non erant ſub patria conſtituti poteſtate ex eo, quod (vel cõſentiente Patre, vel ad eius requiſitionem) tales dignitates fuerunt adepti, vt veriſſimum eſt, & ſatis, atque ſatis notorium, conſequẽs eſt, vt dicamur vſumfructum partis dotis maternæ, vſque ad illud, tũc ad patrem vti legitimum adminiſtratorem ſpectantem ipſos tranſmiſſe, & cum proprietate, quæ ipſorum erat ſe conſolidaſſe, tanquam de conſenſu Patris ceſſante cauſa per modos iuridicos, propter quam vſusfructus aduentitiorum filij ad Patrem ſpectat *ita Palatios, Ruuios dictus Lupus in repetit. rubr. ex de donat. inter vir. & vxor. ampl. 4. n. 2. verſ. ſed quamuis. & repet. c. per veſtras, §. 3. n. 26 quem ſequitur Boer. dec. 197. ſub nu. 5* alios recenſet *Fachin. contr. iur. lib. 6 c. 35. & Cephal. conſ. 423. nu. 55.*

Ex quibus patet quod licet expreſſe vinculaſſet redditus debitos in Regno Neapolis, & per eũ ibi donatos, tamen & donatio, & vinculum ſe tantùm porrexit ad id, quod de prædictis redditibus ſpectabat ad Sereniſſimum donantem, ſiue in proprietate, ſiue in vſufructu, non autem ad portiones iſtas, quarum donans, nec proprietatem, nec dominiũ habebat.

Neq; his repugnat, quod tam Sereniſſimus Philibertus, quàm Sereniſſimus Cardinalis Mauritius donationem prædictam ratificarunt, quaſi ex hoc videantur illam cum omnibus etiam vinculis in ea contentis approbaſſe, cũ hoc ſit de natura veræ ratificationis, & confirmationis, vt ſupra latiſſime diximus *verſ. ſi vero ceterorum.*

Poſtquàm his, quæ ſuperiùs fundauimus nihil officiunt præmemoratæ ratificationes, nam ſi factum Sereniſſimi Philiberti conſideramus, & reperimus ipſum ratificaſſe donationem ſibi factã mediante ſuo procuratore, quæ ſi facta fuit (vt ſuperius demonſtrauimus) de eo, quod de, & ſuper redditibus prædictis ſpectabat ad Sereniſſimum donantem ipſe illam ratificando acceptauit pro portione reddituum ſibi data, & non pro ea portione, quæ ſua erat; talis enim portio, nec ab alio dari, nec ab eo acceptari poterat, *ad tex. in §. ſic itaq; inſtit. de action.* ibi, *nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: quia ſcilicet dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat, nec res, quæ iam actoris magis eius fieri poteſt)* ſimilis *text. in §. ſed pluribus cauſis eadem res noſtra fieri poſſit. ad tex. in l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poſſ.* qua ratione † nullam eſſe

num. 8. & 9. Hinc dicunt ad propoſitum Doct. quod qui actum ratificat, illud prout iacet confirmat, ſed nil de nouo dat. Ita *Oldr. Bar. Dec. Paris. Gozad. & alij per Menoch. conſ. 1. n. 6.*

Sed dato, quod portio iſta Domini Cardinalis fuiſſet à Sereniſſimo Duce in ſpecie donata, † attamen fateri neceſſe eſt, quod dũ ſua non erat neque in proprietate, neque in vſufructu illius non poterat dici propriè donatio antequàm Sereniſſimus Cardinalis verus dominus conſenſiſſet, vt ſupra. *verſ. cæterum. in fin. latiſſimè demonſtrauimus.* quia tanquam actus imperfectus exigens confirmationem non dicitur antea habere ſuã eſſentiam. vt dixit *Bal. in l. Caius, ff. de excuſ. tut. Aret. in l. per Epiſtolã. col. fi. ff. de acq. hæred. Dec. in c. 1. n. 4. & 37. de confir. vtil. vel inutil. Purpur. in l. more, n. 75 ff. de iuriſdict. om. iud. & ſatis bene Carol. Bardell. conſ. 118. n. 4. lib. 2. vbi n. 6.* ait actum imperfectum vires capere à confirmatione allegat *Bar. Bal. Alex. Iaſ. Abb. & Vuſembec.* nam regula quod qui confirmat nil de nouo facit, non procedit vbi confirmatur actus, qui de per ſe ſtare non poteſt. Satis bene poſt multos. *Pont. dec. 38. n. 37. & ſeqq.* & ſubdit *Barboſſ. ibi n. 7.* quod tali caſu ſi in ratificatione noua adijciuntur pacta, ipſa nouum actum, & nouam donationem importat; taliter quod prima donatio in ſuo ſimplici, & antiquo robore non conſiſtit, ſed totaliter renouata dicitur, & conſequenter nouus actus reputatur. allegat *Bar. in d. l. more, nu. 5. verſ. quando quis confirmat, vbi etiam Iaſ. n. 33. Dec. nu. 28. Soc. n. 32. Purpur. n. 81. & Curt. iun. n. 89. Paris. in conſ. 29. n. 19. lib. 1. & Feli n. in c. inter delectos, nu. 16. extr. de fid. inſtrum. & ibi n. 10.* dicit qđ

123 mutatio formę arguit nouũ actũ, & per eam dicitur à primo receſſum, & dicitur mutata prima forma, vbi noua pacta, & nouæ conuentiones reſpiciunt ſubſtantiam ipſius contractus. *Brun. in tract. de augment. concl. 3. Surd. conſ. 202. in fi. & Carol. Bardell. d. conſ. 118. nu. 19. vbi ſubdit n. 20.* quod tunc noua pacta, & nouæ conuentiones actus ſubſtantiam attingunt, quando reſpiciũt rem in contractu deductam *Alciat. conſ. 110. n. 6. & conſ. 149. n. 5. & 7. Brun d. concl. n. 7. & 8. & Surd. conſ. 217. n. 24.*

Ex quibus clariſſimè, ac euidentiſſime infertur, quod dum Sereniſſimus Cardinalis quò ad redditus, de quibus agitur donationem factam à Domino Duce Sereniſſimo Philiberto eius fratri non ſimpliciter, & prout iacebat cum vinculis, & fideicommiſſis ratificauit, & confirmauit, ſed ſpecifice aſſerendo ſe illos de nouo dare libere omnibuſq; ſolutos vinculis, vt patet ex illis verbis (*per quanto à ciaſcuno di loro ſpecta di nouo cedeno, donano, e rimetteno, &c.*) Et paulo infra (*ad hauere tenere, gaudere, & poſſedere, e farne per*

det-

detto Sereniſſimo Principe Emanuel Filiberto quello, che à lui piacerà come coſa propria ſua, &c. Et paulo infra. *con poteſtà d'effiggere, quietar, far ceſſioni ad altri, e di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e volontà, &c.* dubio procul dicitur alteraſſe donationem Domini Ducis circa ſubſtantiam, & ideò illam ratificationem induxiſſe nouum actum, illumq; ſolum eſſe attendendum, dum ita conſtat eſſe demente ratificantis, vt not. *Bald. in c. 1. per quos fiat inueſtit. & Pont. d. dec. 38. n. 38.* Et per conſequens portionem redditus Sereniſſimi Cardinalis dici donatam abſq; vinculis, quia hoc important illa verba *ad hauere, tenere, &c. e quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e volontà, &c.* vt ſupra verſic. *ex quibus verbis, & verſ. liberũ enim arbitrium* latiſſime oſtendimus; quapropter ſatis conſulte in illo actu ratificationis fuerunt appoſita illa verba *per quanto à ciaſcuno di loro ſpetta di nouo cedeno, e donano, &c.* Nam dum nullius erat conſiderationis donatio quoad totalem proprietatem, quæ non ad Sereniſſimum donantem, ſed ad filios ſpectabat. *d. l. 1. C. de bon. matern. & l. cum oportet. de bon. quæ liber.* ac etiam quò ad proprietatem, & vſumfructum quò ad portionem filiorum ſub patria poteſtate non exiſtẽtium, vt ſuperiùs, ver. *Si ergo iſti duo,* demõſtrauimus de neceſſitate erat apponenda illa
124 clauſula † *de nouo damus, &c.* quæ nouã donationẽ inducit, vbi act⁹, ſuper quo apponitur ſolus de per ſe ſtare non poteſt. *Pont. dec. 38. n. 44. & conſ. 52. nu. 8. lib. 1. & latè Lanar. conſ. 21. n. 4. & Bardell. d. conſ. 118. n. 26. & 27.*

125 Ex quibus omnibus indubitanter infertur quod illa generalis ratificatio non potuit ſe extendere ad ea, quæ ſunt expreſſe in eodem inſtrumento diſpoſita, & conſequenter ad redditus prædictos expreſſe iam libere donatos. *Pariſ. conſ. 70. n. 13. lib. 1. Franc. Milan. dec. 1. n. 170. & 171. lib. 1. Peregr. conſ. 9. n. 21. lib. 2.* Et in indiuiduo ad excluſionem fideicõmiſſi dicit *Decian. reſponſ. 9. n. 4. lib. 4.* quod vbi ſpecialiter eſt de certa re facta mẽtio in inſtrumento, quod ſemper illa res dicatur excluſa ab onere generaliter iniuncto. *idem Decian.*
126 *reſp. 78. n. 28. lib. 3.* Nam generi ꝑ ſpeciem ſemper derogatur. *Rot. Lucenſ. diuerſ. dec. 60. verſ. Et re actio prædictorum, Surd. conſ. 56. n. 1.* Et reſtringit genus ꝑ ſpecies enumeratas etiam ſi ad eſſet copula. Latiſſimè *Gabr. in conſ. 90. nu. 2. & 3. lib. 1.* & generale verbum declaratur ex addito verbo ſpeciali. *Cephal. conſ. 303. n. 14. & Becc. conſ. 52. n. 95.* & id quidem euidenti ratione, nam ſub generalitate tacite quid dicitur comprehenſum.
127 Poſtquàm expreſſum eſt † tantum illud, quod oculis corporeis legi poteſt. *Bal. in c. vlt. col. 4. verſ. quæro nunquid. extr. de conſuetud. & in l. ſed ſi quis. §. quæſitum. col. 4. verſ. venio ad quæſtionem, ff. ſi quis caut.* vbi qđ taci-

tacitum non expreſſum dicitur quod legi non poteſt, ſed colligitur ex vi intellectus, cui ſine difficultate præcedit id, quod expreſſe eſt enunciatum, vt ſatis ad rem notat *Aret. in l. ſi ita quis. ſ. ea lege ff. de verb. oblig. allegat text. in l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legit. & in l. pen. ff. de iniuſt. teſtam.* & idem dicit *Bald. in l. arrogatur. col. 4. de adoptionib.* Quæ tanto magis procedunt ad excluſionem oneris, & fideicõmiſſi, quia in dubio contra fideicom. eſt † iudicandum. *Dec. conſ. 465. n. 15. & 16. Pariſ. conſ. 41. n. 31. lib. 3. & Crauet. conſ. 189. n. 1.*

128

Io. Franc. del Caſtillo Aud. Gen. & Iudex M.R.C. de licentia S. Illuſtr. domin.
Rocchus Potenzanus.
Simeon Sitaiolus.

Quibus fuerunt addita infraſcripta per V.I.D. Hieronymum Porpugnano per modũ, vt infra.

Plures, & quidem non contẽnendæ difficultates inſurgunt cõtra Sereniſſimi Principis Emanuelis Philiberti teſtamentum, & vltimam eius diſpoſitionem tum ex legibus, tum etiã ex legum profeſſoribus, iuriſq; peritis excerptæ; quæ omnes ſigillatim erunt diſcutiendę pro validitate dicti Eulogij poſt breuem facti enarrationem.

Supponitur igitur in facto, ꝙ in anno 1620. die verò 17. menſis Decembris per acta Ioannis Michaelis Crotti Notarij, & Conſiliarij Status, ac primi Secretarij Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ. Dux ipſe cum interuentu, ac præſentia Sereniſſimi Principis Pedamontiũ tã ſuo nomine, quàm Sereniſſimæ D. Catherinæ ab Auſtria olim eius vxoris donauit, tranſtulit, ac remiſit Sereniſſimo Principi Emanueli Philiberto eius filio abſenti, ſeu domino Claudio Cãbiano Comiti Cartignani eius ꝓcuratori pręſenti, & accipienti ꝓ dicto Principe, & ſuis ꝓ appanagio, vt iuxta ſui cõditionẽ viuere poſſet donauit, inquã in feudũ nobile Principatũ Onellæ cũ redditibus, iuribus, & emolumẽtis vniuerſis ad dictũ feudũ ſpectãtibus, & ꝓut melius in dicta donatione. Inſuper redditus 49. milliũ ducatorũ Regni Neapolis ꝓuenientiũ ex dote Sereniſſimæ D. Catherinę matris ipſius Sereniſſimi Prĩcipis Emanuelis Filiberti, quos oẽs redditus dict⁹ Dux ꝓmiſit veros, reales, & exigibiles. Et vltra ceſſit iura, ac redditus, quos habebat, ac poterat habere ſuper iuriſdictionib⁹, ac Marchionatibus Finalis, & Zuccharelli abſq; vlla euictionis promiſſione. Itaut dictus Sereniſſimus Princeps Philibertus haberet pro ſupradicto appanagio ſummã 40. millium ſcutorum aureorũ, aut eorũ iuſtũ valorẽ currentẽ ſingulo anno. Et caſu, quo bona, ac redditus donati, ac ceſſi nõ aſcenderent ſummã 40. milliũ aureorũ ex nũc pro tunc aſſignauit, ac ceſſit tot prouentus maturatos ex dote prædictæ Infantis

D. Catherinæ ad effectum emendi tot ꝑdia ſecura in Sabaudia, quorum redditus ſupplerent ſummã aureorum 40. milia, & prout melius in dicto inſtrumento.

Deuentũ fuit per Ducẽ ipſum ad dictam donationẽ, ac in feudationẽ cum diuerſis cõditionibus, ac pactis, & præ alijs, quod in defectu Sereniſſimi Principis Emanuelis, & deſcendentium maſculorum ex eo feuda, & iura, vt ſupra ceſſa reuerterenẽ ad Coronã, & fœminæ interim eſſent alimentãdæ datis illis poſtmodũ dote cõpetente pro matrimonio, aut monachatu. At mortuo dicto Sereniſſimo Principe abſq; liberis, tã maribus, q̃ fœminis poſſet diſponere ex redditibus ſupradictis vſq; ad ſummã ſcutorũ duo millia aureorum, aut ipſorum capitale, & nulla p eum facta diſpoſitione reuerti deberent ad Coronã Ducalem, vt ſupra. Ob quæ ſupradictã bona, ac iura, vt ſupra donata Sereniſſimus princeps Philibertus, ſeu eius procurator tenuit ſe tacitum, & cõtentum pro quacumq; cauſa cogitata, & nõ cogitata etiã legitimę, & eius ſupplemẽti reſpectiuè ſuper bonis paternis, maternis, fraternis, ac ſororum. Et qđ nõ poſſit amplius petere aliq̃d in iuditio, vel extra, ꝓut renuntiauit prę ſentibus dicto Duce, & Sereniſſimo Principe Pedamontium acceptãtibus pro eis, & legitimis ſucceſſoribus in Statu, & prout in dicta donatione.

Anno 1612. die 4. Ianuarij p acta Ioannis Bernardini Almerigi ad maiorem corroborationem dictæ ceſſionis, ac donationis dictorum ſcutorum 49. millium monetæ Regni Neapolis, volentes Sereniſſimi Principes, ac Infantes illã ratificare ꝓ iure ad vnũquenq; ipſorum, ſiue ipſarum ſpectãte, & pertinente; Sereniſſimus Pñceps Mauritius Cardinalis, ac Sereniſſima D. Margarita Sabaudię, & Gõzaga Duciſſa Mantuæ, nec nõ D. Maria, ac D. Catherina Sabaudiæ ratificauerunt, acceptauerunt, approbauerunt, & ꝓ iure ad eas ſpectãte iterum cedunt, donãt, ac remittunt dicto Sereniſſimo Principi Philiberto ſupradictos ſcutos 49. mill. ſeruata forma pręcalendati inſtrumenti ceſſionis, ꝓut in eo cõtinetẽ, & iuxta ordinem Suę celſitudinis leguntẽ in dicto inſtrõ clauſulę *ad hauer, tener, goder, e poſſeder, e farne per detto Sereniſſimo Principe Emanuel Filiberto quello, che à lui piacerà, ò parerà, come di coſa propria ſua cedendoli à tal'effetto ogni ragione, & attione, &c.* Quę clauſulę latinẽ ſonãt *Ad habendũ, tenendũ, gaudendũ, poſſidendũ, & q̃cq̃d placuerit, aut videbitur faciendum vti de re propria cedentes ad hunc effectum omnia iura, & actiones, &c.* Et infra alias verba (*Ac etiam ad diſponendum ad ſuũ liberum arbitrium, & voluntatem, & prout melius in dicta ratifica.*

Qui Princeps Philibertus die 10. Februarij 1621. per acta Notarij Petri Bouino acceptauit, ac rati-

ratificauit donationem ſibi factã à patre ꝓ eius appanagio ad ſummam aureorum 40. millium cum omnibus clauſulis, pactis,& conditionibus contentis,& expreſſatis in dicto contractu donationis, ſeu ceſſionis. Quinimmo in dicta ratifica leguntur hæc verba *laqual ſomma li e ſtata aſſecurata ſopra li renditi,che S.A. hauea in detti luoghi, e per il ſupplimento ſopra li prouenti della dote della predetta Sereniſſima Infanta,à S. A. aſſignati nel Regno di Napoli da Sua Maeſtà Catolica,con li patti,conditioni riſalui, e renuntie ampiamente eſpreſſe , e contenute nell'iſtrumento di detto cõtratto tra il Duca,& il Conte di Cambiano procuratore di eſſo Principe Filiberto.*

Apparet fides illius Notarij de Crotti, quæ teſtatur, quod in iuſtrumẽto ceſſionis factæ per Sereniſſimũ Ducẽ Sabaudię Sereniſſimo Principi Emanueli nõ adſit vllũ vinculũ circa ducatos 49. millium,nec in totũ,nec in partẽ,ſed ceſſionem ipſam fuiſſe factam liberam abſq; aliqua exceptuatione in fauorem dicti Sereniſſimi Principis Filiberti.

Supponitur etiam in facto, ꝙ die 3. Auguſti 1624 dictus Sereniſſimus Princeps infirmus ſuum teſtamentum per tres, aut quatuor dies diſpoſitum voluit ſibi legi à Matthæo de Carranza Secretario (prout coram aliquibus teſtibus lectum fuit. Quo publicato, ac lecto dixit, quod ſibi placeret , iuſſitq; ac uoluit, quod haberetur pro ſuo vltimo teſtamento,& determinata volũtate,mandauitque conſeruari penes dictum de Carranza Secretarium tantummodo facta mutatione,quod Collegium , quod erat erigendum in Ciuitate Quieri Pedamontium erigeretur in Villa Onellæ, ac voluit,quod dicta ſcriptura valeret pro teſtamento, ac ꝓut magis neceſſe foret, ad hoc, vt haberet vires, ac robur,ac ſi coram publico Notario eſſet facta cum omnibus clauſulis , & ſolemnitatibus de iure diſpoſitis.

Et inter cætera legata reliquit familiæ veſtes lugubres, ac rationes vſquequo perueniſsẽt ſcilicet Hiſpani in oppidũ Madrid, & illi de Sabaudia in Turinũ. Ac etiam reliq̃t Gaxes, ac rationes illis debitas,ac ſoluendas de tot argento,gemmiſq; vendẽdis,prout etiã legauit dictæ familiæ Gaxes durante eorũ vita eſigẽdos de ſumma 40. milliũ ducatorũ monetæ Regni Caſtellæ procedẽtiũ ex dote Sereniſſimæ D. Catherinæ eius matris,ac ẽt ſibi ſpectãtiũ ex donatione patris,ac fratrũ,ſororumq; renũtiatione. Quas oẽs rogauit, vt approbarẽt eius diſpoſitionẽ in hac parte,ex quo ſuppoſitis notorijs obligationibus fuerit neceſse in illa ſumma ſibi debita tũ in iure legitimę matris, tũ ex donatione, ac renũtiatione ſupradictis Gaxes illos ſuis famulis aſſignare.

Item legauit aureos ſexcentos quolibet anno Conuentui Sancti

Iacinthi Ordinis Sancti Dominici Villæ Madrilexos. Et hoc pro iure Patronatus dictæ Eccleſiæ ſoluendos ſuper quibuſdam procuratorum officijs emptis à dicto Principe,& prout melius in dicto teſtamento, in quo iure patronatus nominauit patronum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ Patrem, ac eius ſucceſſores in Ducatu. Et quia in donatione ſibi à dicto Duce facta de Principatu Onellæ, & aliis redditibus donatis aderat facultas diſponendi de duobus millibus aureorum ſingulo anno. In caſu mortis ſine filiis voluit,quod de aureis 800. dictorum biſmille erigeretur collegium in Villa Onellę iuxta formã ibi diſpoſitam, cuius collegij voluit eſſe patronos Sereniſſimos Ducem, ac eius ſucceſſores, ſub quorum dominio, ac diſpoſitione vti dominorum, patronorumque voluit eſſe dictum Collegiũ, rogans eos,vt illud acceptent, ac recipiant ſub eorum auxilio, ac diſpoſitione. Ac tandem ſolutis debitis legatiſque,ac toto eo, qđ in dicto teſtamento, ac vltima voluntate diſponitur inſtituit hæredem vniuerſalem Sereniſſimam D. Iſabellam Modenę Principem fecitque pro eius teſtamenti executione plures executores, ſiue teſtamentarios.

Habita facti enarratione, Prima, quæ inſurgit difficultas eſt, quod dato, quod teſtamentũ ſit voluntate perfectum, cum tamen deficiant ſolemnitates, & alia requiſita *in l.hac cõſultiſſima.in prin.& in §.per nuncupationẽ & l.ſi vnus.C. de teſtam.* Teſtamentum ipſum ſit nullũ,& inualidũ,neq; enim inter liberos teſtatũ Sereniſſimum Principem dici poterit cum liberos non habuerit, & ſororem hæredem extraneam inſtituerit.

Secunda, quæ obijcitur nullitas,quod dato, quod teſtamentũ non peccet in forma, ac ſolemnitate, nullitatem tamen effugere minime poſſe: Princeps enim ſub patria poteſtate conſtitutus nullũ quidem Eulogium, ſeu teſtamẽtũ condere poterat, *ad tex.in l.filiusfamilias,& l.ſenium in fi.C.qui teſta. fac. poſſ.*

Tertia nullitas, qua corruere dicunt Principis Eulogium deſumitur ex pręteritione in ipſo Eulogio facta Sereniſſimi Ducis Sabaudię Patris: non enim legitur à filio inſtitutus ſaltem in legitima, *ad text. in §. aliud quoq; capitulum. col.8.auth.vt cum de appell.cognoſcatur,& auth. de triente, & ſemiſſe, in princ. verſ.hæc obſeruando*. Quo teſtamento vti nullo, & inualido corruente, corruere etiã legata in eo deſcripta authumant, *ad tex. in l.ex teſtamento, C.de fideicommiſſ.*

Quartò,& vltimò dicunt, qđ dato,quod valeret teſtamentum, aut legata in eo deſcripta,potuiſſetq; Sereniſſimus Princeps Emanuel teſtari,non tamen de aureis, ſiue ducatis 49.millium teſtari potuiſſe,cum ducati prædicti ex pacto,

Digitized by Google

ćto, ſeu vinculo in donatione ab ipſo Duce facta filio ad dictũ Ducem, eiuſuè Coronam reuerti deberent.

Sed his, & alijs non obſtantibus conſtanter affirmo validum Principis Eulogium validãq; eius diſpoſitionem, vt ex infra dicẽdis manifeſtius apparebit. Et quò ad primam difficultatem dico primo illam non obſtare, cum Sereniſſimus Princeps fuerit teſtatus tempore horribilis, ac magnæ peſtis, vt res eſt notoria, & dicunt teſtes iam recepti, & examinati.

129 At † in teſtamento tempore peſtis condito non requiri illam iuris ciuilis ſolemnitatem dixerunt *Bald. Ang. Caſtr. Jmol. & cõiter DD. in l. fi. C. de teſtam. milit. Jo. de Amic. conſ. 39. n. 6. Dec. conſ. 284. viſo punćto. vol. 2.* vbi probat ratione, lege, & auctoritate *Decian. conſ. 68. lib. 4. n. 11. & 37.* vbi quod remittitur omnis ſolẽnitas numeri teſtium. communẽ dicit *Pariſ. vulg. conſ. 33. n. 25. lib. 2. Spino de teſtam. 3. p. rubr. nu. 6.*

130 Et quod in terris † Imperij tẽpore magnæ peſtis valeat teſtamẽtum cum quinq; teſtibus factum *per tex. in l. fi. C. de teſtam. dixit Bald. conſ. 87. in 4. Rip. de priuileg. vltim. volunt. cauſ. peſtis. c. 2. n. 12. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 24. n. 4. Boer. dec. 228 Vrſill. ad Affl. dec. 25. n. 8. late Rolãd. conſ. 81. Ant. Faber in Cod. lib. 6. tit. 5 de teſtam. def. 2. n. 6. & 17. & defin. 5. & defin. 26. n. 1. Gama dec. 81. & dec. 210.* In hãc ſententiã inclinat *Clar. in §. teſtamentum. q. 56. n. 3. in fi. latè poſt infinitos Theſaur. dec. 180 n. 1.* vbi ita refert deciſum, prout etiam *Put. dec 372. lib. 1.* poſt ferè omnes Gallus *in tract. de excep. quæ oriri poſſunt in ſucceſſ. except. 3. tit. 2. Ludouic. de teſtam. concl. 12. in 4. fallẽtia.*

131 Et pro † validitate teſtamenti tempore peſtis facti cum minori numero teſtium, quam quinq; refert deciſum additio ad *Theſaur. d. dec. 180.* Et cum tribus tantùm teſtibus refert deciſum *Gama dec. 81. quem ſequitur Cabed. deciſ. 170. num. 1.*

Ex eo enim de iure ciuili requiruntur ſeptem teſtes in teſtamento, vt excludatur fraus, quæ cum minori teſtium numero committi poſſet, eademque eſt ratio de iure Canonico, vt per *Abb.* & cæteros Canoniſtas *in c. cum omnes. de teſtam.* At in hoc caſu certi ſumus nullam adeſſe fraudem, cum iam ſit probatum per quinq; teſtes fide dignos teſtamentum à prima vſq; ad vltimam lineam fuiſſe lectum coram dicto Principe, qui diſpoſitionem ſibi lectam approbauit mutata tantum diſpoſitione erectionis Collegij de Ciuitate Quier in Villa Onellæ, Vnde nil dubium quod dictum Eulogium magna graſſante peſte confectum, & ſi peccet in forma ſolẽnitatis, ſit tamen omni iure validum ex his, quę dicunt *Io. de Amic. d. conſ. 39. n. 11. Pariſ. conſ. 33. n. 37 & ſeq.* Et cæteri DD. ſupra citati. Et hæc opinio adeò eſt vera, vt plu-

Digitized by Google

plures ex Doct. ſint arbitrati, ac
132 voluerint duos † tantũ teſtes ſufficere ad valorem teſtamenti tempore peſtis confecti. *per c. cum eſſes de teſtam.* vbi ita velle videtur *Barbat. col.* 8. *Port. inſtit. de teſtam. milit. §. 1. cum quibus tranſit Rip. d. c. 2. n. 12. Guid. Pap. q. 543. Andr. Gaill. obſer. 118. n. 18.* vbi ita in Camera Imperiali iudicatum teſtatur *Miſing. obſer. 95. cent. 1. nu. 5. latè Boer. dec. 218. n. 11. Alex. in l. ſcriniarios. n. 7. C. de teſtam.*

Porrò ſolertiſſimus Princeps nullis voluit acquieſcere conſilijs fugiendi luem, ac peſtiferum deſerendi locum, & alibi migrandi. Sed ne Vrbs Panormi ſuo deſtituta gubernio in peius rueret, & laberetur, peſtilenti in loco ſiſtere decreuit, quo facilius, & Rempubl. tueri, & melius infirmis, & egenis ſubuenire poſſet: vnde meritò priuilegium teſtandi coram duobus tantum teſtibus habere debet; cum minus iſti militent in bello Dei, quàm milites armatæ militæ in bello hominum. Ita poſt *Alex. & Iaſ. in l. fi. C. de teſtam.* dixit *Rip. de priuileg. vltim. volunt. cauſſ. peſtis, c. 2. n. 14. Ant. Faber. lib. 6. tit. 5. in eod. defin. 5. Madalena in tract. de numer. teſt. ĩ teſtam. requiſ. c. 20. Frãc. Stephan. dec. 19. n. 4. in fi.* Nec peſtis tempore rogati teſtes in teſtamẽto eſſe debent, ſed ſufficit, quod ſint ſpontanei, & non rogati. Ita *Port. inſtit. de teſtam. milit. n. 14. in prin. Gama dec. 210. in fi.*

Dico ſecũdo nos verſari in teſtamento militis. Cùm enim Sereniſſimus Princeps Emanuel Philibertus fuerit magnus Prior Caſtellæ, totiuſue Maris Capitaneus Generalis tum Siciliæ aſſiſtens ꝑ Regni defenſione contra Turcas, & hoſtiũ inuaſione potuit omiſſa iuris ſolemnitate cũ quinque, aut minori teſtium numero ex militari priuilegio ſuum condere te-
133 ſtamentum. Quoquomodo †. n. milites teſtati fuerint ratam eſſe eorum voluntatem dixit *Vlpian. in l. 1. ff. de milit. teſtam. ac Diuus Antoninus in l. 3. C. eod. tex. eſt in l. ſi à fratre, C. eod. tit.* & inibi omnes ſcribentes communiter *Rip. de peſt. c. 2. n. 15. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1. nu. 18. Gall. in tract. de except. quæ oriri poſſunt in ſucceſſ. tit. 2. except. 3. n. 2.*

Nec obſtat, quod milites habeant priuilegiũ teſtandi iure militari in ipſa belli expeditione, aut in Caſtris, *ex tex. in l. milites, & melius in l. ne quidam putarent. C. de teſtam. milit. ibi Sancimus ijs ſolis, qui in expeditionibus occupati ſunt memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium*, vbi cõmuniter ſcribẽtes Nam ex *Bellamer. in ſuo magiſtrali conſ. 42. n. 16.*
134 † quandoq; miles teſtatur in bello, ſeu conflictu, & tunc ſufficit quoquomodo de rebus ſuis diſponat cum ſcriptura, vel ſine, cum teſtibus, vel ſine, quia tunc periculo mortis ſuccumbit, ideo omnis ſolemnitas ſibi remittitur. *d. l. milites, C. de teſtam. milit.* dum tamẽ

ali-

aliqualiter conſtet. *d. l. Lucius, ff. de milit. teſtam.* Quandoq; teſtatur non in bello, ſed in caſtris, vel in tentorio, vel in militia, antequam domum redeat, & tunc ſufficit cũ duobus teſtibus etiam non rogatis, ſed ad hoc conuocatis, & ſine ſolemnitate alia, vt notatur *in d. l. milites, & in l. pen. & in l. 1. ff. eod. & inſtit. de teſtam. milit. in prin. & ∫. 2.* Quandoque teſtatur in domo reuertens, & tunc iure communi habet teſtari. Sereniſſimus autẽ Princeps adhuc erat in militia, quia licet non in conflictu, aderat tamẽ Panormi vti Maris Generalis Capitaneus, & iuſſu Suæ Catholicæ Maieſtatis, ſine cuius ordine non poterat diſcedere, nec liberè ad domum redire, & ſic illi militare priuilegium competit in teſtando ſaltem iuxta ſecundum diſtinctionis modum, quod priuilegiũ durabat donec fuerat domum reuerſus. *ff. ex quib. cauſ. maior. l. & hoſtibus, ∫. ſed quod ſimpliciter*; prout in ſimili conſuluit *Bellamer. d. conſ. 42. n. 16. quem ſequitur Taſch. verbo teſtamentum concl. 119. n. 4.* Hinc dixit *Valaſc. conſult. 104. nu. 15.* Qd dictum illud, quod priuilegium circa actum teſtandi non concedi tur militi exiſtenti citra bellicam expeditionẽ, ſeu caſtra debet intelligi, ſi miles ibidẽ moretur pp ſua priuata negotia ſecus ſi ex iuſſu Reipublicæ, ſeu ducis, quia tunc priuilegijs militaribus vtitur ſecundum *Paul. Caſtr. conſ. 414. col. 2. lib. 2. quem ibi citat Valaſc.*

Et adeò ſunt pinguia militum priuilegia in ſuis condendis Eulogijs, vt ſi miles deſtinaſſet communi iure teſtari, ſi ante mortuus ſit, quàm illud conderet iure communi nõ videtur militari renuntiaſſe beneficio, nec credendus eſt qſquam genus teſtandi eligere ad impugnanda ſua iudicia, ſed magis vtroque genere voluiſſe teſtari propter fortuitos caſus, *per tex. in l. ſi milites, ff. de milit. teſtam.* vbi notant omnes DD. *Mantic. vbi ſupra n. 28. pulchre Bellamer. conſ. 42. n. 17.* In militis namque teſtamento intelligitur clauſula (ſi nõn valet iure communi, valeat iure militari. *Honded. conſ. 71. n. 2. lib. 1.* Hinc milites ne decedant inteſtati, qđ poſſint teſtari cum duobus teſtibus etiam non rogatis *dixit Bart. in l. ſi milites, C. de teſtam. milit. & in l. neque n. 3. ff. eod. tit. Bald. in l. milites, n. 1. C. de teſtam. milit. Jo. de Amic. d. conſ. 39. nu. 1. Bellamer. d. conſ. 42. num. 16.*

135 Nec obſtant † *l. diuus, ff. de teſta. milit. & ∫. plane. inſtit. de milit. teſtam.* Nam ex dictis iuribus ſolum colligitur debere adeſſe teſtes in militis teſtamento ad hoc, vt conſtet de volũtate teſtatoris, vt poſt *Corn. dixit Virgil. in d. ∫. planè pulchrè Ferdin. Vaſch. de ſucceſſ. creat. ∫. 12. nu. 44. & 45. lib. 2. quẽ citat Valaſch. conſult. 104. n. 19. & 20.*

Nec minus obſtare poterit aliud obiectum ex quo namq; Sereniſſimus Princeps voluit ſuum vltimum teſtamentum propria ſub-

ſcriptio-

136 ſcriptione,† ac proprio muniri ſigillo illud nõ ſolum ratione ſoléni tatis,ſed ét volũtatis dicaẽ imperfectum,& conſequenter fore nullum,& inualidum,nã vltra, quod Principis teſtamentum nõ peccat in volũtate,nihilominus dicit *tex. in l.miles,ff. de milit.teſtam.* quod ſi miles teſtamentum imperfectum relinquat, ſcriptura quæ præferẽ perfecti teſtamenti obtinet poteſtatem, cũ militis eulogium ſolaperficiaẽ voluntate, & melius ad caſum noſtrnm,*l. Lucius,ff.eod. vbi Paul. Iuriſconſultus in hęc cauit verba Lucius Titius miles Notario ſuo teſtamentũ ſcribendũ notis dictauit,& antequã literis præſcriberetur vita defunctus eſt. Quæro an hæc dictatio valere poſſit? Reſponderi militibus quo quomodo velint, & quo quomodo poſſint teſtamenta facere cõceſſum eſt, ita tamẽ, vt hoc ſubſecutum eſſe legitimis probationibus oſtendetur*. Hæc Paulus. Ex quo textu apertè patet validum Principis teſtamentum quamuis non fuerit ſubſcriptione, ac ſigillo munitum, neq; ex hac voluntate imperfectum dici poſſe, ſi ſaltẽ duobus teſtibus, quę fuerit Principis volũtas circa Eulogij diſpoſitionem probetur.

Demum Sereniſſimus Princeps Emanuel erat Princeps Onellę cũ mero & mixto imperio, ac oĩmoda iuriſdictione, vnde teſtamentũ factum ab eo, etſi ſuperiorem co-
137 gnoſcat,qđ ſit† validus q̃uis peccet in ſolemnitate. dixit poſt infinitos. *Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 39.* & ibi dicit, qđ Frãciſcus de Piſis in teſtamento, qđ fecit quidã de Vrſinis in quodã Caſtro, in quo habębat merum & mixtum Imperium cõſuluit valere, ac ſi eſſet apud ſuperiorẽ inſinuatum, quod dictũ ſequiẽ *Alex. in l. oĩum C. de teſtam. & cõſ. 157. n. 8 in 2. ſequitur Gallus in tract. de except. in ſucceſ. tã ab inteſt. quã ex teſtam tit. 2. except. 5. n. 2.* vbi Principum teſtamẽta quoquomodò facta ſuſtineri tradit, quibus adde inueteratã cõſuetudinem infantium Caſtellę circa ſua cõdenda teſtamenta etenim abſq; teſtibus,& Notario ſua condunt eulogia tm̃ vnius Secretarij ſcriptura cõtenti, eorũue ſubſcriptione, quę hic deficit, cum fuerit Sereniſſimus Princeps morte præuentus, ſed iam completa,& coram teſtibus patefacta vltima eius voluntate.

Nec obſtabit ſi poſtremò obijciaẽ Principis eulogium probari
138 teſtibus legatarijs.† & ſic intereſſatis deponentibus in cauſa ꝓpria contra *tex. in l. nullũ, ff. de teſtib.* nã dico legatarios in cauſa teſtamenti idoneos eſſe teſtes, quãuis ſint intereſſati, *l. dictãtibus, C. de teſtam. l. qui teſtamenta, ff. eod. & §. legatarij, inſtit. de teſtam.* vbi DD. cõiter *Tiraq. in tract. res inter alios acta. nu. 6. Abb. in c. nuper. de teſtib. Affl. dec. 400 n. 3.* & plures alii apud *Farin. de teſtib. q. 60. nu. 287.* Dico ſecundo duos ex quinq; teſtibus minimè legatarios, aut intereſſatos eſſe, ſed teſtes omni exceptione maiores,

Digitized by Google

res, & hi ſunt Illuſtriſs. Don Ferdinandus Mattute Conſultor, & Reuerendiſs. frater Dominicus de lo Rejes Confeſſor, qui nec etiam dę familia ipſius Principis dici poterit, & quamuis illi vſus aliquorum librorum fuerit legatus, nihilominus legatum acquiritur monaſterio cui omnia acquirit Monachus, & ſic in hoc, & in alio teſtamento, in quo fuerit legatum, ſeu facta donatio Monaſterio ſunt Monachi, fratresq; mendicantes idonei teſtes. *c. inſuper. extr. de teſtib.* & ita voluerunt *gloſſ. in §. cogitandum verbo teſtes. in auth. de Monachis ſpecul. in tit. de teſtib. §. 1. verſ. quid de monacho. Jo. Andr. ibi in add. Bart. in l. in tantum. §. vniuerſitati circa fi ff. de rer. diuiſ.* Et in ſua minorica *Bald. per text. ibi in c. nuper. de teſtib. poſt infinitos Viu. lib. 2. opin. 284. latiſſimè Farin. de teſtib. q. 60. n. 463. & ſeq.* Quorum duorum teſtium dicto ſat probari teſtamentum Sereniſſimi Principis Filiberti, aut tempore peſtis, aut iure militari teſtantis abundè ſuperius diximus. Vltra quod ex dicto horum teſtiũ ſuppletur fides aliorum teſtium. Sic communiter tradunt DD. omnes *in l. ſi quis ex argentarijs verſ quid enim ff de edẽd. Io. de Amic. conſ 119. n. 13. & 120. n. 9. & ſeq. Gabr. de teſtib. lib. 1. concl. 5. n. 1. Maſcard. de probat. lib. 3. cõcl. 1359. nu. 13. late Laratha conſ. 116. n. 20. & 21.*

Deficere ſecundo loco Principis Sereniſſimi teſtamentũ, & nullum eſſe dicunt vti à filio ſub patria poteſtate cõfectum dato, q̃d Prĩceps ipſe de bonis ad eum pleno iure ſpectãtibus fuerit teſtatus ſed toto q̃dẽ cęlo aberrant. Cum iã dudũ Princeps Emanuel patria fuerit ſolutus poteſtate, & conſequẽter validũ, & firmũ ei⁹ elogiũ.

Primus ex lõge ſeorſum à patre cohabitatione degens nãq; Sereniſſimus Emanuel Philibertus in Hiſpania ac ſe ꝓ emãcipato gerẽs multos faciẽdo actus, q̃ nõ niſi ab emãcipatis fieri ſolent patriã p̃ſumiť libertatem pręſcripſiſſe. dicit enim *Bal. in l. 2. n. 5. C. ſi aduerſ. rem*
139 *iud.* q̃d ſi aliq̃s † pro patrefamilias & emancipato ſe gerat ſpatic decennij valeant exinde actus ab eo geſti, & *Baldũ approbat Alex. in l. eſt receptũ. ad fi. laſ. ibi n. 10. ff. de iuriſd. om. iud. Alex. cõſ. 135. n. 12. lib. 4. Aff. Alciat. Cephal. & alij*, quos citat, & ſequiť *Morot. cõſ. 52. nu. 25. Gall. de except. tit. 1. except. 2. n. 28. & ſeq. p. 2. latè Menoch. lib. 6. præſump. 55. n. 27. & 28.* vbi idem dicit quando quis eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris ob multos actus à ſe tanquam patrefamilia geſtos, & ſi longum tempus non ſit decurſum, *per text. in l. 3. ff. ad ſenatuſc. Macedon.* vbi paterfamilias ille præſumiť, qui cõi opinione ita habitus eſt, ob id, q̃d ſe pro tali gerebat. *Neguſ. in ſilua reſponſ. q. 220. n 8. & q. 537. n. 10. Cephal. conſ. 687. n. 23. & 24.*

Secundus arguiť emãcipatio, ex quo Sereniſſimus Dux Sabaudiæ pater in vita per donationẽ filijs

Digitized by Google

bona diuiſerit,& cum amplis, &
prægnantibus clauſulis ad haben
dum, alienandum: etc. aſſigna-
uerit. Ex hoc enim nihil aliud cre
dit, niſi qđ Princeps Emanuel Fi-
libertus fuerit emãcipatus, & illã
140 fuiſſe donationem † in pręmium
emancipationis, de qua *text. eſt in*
l. cũ oportet. §. cũ autem, C. de bon. quæ
liber. l. fi. circa fi. C. de emancip. liberor.
prout ita ad inducendã emancipa
tionem argumentatur *Cephal. conſ.*
687. à n. 10. & ſeq. to. 5.

At non eſt opus recurrere ad cõ
iecturas, qñ clara ſunt libertatis,
& emãcipationis ſigna, & manife-
ſtè cõſtat filiũ ſui iuris eſſe. Porrò
Sereniſſimus Princeps Emanuel
tũ vti maris Gñalis Capitaneus, &
Præfectus, tũ ẽt vti Regni Siciliæ
Prorex illico patria fuit ſolutus li
141 bertate. Tãtæ enim dignitatis cul
men filium eximit à viribus pa-
triæ poteſtatis. *tex. in auth. conſtitu*
tio, quæ. de dignitatib. §. ppea igitur,
ibi, *Et ſi quos nos per vniuerſas diæ-*
ceſes glorioſiſſimos Præfectos ſacrorũ
noſtrorũ Prætoriorũ inſtituamus, ecce
Proregis dignitas; & ibi, *aut ĩ quo-*
libet magiſterio militari hos repente ſuę
poteſtatis fieri, Ecce Generalis Pre-
fecti maris officiũ: ſanè Prorex, q
Regis vices gerit in Regno, & ea
facit oĩa, quæ Rex ipſe facere poſ-
ſet, Præfecto Prętorio, ſeu Pręſidi
Prouinciæ aſſimilaẽ, in eiuſue lo-
cum ſucceſſit magna quidẽ digni
tas, quę filium efficit ſui iuris, ſta-
timq; reddit emãcipatum. *ex tex.*
ſupracit. vbi Doct. dicitq; ibi *Gloſſ.*
quòd q alij iubet nõ dẽt alijs ſub-
142 eſſe; verum quod Prorex † Præfe-
cto Prætorio, ſeu Præſidi prouin-
ciæ aſſimiletur. *ad tex. in l. vnica, ff.*
de offic. Præfect. Prætor. & l. vnica, C.
de ſent. Præfect. Præt. dixit Spec. in tit.
de legat. §. 4. verſ. ſed per quẽ abſoluen
tur. Decian. cõſ. 23. n. 67. lib. 1. & plũ
res alij, quos citat, & ſequiẽ *Sicu-*
lus noſter Maſtrill. in ſuo tract. de Ma
giſtratib. to. 2. lib. 5. c. 6. nu. 4. 18. 22.
& 23. fol. mihi 145. & lib. 6. c. 1. n. 19
fol. 234. vbi quod in locum Præfe
cti Prætorio ſit in Regno ſubroga
tus Excell. Prorex *ex Foller. in conſt.*
Capitaneorum. n. 158. Et quod Re-
gis Conſiliarius liberetur à patria
poteſtate dixit *Mendeſ. de Caſtro*
in l. cum oportet. n. 37. p. 1.

Demum tertio loco nullum, &
irritum dicunt eulogium ex defe-
ctu præteritionis paternæ, præte-
ritum, namq; aſſeuerant Sereniſſi-
mum Ducem Sabaudię in Princi-
pis Emanuelis filij teſtamẽto, ſed
nec iſtam quidẽ nullitatẽ patiun-
tur extremæ Sereniſſimi Principis
Emanuelis tabulæ, vt clarè ex in-
fra dicendis oſtendiẽ: Porrò ſi mi
les in teſtamento non teneẽ filiũ
inſtituere, vel exhęredare, dum tñ
id faciat ſcienter. *ex l. qui iure. & l.*
miles, §. miles, ff. de milit. teſta. & C.
eod. l. ſi cum, vel in vtero. & l. ſicut cer
ti. vbi Doct. & Bar. in l. neque, n. 3. ff.
de milit. teſtam. Multò magis Sere-
niſſimus Princeps miles, & milita
ri iure teſtando patrem potuit p̄-
terire. *Andr. de Georg. alleg. 27. n. 17*
143 Cęterum quod militum teſtamen

ta

ta, non ſubiaceant querelę inoffi- cioſi etiã ſi ſuos exhęredent paren tes, vel filios. *ex l.fi.C.de inoffic.teſta.* vbi DD.dixit *Valaſq.conſult.*108 *n.* 2.Inſuper apparet ex ipſomet teſtamento Principem Philibertum pluries,atq; pluries Sereniſſimum Carolũ patrem vocaſſe,quippe q illum nominauit in patronum Eccleſiæ S.Iacinthi ordinis S.Dominici Villę Madrilejos. Tum etiam reliqt aliud ius patronatus Collegij ex eius diſpoſitione erigendi ĩ Villa Onellæ. Quæ iura patronatus attentis tot redditibus,& expenſis ꝑ eorum erectione fiendis quodãmodo pretio ęſtimabilia vident per ea, q̃ pulchrè dicit *Gama dec.*308.*n.*17. ꝑut etiã multa alia non parui valoris iocalia apparet legaſſe,q̃ licet nõ ſint deſcripta in teſtamento in quadã tñ liſta, ſeu ſchedula penes ipſum Secretariũ
144 notata cõtinent. Et ſic ſufficit ad validitatẽ teſtamenti,vt patri aliquid filius relinquat, & ſi nõ iure inſtitutionis, cum pater tali caſu nõ poſſit dici ꝑteritus.Ita *Bart. in auth.nouiſſima.C.de ĩ offi.teſta.* & *in l. ſiue,* §.*excluditur,ff.de iur.patr.Gratia.diſcept.*702.*nu.*4.*lib.*4.*Franc.de Pont.cõſ.*66.*n.*3. vbi qđ id, qđ eſt correctũ in deſcẽdentibus,vt req-
145 rat titulus honorabilis inſtõnis ꝑ ius nouiſſimum authenticorũ nõ reperit correctum in aſcendentibus. *Iaſ.in d.auth. n.*27. *Coraſ.in l. filium,quẽ habentẽ, n.*82. *C.famil.erciſc.* & *Arias in l.* 4. *Taur.* 9. Hinc dicit *Glo.in l.ſcimus* §.*cũ aũt.in verbo celebrari.C.de inoffic.teſta.* qđ ſufficit ſi filio legitima relĩquat quocumq; titulo,& hoc de iure Codicis *l.oĩmodò.C.de inoffi.teſta.* vbi DD. idq; etiã de iure canonico *Hoſtiẽſ.* & *Abb.in c.Rainutius.de teſta. Bal.ĩ l.fi.C.famil.erciſc.Ruy cõſ.* 11.*n.* 2.*lib.* 2.*Alex.in l.cętera.nu.* 6.*ff.de liber.* & *poſthu.* & *cõſ.*17.*in fi.vol.*3. vbi qđ non violando literã *d.c.Raynutius.* hic intellectus ad illum textũ hẽt magnã æquitatem Canonicã.Idẽ *Alex.conſ.*168.*n.*11.*verſ.præterea.et conſ.*176.*verſ.põt ẽt reſponderi.* Et
146 quod pater poſſit peteret ſupplementum legitimæ, ſi tota integra non fuerit ꝑ filios illi relicta.*Gloſ. In d.l.oĩmodo,C.de inoffic.teſtam.verſ. alijs quoq; perſonis.* vbi DD. & de vera,& cõi opin.teſtatur *Vaſqu.de ſucceſſ.creat.* §.30.*nu.*85.*Gall.de except.tit.*3.*p.*2.*except.*15.*nu.*8. *Surd. conſ.*388.*nu.*22.*Craß.in* §.*legitima. quæſt.* 34.

Quicqd.n.capitur per viã vltimę voluntatis de patrimonio teſtatoris eſt imputãdum,ſiue ſit relictum titulo legati,ſiue alio quocũq; titulo *Gratia.lib.*3 *diſcep.*448 *nume.* 12. vbi loquitur in legato facto à filio matri, dicitque illud eſſe imputandum in legitimam à filio debitam : *per text. in l.pen.ff.de bon.libertor.* & *Bart.in l. in quartã n.*10 *ad leg.Falc.* vbi ait imputari quocumq; titulo datum ſit ĩſtitutionis,vel in vim modi,vel le-
147 gati. Qđ autẽ in legitimę cõpenſationẽ cẽſeat factum legatum dixit poſt alios *Surd.cõſ.*388.*nu.*20. *lib.*3.*Menoc.conſ.*206.*nu.*86.*lib.*3. *Mareſcott.lib.*2.*variar.c.*86.*n.*7.

Digitized by Google

Tandē teſtator voluit ſcripturā valere pro teſtamento, & prout magis neceſſe foret, ac ſi corā Notario eſſet facta cum oībus clauſulis de iure diſpoſitis, & ſic cenſeē
148 appoſita clauſula † oī meliori modo. quæ teſtm̄ ſubſtinet, ne corruat vitio inſtitutionis, vel exhæredationis. *Bal. in l. quoties. col. 2. C. de hared. inſt.* Et eū ſecuti ſunt *Mātic. lib. 3. de coniect. vltimar. volūt. c.* 14 *n.* 11. *Rim. iun. conſ.* 116. *n.* 51. *Pereg. de fideic. ar.* 36. *n.* 56. *Dilect. de art. teſtan. tit.* 3. *caut.* 1. *n.* 6. *Sim. de Prat. vlt. volunt. lib.* 2. *n.* 18. *Vaſqu. de ſucceſſ. creat.* §. 20. *n.* 247. *Craſſ. in* §. *teſtamentū. q.* 35. *n.* 8. & *q.* 50. *n.* 2. poſt infinitos *Bertaz. cōſ.* 64 *n.* 1. *lib.* 1. *ciuilium. Luccard. conſ.* 41. *n.* 8. in noſtris terminis *Gratia. diſcep.* 702. *n.* 8 *lib.* 4. *Mar. Anguiſſ. conſ.* 19. *n.* 3. *Marta de ſucceſ. legal. p.* 1. *q.* 25. *art.* 1. *n.* 14. *Griuell. dec. Senat. Dolan.* 28. *nu.* 2. 3. 5. 22. 24. & 26. & *dec.* 126. *nu.* 24. *Hond. conſ.* 28. *nu.* 27. *lib.* 1. *latè Surd. dec.* 293. *n.* 9. & 10. *Ludo. dec. Peruſ.* 117. *n.* 9. *p.* 2. Et pariter cenſeatur
149 appoſita clauſula † codicillaris, q̄ operaē, vt prǫteritus cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem hęredi ſcripto in tali teſtamento *l. quia aūt. in prin. ff ſi omiſſa cauſa teſta. l. ex ea ſcriptura*, §. 1. *ff. de teſtam. l. ex teſtamento* *C. de fideicom. Alex. cōſ.* 29. *n.* 5. *lib.* 1. *Rolan. conſ.* 71. *n.* 57. *lib.* 2. *cōem dicit Clar. in* §. *teſtamentū. q.* 46. *n.* 1 *Burſat. conſ.* 92. *n.* 4. *lib.* 1. poſt infinitos cōem, & magis cōem dicit *Intrigl. dec.* 11. *n.* 15. in noſtris terminis *Gabr. cōſ.* 45. *n.* 21. *lib.* 2. *Paſchal. de patr. pot. p.* 2. *c.* 4. *nu.* 36. *Marta de ſucceſſ. legal. p.* 1. *q.* 25. *tit.* 1. *nu.* 16. & *q.* 26. *art.* 4. *n.* 2. *latè Farin. dec. Rot. Rom. p.* 1. *to.* 2. *dec.* 568. *nu.* 3. *Gall. de except. tit.* 3. *except.* 11. *p.* 2. *nu.* 71. & 72. & *titu.* 1. *except.* 5. *nu.* 6. *p.* 3. *latè Surd. dec.* 293. *nu.* 11. *Mandell. conſ.* 656. *n.* 3. *tom.* 4.

Demum quo legatum factū ma
150 tri p verbum lego † ſubſtineaē in vim inſtitutionis, vt teſtm̄ valeat ſaluo iure agendi ad ſupplementū legitimę ēt ſi nō adſit clauſula oī meliori modo: refert deciſum *Theſaur. dec.* 58. *vbi addit.* quem ſequiē *Griuell. d. dec.* 28. *n.* 26. multomagis ergo ſubſtinebiē in hoc caſu, quo voluit teſtator ſuum teſtamētum valere omni meliori modo.

Cęterum dato, minimeq; cōceſſo, quod teſtm̄ Sereniſſimi Principis Onellæ ex cauſa pteritionis Sereniſſimi Ducis Sabaudię patris, ſit nullū & corruat. non ob id lega
151 ta in eo facta legatarijs auferri, ſed oīa deberi probat *tex.* in terminis *in auth. ex cauſa, C. de liber. præter. Ex cauſa inquit tex. exhæredationis, vel præteritionis irritū eſſe teſtamentum, quantum ad inſtitutiones; cętera nāq; firma permanent*, & ibi cōiter DD. nemine diſcrepante. & *in l. filio p̄terito. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Pariſ. cōſ.* 60. *n.* 36. *lib.* 2. *Decia. conſ.* 46. *n.* 51 *lib.* 2. *Clar. in* §. *teſtamentū. q.* 52. *n.* 1. & *q.* 54. *in prin. Gall. obſer.* 113. *n.* 1. *lib.* 2. refert deciſum in nr̄is terminis *Griuell. dec. Senat. Dolan.* 126. *n.* 50. *Ant. Faber. in Cod. lib.* 6. *tit.* 59. *de codicill. defin.* 9. *poſt alios Craſſ. lib.* 1. *ſnīar.* §. *legatū. q.* 67. *n.* 2. *ver. ſed q̄ro.*

Non obſtat *tex. in l ex teſtamento.*

Digitized by Google

to, C. de fideic. nam loquitur ſtante nullitate teſtamenti, & ex alia cauſa, q̃ præteritionis, aut exhæredationis. Teſtamentũ aũt Sereniſs. Principis in nihilo peccare, ſed de iure vndequaq; validũ, ac firmũ abundè ſupra diximus.

Diſcuſſa iã validitate teſtamenti, habitoq; p conſtanti oĩa deberi legata ĩ eo deſcripta legatarijs; erit tandem vltimo loco firmandum potuiſſe Sereniſs. Principem de ducatis 49. mill. vti de bonis proprijs teſtari, & aſſertũ vinculũ nõ de prædictis ducatis 49. mill. ſed de Principatu Onellæ, alijſue iuribus, ac redditibus à Sereniſs. Duce donatis fore intelligendũ.

Etenim ducati pdicti 49. mill. non erant dicti Sereniſs. Ducis, q̃ in illis tantum habebat vſumfructum, ſed dominiũ eorum vti bonorum matris penes Sereniſſimũ Principem Filibertum, eiuſue fratres, & ſorores extabat. *iuxta tex. in l. 1. C. de bo. quæ liber.* vbi cõiter DD.

152 in tm̃, vt ab ipſo patre † bona materna filiorum alienari, aut donari non poſſint, aliàs poterunt à filijs vendicari. *per tex. in l. 1. & l. 2. C. de bon. mater.* vbi latè ſcribentes, etiã ſi alienatio fiat in fratres qđ grauius multis eſſe videtur dixit *tex. in d. l. cum oportet. & ibi DD. Menoch. conſ. 7. n. 3. & cõſ. 1 9 6. n. 2 5. & conſ. 2 7 9. n. 4. lib. 3. Natt. conſ. 2 1 4. to. 1. Oſaſc. dec. 9 4. n. 2 2. Affl. dec. 3 9 5. Pariſ. conſ. 1 9 7. n. 1 5. lib. 4. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 8. n. 6. & 1 1. Pinell. de bon. mater. 3. p. n. 1 8. & 3 4.* & ſic vinculum in ipſa donatione facta filio non potuit, nec cenſet̃ appoſitum à Sereniſs. Duce in iuribus, & redditibus maternis, quorum erat merus vſufructuarius. Et nõ dñus. Sed in alijs bonis & iurib. donatis. Et quatenus dicti redditus materni ſint in dicta donatione enunciati, talis enunciatio operatur tm̃ remiſſionem vſusfructus

153 † quem pater potuit filio donare, ſeu renunciare. *ad in ſum. C. de bo. quæ liber. col. 1. verſ. aduentitiũ. Bart. Bal. Caſtrenſ. & alij in l. cũ oportet. §. nõ aũt. C. eod. tit. poſt alios Surd. cõſ. 1 1 6 n. 8 3. in 1. & cõſ. 2 5 9. n. 1 6. lib. 2. Io. Philipp. conſ. 8 4. & paſſim alij.*

Prout hęc fuit vera mens cõtrahentium tum ipſius Sereniſs. Ducis Sabaudiæ, ac eius filiorum filiarumue donatiorum, tum etiam Sereniſs. Principis Emanuelis donatarij, & Io. Michaelis Crotti Secretarij, & Notarii Sereniſs. Ducis, qui donationem ipſam ſtipu-

154 lauit. Quę mens † cõtrahentium venit attendenda, & nõ verba cõtractus, quatenus contrarium ſonarent. *tex. in l. fi. C. q̃ res pign. oblig. poſſ. latè Iaſ. in l. ſi q̃s filiũ. C. de liber. pter. Caſtrenſ. conſ. 1 4 8. in princ. lib. 1. Bec. conſ. 1 4. n. 2 8.* Conuẽtiones. n. potius ſunt interpretãdę ex mente, q̃ ex forma verborum. *Becc. in conſ. 9 4. n. 7. & 1 2. lib. 1. Grinell. dec. 1 5. n. 2. Coccin. dec. 4 8. n. 1 0. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. titu. 1 7. n. 4 1.* Quæ mens ex coniecturis, & præſumptionibus colligi poteſt *Griuell. d. deciſ. 1 5. n. 3. Caſtrenſ.*

conſ.164.col.pen.verſ.nam ad hoc lib. 2.Mantic.d.tit.17.n.39.

Quod autẽ mens Sereniſs. Ducis Sabaudiæ fuerit ſolum apponere vinculum in Prĩcipatu Onellæ, & aliis bonis, ac iuribus donatis, & non in ducatis 49.mill. bonorum maternorum, quorum nõ erat dñus patet primo, ex quo nõ adeſt in dicta donatione ab eo facta exp̃ſſa mentio, ac diſpoſitio, ſeu pactum, qđ mortuo Sereniſs. Prĩcipe dicti redditus materni redirent ad Ducẽ, aut eius Coronã, ꝓut fuit diſpoſitum, ac pactitatũ de Principatu Onelle, & alijs iuribus ſimul donatis, & in dubio eſt
155 iudicandũt contra fideicõmiſſum & quod bona ſint libere donata. *Crauet.conſ.180.& 208.Roland.cõſ.46.lib.3.Berrett.conſ.18.n.21.Menoc.conſ.81.n.50.in 1.latè Brunor.à Sole in ſuo cõpẽd. verbo fideicõmiſſũ. materia eſt odioſa. Burſat. conſ.1.nu.12.Paul. Leon.in tract.ſubſt.cõpẽd.n.295.Port. conſ.43.n.13.14.& ſeq.& alij paſſim.* Cum enim fideicõmiſſa ſint q̃d facti ꝓbanda ſunt, nec per coniecturas, & p̃ſumptiones, ſed clarè, & expreſſe: Tantum.n. voluit Dux ipſe, quod ex bonis à ſe donatis filio vnà cum vſufructu dictorum iurium maternorum renunciato haberet filius ſummam aureorum 40.mill. ſingulis annis.

Patet ſecundò ex pacto inito in dicta donatione, qđ mortuo Sereniſs. Principe, & ſuis abſq; filiis maſculis *li feudi, e ragioni ſopra cedute ritornino alla Corona.* Et infra *quod mortuò abſq; liberis tã maſculis, q̃ feminis,* poſſit diſponere *alle rendite ſudette ſino alla ſumma di ſcudi due mila d'oro annui, ò di tanto capitale, e non diſponendoni ritornino come ſopra alla Corona,* & ſic dicta verba *ritornino alla Corona,* veniunt intelligẽda de iuribus ab ipſo Sereniſs. Duce donatis cum ipſo Principatu Onellæ & non de aureis 49.mill. dotis materne, q cum ab ipſo Duce, & eius Corona nõ exierint, ad ipſum reuerti minimè dici poſſunt: natura
156 enim verbi (Reuertat̃) eſt iterum bona redire vnde exierunt. *tex. eſt in l. 1. in prin. ff. de donat. & C. de reuocan. donat. l. ſi vnq̃. & de inofficioſ. donat. l. ſi totas. & l. q ſqs; C. de om. agr. deſert. lib. 11.* vbi Doct. cõiter. Quibus iuribus clare oſtendit̃ ex propria vi, ac ſignificatione verbi, Reuertatur) eſſe, vt bona iterum illi⁹ patrimonio incorporentur à quo fuerunt ſeparata.

Colligitur tertio ex alijs verbis paulo infra in dicta donatione appoſitis ibi, *Perciò detta S.A. per ſe, e come ſopra hà ſeparato, ſmẽbrato, e diſunito, e per virtù del preſente iſtrumẽto ſepara, ſmẽbra, e diſuniſce li predetti feghi, beni, e ragioni ſopracedute, donate, e rimeſſe del demanio, & immediate ſuo dominio,* Et ſic ecce, quòd clare loquitur de iuribus eius demanij, ac dominij, & nõ de iurib⁹, ac redditibus maternis, q nõ erãt demanij, nec ſub ei⁹ dominio, ſed filiorũ. Et eſt ẽt aduertendũ, qđ dicit *li predetti luoghi, beni, e ragioni ſopracedute,* & ſic de illis bonis, ac iuribus

Digitized by Google

bus loquitur, quod ſint à ſe donata, ceſſa, & à ſuo demanio, ac dominio ſegregata, de quibus paulo ante dixerat, quod deberẽt reuer-
157 ti ad Coronã dictio enim (p̄dictis) refertur ad p̄cedentia, & ad oẽs ſupra nominatos *iuxta tex. in l. qui ex liberis, §. hac verba, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & reſoluta per Menoch. conſil. 348. nu. 41. latè Barboſ. de dictionib. dict. 232. n. 2. & paſſim alij.*

Colligitur quartò ex clauſula illa ĩ donatione appoſita, *& occorrẽdo, che detto Sereniſs. Principe, ò ſuoi ſudetti mancaſſero in qualſiuoglia tẽpo ſenza deſcendenti maſchi ſi è conuenuto, & accordato, che li feudi, e ragioni ſopra cedute ritornino alla Corona, & eſſendoui femine deſcendenti ſiano alimentate fino al ſuo matrimonio, e condecentemente dotate conforme al grado loro;* At ſi ducati 49. mill. ex vinculo vnà cum Principatu Onellæ, & alijs iuribus à Sereniſs. Duce donatis. In caſu mortis Sereniſsimi Principis Philiberti abſq; filiis maribꝰ ad Coronã reuerti deberent: Quęro ex quibuſnã bonis filię fęminæ dicti Sereniſs. Principis eſſent dotãdæ, & maxime iuxta gradum, & earum conditionẽ, cũ nulla extarent bona, pro competenti dote ipſarum? Quod ſignum eſt liberos fore ducatos 49. mill. & nulli vinculo ſubiectos, cum quibus filiæ fęminæ Sereniſs. Philiberti iuxta gradum nubere poſſent.

Et quod mẽs, & volũtas Sereniſs. Principis Mauritij Cardinalis, & ſororum donantium ratificãdo remiſſionẽ, ſeu ceſſionẽ à patre factã Principi Emanueli de ducatis 49. mill. fuerit libere, & abſq; vllo vinculo illi donare redditus p̄dictos maternos in ꝑpetuum ꝑ iure ad eos cõpetẽti, & cõpetituro manifeſte oſtendunt verba illa *ad hauer, tener, goder, e poſſeder, e farne per detto Sereniſſimo Prencipe Emanuel Filiberto quello, che à lui piacerà, ò parerà come di coſa propria cedẽdoli à tal effetto ogni ragione, & attione mera, miſta, & hypotecaria, ò qualſiuoglia altra à loro in qualſiuoglia modo cõpetente, ò che li poteſſe cõpetere.* Et infra *con poteſtà di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio,*
158 *ò volontà.* Quæ verba ꝗ. *Ad habendũ, tenendũ, poſſidendũ, & quicquid placuerit faciendũ devotant fuiſſe datũ plenũ, ac liberũ dominiũ, & quod libere quis de re poſſit diſponere, ac concedẽtẽ, ſeu donantem de reſtitutione non cogitaſſe. l. ſi quis vi. §. differentia ff. de acq. poſſ. Becc. conſ. 42. n. 8. & conſ. 88. n. 26. lib. 1. Oſaſch. conſ. 37. n. 25. & dec. 164. nu. 1. Grat. reſp. 7. num. 20. Roland. conſ. 61. num. 48. lib. 2. & conſil. 55. n. 42. 51. & 52. in 3. poſt alios Peregr. de fideic. art. 25. n. 42.* vbi ſtantibus verbis quicquid placuerit, aut videbitur dicit fuiſſe datũ non arbitrium tantum, ſed liberã voluntatem alienandi. *Surd. conſil. 10. n. 50. & 51. & conſ. 29. n. 9. lib. 1. Tuſch. in littera C, concluſ. 297. nu. 7.* Dicta enim clauſula facit, vt res alioquin non alienabilis alienari poſſit. *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres 8. q. ff. de verb. oblig. Becc. latè conſ. 88. nu. 11. & 24. latè Ruins*

*conſ.*18.*n.*9.*lib.*1. Donans enim cũ hac clauſula, qđ donatarius poſſit diſponere ſecundũ libitum voluntatis ſuæ nõ impedit pro libito diſponere *per l.cũ eſſent. §.per plurium. ff de ſeruit.ruſtic. præd.dixit Mar.Anguiſſ cõſ.*82.*n.*23. Et qđ clauſula ad habẽdũ tenendũ, &c. trãsferat in donatarium facultatẽ alienãdi bona donata ex his, q̃ ponunt DD. *in l.qui Roma, §.duo fratres.dixit Surd. cõſ.*450.*nu.*27.*lib.*3.*facit Guid.Pap. dec.*147.*n.*3. non.n. ſtãt iſta ſimul, quod in donatione adſit vinculũ, & donatario cõpetat facultas faciendi qcqd illi placuerit, aut videbitur, & ad ſuũ liberũ arbitriũ, & voluntatẽ vti de re propria di-

159 ſponendi. Hinc p clauſulã, † quod diuidentes poſſint de rebus diuiſis facere put voluerint quod cẽſeat inter eas remiſſum ius fideicõmiſſi dixit *Alex.cõſ.*62.*vol.*7.*Pariſ.cõſ.*46.*vol.*2. *& conſ.*71.*vol.*3.*Ruin. cõſ.*133.*vol.*6.*Gabr.tit.de fideic.cõcl.*1.*n.*29.*latè poſt alios Pereg.de fideic. art.*52.*n.*41.*verſ.cõtrariũ. Decia.cõſ.*3.*n.*243.*lib.*4.*latè Menoch.conſ.*87.*p tot.& conſ.*323.*à n.*1.*& ſeq.lib.*4.*& conſ.*157.*in fi.verſ.quò ad ſecundũ lib.*2. Prout ẽt per verba *ad habendũ, tenendũ, alienãdũ per Bertrãd.cõſ.*366.*vol.*1.*Pariſ.cõſ.*71.*vol.*3.*Curt. iun.conſ.*4.*n.*21. & plures alij, quos citat *Gabr.concl.*1.*n.*29.*de fideicom. Surd.cõſ.*213.*n.*8.*lib.*2.*Brun.in cõſ.*18.*n.*12.*Grat.conſ.*17.*nu.*11.*lib.*1.*Honded.conſ*33.*n.*40.*&* 41.*lib.*1.*Luderth.conſ.*1.*n.*4.*Burſat.conſ.*87.*nu.*14.*& ſeqq. Rimin.iun.conſ.*204.*in* 2.*latè Petra de fideic.q.*14.*n.*71.*la-tè Odd.Sforz.de fideicommiſſ.q.*9.*à n.*41.*& ſeq.*

Si igit hæ clauſulæ in contractibus appoſitæ operant renunciationẽ, ac remiſſionem vinculi, & fideicõmiſſi in eſſe deducti, multo magis debent operari vinculi exclutionem in hoc caſu quo agitur de illo inducendo; Porrò verba *ad habendũ, & quicquid placuerit faciendũ?* Et quod Princeps poſſit diſponere ad ſuum liberum arbitrium, & voluntatem in ipſa donatione

160 appoſita † non debent eſſe ſine effectu operandi, cum quælibet dictio, vel ſyllaba in quauis diſpoſitione non debeat eſſe fruſtra appoſita, ſed cũ miniſterio operãdi, *Surd.conſ.*524.*nu.*12.*lib.*4.*Grat. conſ.*27.*n.*23.*& cõſ.*118.*n.*18.*lib.*1.*& conſ.*68.*n.*20.*& conſ.*102.*n.*46.*lib.*2. Et quod verbum nullum cenſeatur appoſitum in contractibus ſine effectu aliquid operãdi. *Hond. conſ.*1.*n.*36.*& conſ.*30.*n.*67.*& cõſ.*41.*n.*24.*Seraph.de priuil.iuram.priuil.*13.*n.*16.*& priuil.*84.*n.*9.*Griuell. dec.*5.*n.*1.*& paſſim alij.*

Non obſtat modò, quod Princeps Mauritius Cardinalis, & ſorores donando ipſi Principi pro rata vniuſcuiuſque dictos ducatos 49. mill. habuerint relationẽ ad donationem, ſeu ceſſionem primo loco factam à Sereniſſimo Duce ipſi Principi, & ſic videantur donaſſe cum approbatione, & ratificatione ipſius ceſſionis paternæ, & cum pactis, & conditionibus in dicta prima, ac paterna ceſſione inſertis, & hoc

ex

Digitized by Google

ex illis verbis *ſeruata la forma del prediſegnato iſtrumēto di ceſſione, come in quello ſi cōtiene, e cōforme all'ordine di S. A. Sereniſſima*. Nā multipliciter reſpondetur. Et primo ſi aduertatur ſit relatio ad ipſam ceſſionem, ſeu donationē paternā poſt illa verba *E ciò dal primo di Gennaro 1620. ſeruata la forma del predeſignato iſtrumēto di ceſſione come in quello ſi contiene, e conforme all'ordine di detta S. A. Sereniſſima*. Et ſic relatio fuit facta ad dictā ceſſionem paternam ĩ hoc tm̄ capite, quod donatio ab eis facta ducatorum 49. mill. haberet locum à 1. Ianuarij 1620. prout fuerat diſpoſitum in dicta donatione patris.

Secundo ſi in donatione, ſeu ceſſione paterna nō apparent explicite vinculata dicta ſcuta 49. mille dotis maternæ, tum ex defectu dominij, tum etiā ex defectu voluntatis, vt abundè ſupradiximus pōderando verba ipſius ceſſionis. Multo minus cēſenda erūt vinculata in hac ſecunda filiorum donatione ex mera relatione facta ad dictum inſtrum paternæ ceſſionis, vbi nullum ſuper his ducatis 49. milib' apparet vinculum. Nō

161 enim † attenditur inſtrum referens, ſed relatum. *Auth. ſi qs in aliquo, C. de edēd. & l. 1. C. de mand. Princip. Amat. dec. 49. p tot. Menoc. conſ. 1 n. 95. lib. 1. Alex. conſ. 82. lib. 6.* & alij quos citat *Maſtrill. dec. 190. n. 22 Pariſ. conſ. 94. n. 20. lib. 1. Magon. dec. Lucenſ. 96. n. 10. Farin. dec. Rot. Rom. p. 2. to. 3. dec. 139. n. 3. Neguſ. in ſylua reſponſor. q. 67. n. 1. Oſaſch. dec. 71. n. 12*

Cęterùm ſi Cardinalis Mauritius, ſororeſq; in hac ſecunda donatione referēte illā patris expreſſe vinculaſſent ducatos p̄dictos 49. mille vtiq; attenderetur dicta eorum donatio referens, & nō illa patris relata, ſecundū *Bar. & Doct. in l. admonendi, ff. de iureiur.* & p̄ut argumentatur *Magon. dec. Lucēſ. 96. n. 12* Quod vinculum factū nō video, ſed potius contrariū, nā in eorum donatione immediatè poſt relationem ad patris ceſſionem leguntur hęc verba *talmente, che detti ducati 49. milia reſtino nel proprio dominio di detto Sereniſſimo Prencipe*, & deinde *ad hauer, tener, goder, e poſſeder, e farni per detto Sereniſſimo Prencipe quello che à lui parerà come di coſa propria*, & infra *con poteſtà di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e volōtà*. Et ſic non obſtante relatione facta p Sereniſſimum Cardinalem Mauritiū, & ſorores donantes ad ceſſionem paternā fuit immediate p illos data poteſtas Principi donatario faciēdi, ac diſponendi de dictis ducatis 49. mil. ad eius liberum arbitriū & volūtatem, cui facultati ſpecificè datę diſponendi, & alienandi nō derogatur p p̄cedentem relationem ad inſtrum ceſſionis paternę, in qua p̄tendit

162 aſſertum vinculum, Relatio enim non debet fieri ad ea, quæ habent propriam diſpoſitionem. *Cęſar. de Graſſ. dec. 121. n. 9.* Nec fit ad oīa, ſed ad illa, quibus ſanè fieri pōt. *l. 1. in fi. C. de liber. vbi Iaſ. Zuccard. conſ. 10 n. 55.* & ceſſat gratia euitandi abſurdi, *Purpur. conſ. 512. nu. 14. lib. 2.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc dixit *Bar. in l. talis ſcriptura ſ. ſi. col. vlt. verſ. cauſa aũt poſſunt, ff. de leg.* 1. Qđ ſi ſpecialiter fuerit ꝓuiſum in ſequentib⁹, vel in ꝓcedẽ-
163 tibus, tunc clauſula, q̃ † oĩbus generaliter eſſe põt nõ debet ad ſpecialiter expreſſa, & ꝓuiſa referri, & ita ꝓbari vr̃ *in l. ſi plures, ff. de condit. & demon. Bertaz. conſ. ciuil. 94. n. 15. Alex. conſ. 66. n. 3. in 3. Alban. conſ. 19. n. 29.* alios citat *Maſcard. vol. 3. cõcl. 1265. n. 21. Cauak. dec. 46 n. 433. lib. 1. & dec. 13. n. 30. p. 3.* Et
164 qđ clauſula gñalis † non trahatur ad caſum, de quo qs ſpecialiter diſpoſuit, & ꝓuidit argumento, *l. doli clauſula vbi Bart. ff. de verb. obl.* dixit *Menoc. lib. 4. præſumpt. 79. nu. 37. Oſaſc. dec. 169. n. 1. Surd. dec. 319.*
165 *n. 4.* Debet igitur † relatio interpretari, ne ex ea cõtrarietas ſequatur *l. ſi idem cum eodem. de iuriſd. om. iud. poſt Bar. in d. l. talis ſcriptura. Torniol. conſ. 34. n. 12. Morot. conſ. 1. n. 15* Prout eſſet ſi ex relatione ad ceſſionem paternam reſultaret vinculum, & nihilominus eſſet data poteſtas Principi faciendi, & diſponendi ad ſuum libitum de ducatis 49. mil. donatis.

Sed ne dicatur inanis, & eluſoria, ſeu abſq; vlla operatione, talis relatio ad paternã ceſſionem iã dixi ſupra qđ operatur in eo, quod donatio facta ꝑ dictos Principes habeat locũ à 1. Ianuarij 1620. ꝓut diſpoſuit patris ceſſio, ad q̃ fuit facta relatio. Secundo potuit operari relatio ad Ducis ceſſionem, vt Princeps donatarius cum illis ducatis 49. mill. monetę Regni Neapolis donatis à fratre, & ſororibus iuncto Principatu Onellæ, ac alijs iuribus, & bonis à patre donatis haberet ſummam aureorum 40. mill. iuxta formam inſtr̃i donationis paternæ. Et ſic voluerint donatores redditus 49. mill. ſcutorum, quamuis libere donatos cedere in ſummã aureorũ 40. mill. prout per Sereniſs. Ducẽ fuerat diſpoſitum. Tertio habuit effectum relatio, qđ Sereniſs. Princeps Mauritius, & ſorores donantes voluerunt obligari ad obſeruationem oĩum contentorum in inſtrumento ceſſionis paternæ iuxta eius formã, cõtinentiã, & tenorẽ, ꝓut legit̃ in ſecũda donatione.

Igitur nullo modo poteſt prætendi vinculum, vbi non apparet, nec graue erat fratri, ſororibuſq; donantibus altius, & apertius legem ſibi dicere diſponendo in ipſa donatione, quod mortuo Sereniſſimo Principe abſq; filijs redditus materni donati caderent in Sereniſſimum Ducem Sabaudię patrẽ, eiuſq; Coronã, qđ nõ video factũ, nec dictũ, nec à cõtrahentib⁹ cogitatũ. Sed liberos redditus ipſos donatos, de quibus vti liberis ſibi donatis potuit Sereniſſimus Princeps diſponere, & ſuper eis gajes, ac rationes ſuæ familiæ benemerenti legare.

Accedat tandem fides Ioannis Michaelis Crotti Conſiliarij Status, ac Sereniſs. Ducis Sabaudiæ Primi Secretarij, & Notarij, q ceſſionem ipſam à Sereniſſimo Duce Principi factam ſtipulauit.

Is

Digitized by Google

Is enim apertè teſtatur nulli vinculo, aut reſtitutioni eſſe obnoxios redditus maternos. *E però dichiaro, e faccio fede come in detto iſtrumẽto di ceſſione di detti ducati 49.milia ottocento ſeſſanta ſei, e due terzi nõ vi è coſa, che repugni, ne in tutto, ne in parte à detta ceſſione, laquale è ſtata fatta libera, & ſenza eccettuatione alcuna à fauore, e beneficio di detto Sereniſſimo* Principe *Emanuel Filiberto*; quare ex ipſa fide Notarij deprehenditur mens contrahentium, & nullũ fuiſſe vinculum in dictis ducatis
166 49. millium cui Notario † plenè creditur qñ atteſtatur de his, quę pertinent ad eius officium, & coram eo geſta ſunt. *Surd. cõſ. 7. n. 47 Brun. conſ. 92. nu. 4. Burſat. conſ. 56. n. 6. lib. 1. Becc. conſ. 20. nu. 4. lib. 2. Maſcar. to. 1. concl. 35. n. 5. Coccin. deciſ. 42. n. 7. Magon. dec. Lucenſ. 52. n. 11.* Et quod credatur Notario aſſerenti partes ità egiſſe, & contraxiſſe ex certa ſcientia: poſt alios *Menoc. cõſ. 37. n. 132. & de preſump. lib. 2. præſumpt. 79. n. 6.* Poteſt enim
167 † Notarius declarare verba dubia actus à ſe geſti. *Hond. conſ. 38. n. 12. lib. 1.* cuius declarationi ſtandũ eſt in dubio circa cõtenta in inſtrumento. poſt alios *Caualc. dec. 28. n. 38. par. 2.*

Ex quibus omnibus, iudicandũ venit validum ac firmum Sereniſſimi Principis Emanuelis eulogium, tum etiam validam, ac firmam vltimam eius diſpoſitionẽ, & de ducatis 49. milib' in Regno Neapolis vti de bonis liberis, ac proprijs in fauorem ſuæ familiæ teſtari potuiſſe.

Quibus ita per actis, & commiſſa cauſa de ordine S. Catholicæ Maieſtatis Regio collaterali conſilio Regni Neapolis pro parte Vincentij d'Ermoſa, & aliorum legatariorum dicti Sereniſſimi Principis Philiberti, & porrecto per eos memoriale Excell. Domino Proregi dicti Regni ſub die vigeſimo nono menſis Nouẽbr. 1625 & pręſentato die decimo ſeptimo menſis Decembris anni prædicti contra Sereniſſimam D. Iſabellã d'Eſte Principiſſam Mutinæ ſuper quo memoriale, ac viſis petitionibus, & actis præſentatis ex parte Illuſtriſs. D. Cardinalis Sabaudiæ ſub diebus decimo ſecundo, & vigeſimo ſeptimo menſis Maij tunc proxime elapſi, & viſis videndis facta relatione in Regio collaterali conſilio per S. Reg. cõſilium Relatore Regio Cõſiliario D. Franciſco Salgado cauſæ commiſſario fuit per ſententiam definitiuam determinatum prędictos legatarios immittendos eſſe, & immitti debere in poſſeſſionẽ redditũm annuorum ducatorum quadraginta nouem mille octuaginta ſexaginta ſex ſuper introitibus Regiæ Dohanę menepecodũ Apuliæ, & quod inde Reg. Cur. ipſis correſpondeat pro quãtitate annua legata à die mortis Ill. Principis Philiberti, & deinde in antea ipſorum vita durante ſeruata forma legati, & hoc ſub die 27.

Septem-

Septẽbr. 1627. aſſiſtentibus Cõſiliarijs Scipione Rouito, Octauio de Picolellis, D. Franciſco Salgado cauſæ commiſſario Andrea de Ianuario, Marcello Marſiano, D. Didaco de Mandietta, & quampluribus alijs.

Et ſic ex prædicta ſententia dñi legatarij (ad quorum petitionem validum declaratum fuerat teſtamentum) fuerunt admiſſi ad ipſorum legatorum cõſequutionem, in conſequens neceſſarium prędictum teſtamentũ pro valido fuit habitum & reputatum.

Quæ tamen omnia & quicquid tam in hac tertia deciſ. parte, quam in omnibus alijs à me ſcriptis dixerim Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ correctioni libentiſſime, & me ſubmitto, quæ ſi aliud cenſeat, aliterue ſtatuat, id ipſum ego cenſeo, in eaque ſcripta muto, acumentiſque deſiſto, & teſtor magis humana debiliq; fragilitate, & ignorantia tunc labi deceptum, quam culpa, cum ſana ſit intentio.

DE Mandato admodum Illuſtris, ac Reuerendiſſimi D. Franciſci della Riba Vicarij, & Viſitatoris Generalis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis ab Aurea Panormitanæ Vrbis Archiepiſcopi. Dominiq; mei, accurate perlegi Tertium Deciſionum volumen Præſtantiſſimi Iuriſconſulti D. Franciſci del Caſtillo pluries olim Mag. Reg. Cur. ac Conſiſtorij S. R. C. Iudicis integerrimi, & Auditoris Generalis gentis bellicæ, & modo Regij Patrimonij Magiſtri Rationalis, nihilq; in eo qui orthodoxæ fidei, vel bonis moribus aduerſaretur inueni, Immo mira ſubtilitate, & perſpicuitate conſperſum luſtraui totum, quare pro cõmuni Iudicum, & Aduocatorum vtilitate digniſſimum cenſeo, vt tam eximij laboris fructus in lucem prodeant typiſq; mandentur.

Io. Bapta Oddi Aſſeſſor.

Impr. de la Riba V.G. **Impr. de Blaſch. P.**

Digitized by Google

ADDITIONES AD PRIMAM DECISIONVM PARTEM

AD FACILIOREM OMNIVM VSVM.

ADDITIO AD PRIMAM DECISIONEM.

LIcet de iure ſit controuerſa opinio an prorogatio termini debeat fieri parte citata, vt ſupra videre eſt: & bene examinat quęſtionem Io.Bapt.Aſin.in praxi §.7.limit.101. vbi quod Iudex poteſt terminum prorogare, & in illo termino prorogato abſq; citatione partis cauſam determinare, dummodo ꝓrogatio abſenti intimetur vbi allegat Alex.in apoſtill.ad d.l.aut qui in prin. ea ratione, quia terminus ille prorogatus idem cum primo cenſetur d.l.ſed ſi manente ff.de præcar.& voluit Abb.in c.de cauſis de off.deleg. Attamen exinde tempore Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domini Comitis Caſtri Proregis in hoc Regno fuit demandatum, vt per Sacrum Regium Conſilium ſuper aliquibus quæ in Tribunalibus quotidie controuertebantur ad tollendas difficultates, & expenſas litigantium quid ſeruandum eſſet ſtatueretur prout exinde fuit ſtatutum; & inter alia §.28.fuit determinatum per verba ſubſequẽtia. La prorogatione del termine probatorio nelle cauſe ſi facci parte citata, altramente ſia nulla.

Qua ſic determinatione facta remanet in Regno deciſum abſque vlla controuerſia, quòd prorogationes terminorum abſq; partis citatione fieri nequeant.

ADDIT. AD II. DECIS.

VIde quæ ſcripſi infra dec. 200.lib. 2.vbi adducuntur aliqui Doctores contrarium tenentes, ſed vera opinio eſt prout etiam ibidẽ firmaui, quòd clericus hęres laici conueniatur coram Iudice laico de cauſa in Iudicio iã deducta, & pendente coram Iudice laico; ſecus tamen ſi nouũ formaretur Iudicium, poſtquam clericus hæreditatem habuit, quia tunc corã Iudice eius cõpetente, & Eccleſiaſtico erit conueniẽdus, & ita intellige Martam, & Molſeſium, alioſq; contrarium tenentes alioquin loquuntur contra veros iuris tramites, & in praxi ſeruatam opinionem.

Erit tamen aduertendum ad exequtionẽ ſententiæ, an exequatur per Iudicem laicum, qui ſẽtẽtiam protulit, vel per Iudicem Eccleſiaſticum, & tũc dicendum eſt, quod ſi agitur de executione ſuper bonis hęreditarijs, ſuper q̃bus fuit lis cõteſtata, & certũ Iudicẽ cũ laico, & inde lata ſnĩa cõtra clericũ hęredẽ laici, & exequeẽ per laicũ nec poterit impediri ꝑ Eccleſiaſticũ Iudicẽ; Iudex.n.q̃ protulit ſnĩam exequeẽ ad not. per Sal. & Bal.in l.cõſulta & l.teſtamẽta C.de teſta.Stef.Aufr.de poteſt.ſæcular.ſuꝑ eccleſiaſt.reg.2.n.10.verſ.10.fallit Vrſill.ad Affl.dec.212.in fi.Gugl.de Bened.in c.Raynutius in verb.& vxoiẽ noĩe Adelaſiã n.124.Anch.conſ.333.&

Digitized by Google

faciunt notata per Viuiũ dec.387. lib. 2. & Anna alleg.76. lib.2. & in puncto Ceuall.q.36.vol.1.n.14.& 19. Bap.alleg.19.n.4. 10.Lup.in c. per Veſtras in §.ſeu ſectione incipiẽte, ſed eſt pulchra dubitatio num.2.de donat. inter vir.& vxorem,& Graſſ.de effect.cler.effect.1. nu.791.

Secus tamẽ eſſet ſi executio peteret ſuper bonis proprijs, vel in perſonam ipſius clerici, quia tũc procederet, quę in contrarium ſolent allegari. Sicuti ẽt ſi iudicium eſſet confectum cum laico, & clericus ſe opponeret tamquã tertius poſſeſſor ad impediendam ipſius ſentẽtiæ executionem, tũc enim deberet remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, etiã quòd res litigioſa perueniret ad clericum Abb. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ pen.col.verſ.nunc vt lit.pẽden.& Vinc. de Franch.dec.545. vbi refert ita fuiſſe determinatum per Sacrum Conſiliũ Neapolitanum, & ibi latè diſcuſſit: licet adſint contradictores.

ADDIT. AD III. DECISION.

ASſecurationis contractus, ſiue ſit innominatus, vt ait Siluest. verb. negotiũ q.5. videlicet do vt facias, aut do ſi fiat quod reperitur in aſſecuratione; nã Titius dat Caio certã pecuniã ſi nauis tuto perueniat in Hiſpaniã, ſiue ſit contractus locationis, vt cẽſuit Laurentius de Rodulph. quẽ refert Cõrad. de contract.q.72. quãdo Caius, qui ſecurũ reddit Titiũ de naui tuto peruenturum in Hiſpaniam locat ſuam operã in conſtituẽda naui Titij in tuto, & ob locationem pretiũ exigit, ſiue ſit fideiuſſio, ſicut enim fideiuſſor ſe obligat ad ſoluẽdum debitum creditori, ſi debitum non ſoluerit debitor, ſic aſſecurator obligat ſe pro ſeruandis mercibus ne pereant,& pro ijs ſoluẽdis ſi perierint ſemper inquam talis contractus erit licitus, & iuſtitia huiuſmodi cõtractus conſiſtit in eo, quòd ſicut fideiuſſor pretium accipit, eo quòd periculum in ſe ſuſcipiat ſoluendi debitum, ſic aſſecurator iuſtè pretiũ exigit, eo quod ſe exponat periculo reſtituẽdi rem, ſi perierit, hæc enim obligatio eſt pretio æſtimabilis, Azor.inſtit.moralium p.3.lib.11.in tit. de contractu aſſecurationis in prin.fol. 814. Vbi in fine addit, iuſtum pretiũ aſſecurationis eſſe illud, quod fuerit cõmuni æſtimatione hominũ, vel aliqua lege humana taxatum ratione periculi, diſtantiæ loci & qualitate, ſeu quantitate rei, quæ aſſecuratur maius, minus vè pretium eſſe taxandum. Communiter tamen pro aſſecuratione centum ſolent exigi quatuor, quinque, aut ſex, & communiter vita vnius ſolet aſſecurari ad ſex ſeptemvè annos.

Et in tantũ permiſſa eſt aſſecuratio, in quantum fundatur ſuper riſico, ſine quo ſubſiſtere non poteſt quemad. cõtractus emptionis, & venditionis ſine re vendita nõ valeret. Ita dixit Rot. Genuenſ.dec.55.n.9. Vbi ait quod ſi non adeſt riſicũ aſſecuratio non valet; nam nõ adeſt materia vbi forma poſset fundari ex Affl.dec.335.n.12.quibus addo Gratian.in diſcep.forenſ.c.589.n.1. Et ſic quemad.falſa adiectio vitiat cõtractũ nominatũ, etiam falſa cauſa vitiat contractum aſſecurationis. Ita firmat Pet.Santern.de ſponſion. & aſſecurat. p.3.n.10. vbi aſſignat rationem, quia aliàs non erat contracturus iſte, qui aſſecurationẽ promiſit; ac periculi euentum in ſe pretio ſumpſit, prout firmat Bald. in reportatis antiquis. in l. ſi ita ſtipulatus hanc ſummam ff. de verbor. oblig. vbi ait falſam demonſtrationem vitiare, quando aliàs contrahentes nõ erant contracturi. Et firmat idem Rot. Genuenſ. in dicta dec. 55. Et in puncto Maſtrill.dec.182.n. 18. & ſeq.

Digitized by Google

ADDIT. AD IV. DECISION.

VTilitates quæ proueniũt ex rebus, quæ ſingula die præbent vtilitatem, vt in cẽſibus in ædibus, molẽdinis, & huiuſmodi pro ratha temporis diuiduntur vt ſupra eſt firmatum, Vincent. de Franch. d. deciſ. 79. p. 1. & Io. Bapt. Coſta de ration. ratæ q. 114. num. 7. vbi allegat Reuſner. conſ. 15. num. 8. & Peregr. de fideicomm. art. 46. nu. 96. cum ſeq. Vidi aliquãdo dubitatum an hoc procedat in fructibus, qui percipiuntur ex terris, quæ locãtur, vt in eis fiãt hortalitia in quibus ſolent locatores plãtare quolibet mẽſe, & in toto anno foliamina vulgo dicta, eaq; vendere ad minutum, nã illico quod vẽduntur plãtãtur, & alia, & maxime in hac Vrbe, vbi adeſt aquarum copia, & ex dictis terris toto anno fructus percipiuntur, hi. n. ꝓpriè non ſunt fructus ciuiles, ſed naturales. Sed idẽ dicẽdum eſt quia cũ percipiãtur toto anno fructus huiuſmodi, & non ſemel in anno debẽt diuidi ꝓ ratha, quolibet. n. die ꝑcipiuntur, ſicut fructus molẽdinorũ, & ædiũ, ad not. ꝑ ſupradictos, dẽt. n. fieri diuiſio pro ea ratha, pro qua diuiderẽtur fructus, quorũ cauſa præſtari cõtingit penſio, nec dicẽtur huiuſmodi fructus pẽdẽtes, quia illi dicẽtur, qui ſemel in anno ꝑcipiuntur, & in his loquuntur DD. in materia fideicommiſſi. Et in punto dixit Ariſm. Tepat. in lib. variar. iur. ſentent. in tit. de fructib. ĩ genere col. 4. fol. mihi 346. & Flauius Amend. in addit. ad dictam dec. 79. Vinc. de Franch. n. 6. & Paſcal. de virib. patr. poteſt. c. 3. n. 118.

ADDIT. AD V. DECISION.

DOtis cauſa ſemper, & vbiq; præcipua eſt, ideo maxima hẽt dos priuilegia, inter quæ illud potiſſimũ eſt iudicandum, vt poſſit pro eius indẽnitate mulier ſemper ad primæua iura redire, cũ ex priuilegio dotis non præſumatur facta nouatio, vt firmat bene Mantic. tac. & ambig. cõmẽt. lib. 17. tit. 1. nu. 19. vbi ait, ꝙ ſi præcedat actio de dote quę eſt priuilegiata & ſequẽs ſtipulatio plꝰ contineat non præſumitur facta nouatio. Et ibi n. 20. aſſignat rationẽ ex Iaſ. in l. ſi diuortio n. 7. ff. de verb. oblig. nã licet ſequẽs ſtipulatio, quę cõtinet plus nouet priorẽ obligationẽ: hoc tamẽ nõ hẽt locum ſi ſtipulatoris interſit nõ fieri nouationẽ. Et in puncto Sebaſt. Medic. in tract. de nouat. q. 8. 1. p. verſ. decimoquinto. Quibus addo Gratian. in ſuis diſcept. forenſ. c. 509. n. 13. & in terminis terminantibus dixit idẽ Gratia. c. 759. n. 8. vbi ait cum paſſim in datione inſolutum facta ex cauſa dotis detur regreſſus ad primæua iura ſi contingat res inſolutũ datas euinci, & ibi plures allegat, & præcipue Ant. Fabr. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 26. definit. 49. & tit. 30. definit. 20.

Itẽ adde ad dictã deciſionẽ, quod ẽt ſi quis confiteatur recepiſſe cẽtum pro dote, poterit contra eũ procedi exequutiue pro reſtitutione dotis, quãuis non promiſerit reſtituere ſi ex forma ſtatuti inſtrumentũ haberet executionẽ paratã. Ita Roder. Suarez. in l. poſt rẽ iudicatam in 2. extenſione de re iudic. & Gratian. qui alios refert cap. 115. num. 27. & ſeq.

ADDIT. AD VI. DECISION.

ADde notata per Marium Mutam collegam meum titu. 4. tom. 1. in titu. de recuſ. iud. in Pragmat. num. 72. & aduerte quia in praxi vidi ſeruatum quòd ſi poſt collatam cauſam perueuerit ſoſpitionis notitia Iudex recuſetur, etiam quòd cauſa fuerit antiqua, ſed debet conſtare Iudicibus, quòd verè cauſa ſuſpitionis de nouo emerſerit, non quòd ſimuletur, de quo iudices debent ad plenam ſe informare, & non dare cauſam partibus liti-

A 2 gan-

Digitized by Google

gădi, aliàs enim Pragmatica ſeruiret de vento, vt ſup.firmaui. Et in huiuſmodi ſuſpitionibus eſt nimis aduertendũ, quia vt plurimum affectãtur, vt aduertit D. Regens Carolus Tap. Marchio Belmontis ſuper conſt. Regn. tit. de ſuſpit. official. in prin. vide etiã not. per Maſtrill. dec. 161. n. 67. & ſeq. lib. 2 vbi facit mentionem de iſta noſtra deciſione. Et notata per me infra dec. 131 per tot. lib. 2. & vide Gratian. diſcept. forenſ. c. 100. vbi ponit plures caſus recuſationis Iudicum. Et Giurb. dec. 99. vbi quærit an recuſandi ius vni litigãtium competens poſſit opponi ab aduerſario, ſi ex ſui parte Iudicis ſuſpicio non oriatur, & cõcludit fuiſſe deciſum quod ſic, quæ deciſio videtur multum rationi conſona. Et ad propoſitũ n. 12 ait quòd Iudex non ſolum declaratur ſuſpectus, qui in ſimili cauſa iudicauit, ſed etiã ſi cauſa nõ ſit eadẽ, vel idẽ negotium, ſed illi cõnexum, vel ab eo dependens, debet etiã vt ſuſpectus declaclarari, vt ex Abb. in c. poſtremo de appell. expreſsè ait declarare Frãc. in col. 2. & Aufr. de recuſ. nu. 14. Et adde ad materiã Ant. de Ball. in lib. 5. de Prag. Regn. in pragm. 1. 2. & 3. de recuſat. Iudic.

ADDITIO AD VII. DECISIONEM.

VIde quæ latius dixi infra dec. 109. in cauſa D. Marchionis Iulianę cũ D. Ioſeph Platamone vbi late fuit diſcuſſum quomodo procedat text. in l. à diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iud. & aliqua alia nullitatum capita in decretis, & vide Mut. dec. 57. n. 25.

Et nouiter in materia nullitatis decreti eſt determinatũ, quod ſententia, quę declarat decretum nullum eſt inappellabilis, ita in nouiſſimis conſtit. editis per Excell. D. Comitem Caſtri in anno 1618. §. 34.

Et ſecundũ decretum ſuper bonis feudalibus ſufficit, ꝙ ſignetur per Iudices ciuiles M. R. C. nec erit neceſſe ſignari per Iudicem criminalem ad euitãdum multas qõnes, quę eueniebãt quotidie ſuper his ita per d. Cõſtitutiones, §. 56.

Item dicitur nullum ſecundũ decretum ſi fuiſſet interpoſitũ ad literas directas alicui, qui incolatum, aut natiuitatem in loco habuerit. Ita expreſſe determinat Pragm. Regn. in tom. 1. tit. 20 Rub. de offic. commiſſar. fol. mihi 83. & Intrigl. ſing. 173. n. 63. lib. 2. & ſecundũ prędicta fuit deciſum per M. R. C. & põſtea confirmatũ ꝑ Trib. Cõſiſtorij in cã Petri Marchiafaua cũ quodã de Bellomo Ciuitatis Calaxibettæ in an. 1620. Item tunc dicitur ꝑfecta adiudicatio, ſeu liberatio quãdo eſt capta poſſeſſio aliàs nõ acq̃ritur dominiũ, nec fructus ꝑcipi poſſunt. Prout eſt gl. notab. in §. fi. inſtit. de offic. iudic. & Alex. conſ. 1. n. 6. vol. 5. & Mut. dec. 10. n. 14.

Dicit etiã nullũ ſecũdũ decretũ ſi fuerit deuentũ ad adiudicationẽ abſq; pcedentia primi decreti. Ita Milan. dec. 14 n. 1. & 30. lib. 1. Intrigl. ſing. 173. lib. 2. nu. 47. dec. 58. nu. 1. & Giurb. plures allegans dec. 84. num. 3.

Ac etiam dicitur nullum fuerit receptum pro credito non habente viã exequutiuã. Prout firmare videtur Corn. conſ. 132. lib. 4. & Maſtrill. deciſ. 34. per totam; & præcipuè num. 12. aliqua de nullitate decretorum. Vide apud Intrigl. d. ſingul. 173. lib. 2. & not. in d. deciſ. 109. lib. 2.

ADDITIO AD VIII. DECISIONEM.

NVllitas aduerſus rem iudicatam, & ad impediendum eius exequutionem, & fortius ſi fuerit tentata aduerſus tres ſententias conformes nõ ita de facili admittitur Clement. Vt calũnijs de re iud. Creſcent. dec. 22. eo. tit. & nouiſſimè Sãctiſſimus D. noſter Gregor. XV. in ſua dec. 508. nu. 2. & Ioſeph de Seſſ. in dec. Aragon. deciſ. 230. vbi affert communem diſtinctionẽ, quòd aut nullitas eſt velata, & occulta taliter ꝙ probationibus extrinſecis indigeat, & tunc

Digitized by Google

tunc nõ poteſt agi de nullitate, niſi vſque ad triginta annos, aut nullitas eſt euidens taliter qđ de illa cõſtet ex eadem ſentẽtia per reuolutionem vel inſpectionem proceſsus, & ex eiſdẽ actis abſq; vlla ꝓbatione extrinſeca, & hoc caſu nullitas perpetua eſt, & perpetuo poteſt intentari, & numquam tranſit in rem iudicatam, & nulla taciturnitate, & temporis lapſu confirmatur, quæ diſtinctio originalis fuit Bald. in l. data opera n.59. in fi. C. de his qui accuſar. non poſs. & alij per Seſs. alleg. ibidem nu.37.

Et quando nullitas reſultat ex eodẽ proceſsu, aut ex actis eiuſdẽ, & ſic euidens, & notoria, tunc etiã aduerſus tres ſententias conformes poteſt proponi Ripa in l.4.§.condemnatũ n.16.& 17. ff. de re iud. Mandell. conſ.197.n.7. Seſſe in tract. de inhibit. c.5.§.9.n.42. Muſcatell. in praxi p.3. in gl. prouocare n. 38.& 39. Lancellott. de attent. 2.p.c.17 n.105.& 117. Et firmat etiam Gratian. in diſcept. forenſ. c.118. n.47. & Franc. Merlin. dec.40.n.9. & bene dixit Guidobon. aduocat.119.n.7. vbi ait, quòd impeditur exequutio ſententiarum cõformium etiam ſi excipiendo nullitas, dummodo ſit notoria, proponatur. Et nu.8. adducit rationem ex Landerch. conſ.93. n.8. ad fi. nam ſi exequutioni dictæ ſentẽtiæ mitterent difficile poſtea eſset ipſarũ exequutionem retractare.

ADDITIO AD IX. DECISIONEM.

QVòd cauſa decimarũ ſit exequutiua vltra textus, & Doct. allegatos vide Ioannem Aloyſium Ricc. in praxi var. reſol. reſol.161. vbi latiſſimè, & nouiſſimè idem Riccius Collect.2191. vbi quòd à ſententia cauſæ decimarum nõ datur appellatio per text. in c. his autẽ de decim. & Scaccia de appellat. lib.3. c.2.q.17. lim.18. fol. mihi 681. per tex. in c. tua nobis in fine de decim. & cõſequenter ſi nõ datur appellatio erit exequutiua: donec decima fuerit ſoluta, facta enim ſolutione, ſi prætẽditur grauamen poterit intentari, vt dixit Rebuff. de decim. q. vlt. n.21. verſ. decimonono, & Scaccia vbi ſup. num.5. Vidi propterea ſeruatũ in Regno in exactione decimarum ad inſtantiam Prælatorũ, ſeu eorum quibus decima debetur mitti cuſtodes ſuper fructibus, ne exportentur antequã ſoluantur decimæ, quæ praxis eſt ſeruanda pro indẽnitate, & ſecuritate illorum, quia in decimis ſoluẽdis ſemper ſtandũ eſt cõſuetudini, vt probat tex. in c. cum ſint homines, & in c. ad Apoſtolicę de decim. Paz in praxi Eccleſiaſt.1.p.2.to.c.5. nu.7. Iacob. de Graffeis in deciſ. aur. lib.2.p.2.c.27. n. 12. vbi Abb. in c. peruenit eo. tit. & tex. in c. reuertimini 16.q.1. vbi Turrecr. ait quòd debet deferri expenſis villici, ſeu domini vſque ad domum Eccleſiæ, & Borrell. in ſum. deciſ. tit.19. de decim. n.73. vbi alios allegat.

Quod autẽ à ſententia condemnationis decimarum non detur appellatio dixit Gratian. dec.100. nu.1. vbi add. etiã n.1. ait, quia ſolutio decimarum eſt priuilegiata tãquam debita Deo, ita ut negãtes illas dare, aut impediens eos, qui dãt, dicãtur res alienas inuadere. Ita ex Concil. Trident. c.12. ſeſſ.25. de reform. firmat. & ibi nu.4. ſubdit, itaut hodie ex forma dicti Concil. Tridẽt. c.1. d. ſeſſ.25. procedatur pro executione decimarum per cenſuram Eccleſiaſticã. Et quod non poſſit appellari firmat etiã Borrell. vbi ſup. lib.1. d. tit.19 de decim. nu.67. vbi n.68. & 69. ponit aliquos caſus quãdo poſſit appellari. Et n.70. declarãdo ait non dari appellationẽ ad finem retardãdi exequutionem, qa pro decima prius ſit executio, & poſtmodũ appellatio proſequitur; prout ex Pet. Rebuff. in tract. de decim. q. vlt. & alijs firmare videtur. Et nu.78. ſubdit, quod exactor decimarũ põt ꝓhiberi facere ne efferãtur fructus, niſi ſoluta prius decima, & apponi debent cuſtodes ad excludendas fraudes, & ibi plures allegat, quos hic repetere ſuperfluum eſſet.

AD-

Digitized by Google

ADDIT. AD X. DECISION.

AD materiam vide quæ ſcripſi infra dec.144.lib.2. Et vltra ibi allegata dixit Auendagn.in ſuo tract. de cenſibus c.7.n.5.& Foller.de cenſib. in titu. huiuſmodi nu.44.& 45.& Giurb. dec.24.n.1.& 2. vbi ait,quòd ex forma bullæ res ſubiugata oportet eſſe tẽpore ſubiugationis in domino ſubiugantis, nec ſatis eſt,quod dominium rei ſubiugatæ ſuperueniat,quia tempus non retrotrahitur quo ad hypothecã contractã, & idem firmat additio nouiſſima ad Intrigl. ſuper bull.q.38.in lit.D,vbi etiã ait quod non ſufficit ſubiugare ſup aliquo iure ad rem cuius vigore deinde rem ſubiugãs recuperauit, vt poſſit cauſari executio contra tertium poſſeſſorẽ rei recuperatæ de qua ſubiugãs tãtum tempore ſubiugationis habebat ius ad rem.ibi in pluribus rationibus hoc firmat,& Mut.dec.47. n.25. Et ſecundũ prædicta fuit aliàs deciſum per Sp.Andreã Ortulano, Antonium Xirotta Iudices M.R.C.& Rocchum Potenzano (qui fuerat datus Iudex in locum Sp. Laurentij de Archãgelo,qui erat ſuſpectus) Viros vndequaque literis, & virtute prędictos die 29.Martij vj.Indict. 1623.in cauſa vertente inter Reuerendos Patres Soc. Ieſu Ciuitatis Catanę actores cum Inquilinis Baroniæ Linguæ Groſſæ, & fuit deciſum quòd ſtẽt oppoſitiones. Et ratio fundamentalis prædictorum eſt,nã doctrina Bart. in l. 1.§.in ſpeciem ff.de pign. & hypoth. & Maſtrill. deciſ.150. & alij,qui allegari poſſent loquuntur reſpectu validitatis hypothecæ,& an attenta diſpoſitione iuris communis agi poſſit hypotecaria directa,vel vtili contra debitorem, vel tertium poſſeſſorem, & quidẽ iudicio ordinario erit vna quæſtio, & vna inſpectio. Si vero conſideramus ad finem de quo agitur, ſcilicet reſpectu procedendi via exequutiua, & priuilegio pragmaticæ contra tertium poſſeſſorẽ rei ſubiugatæ,& in hoc caſu erit altera inſpectio,& conſideratio,nã in dicto caſu non verſamur in quęſtione validitatis hypotecæ, nec ſi contra tertium detur directa, vel vtilis hypotecaria, nã dato quod competat hypoteca directa vel vtilis quæſtio eſt, ſi dicta res erat in dominio ſubiugãtis tempore ſubiugationis,taliter qđ virtute Regiæ Pragmaticæ procedi poſſit contra tertium poſſeſſorem:non enim valet conſequẽtia datur directa hypotecaria,ergo datũr executio contra tertium. Nã etiã quãdo obligãtur bona de futuro in genere datur directa hypotecaria, quia cẽſentur obligata ſub cõditione, ſi ſua erunt,prout firmat Neguſ.de pignoribus d.membr.3. n.16. Et tamen certiſſimum eſt in Regno contra poſſeſſores bonorum futurorum non concedi exequutionem. Vnde omnino concludendum eſt bullã,& Regiã Pragmaticã ſolũm priuilegiare caſus ibi expreſſos, & non qui alio modo comprehendi poſſint,cum ſit ſatis exorbitans à iure cõmuni, prout aliàs diximus.

ADDIT. AD XI. DECISION.

DE iſta noſtra deciſione fuit petitũ remedium contrarij imperij, etiã via reſtitutionis in integrum ex parte Reuerendi Fratris Angeli Cento aio militis Gieroſolimitani,& Commendatoris S. Ioannis de Rodo Ciuitatis Marſaliæ ob mortem dicti Fratris Verardi Capeci,& die 4.Februarij 2.Ind. 1619.fuit determinatum p̃ Sp.Frãciſci de Cãnizarijs Iud. M. R. C.& per Sp. D.Antonium de Bononia Magiſtrum Rationalem Trib. Regij Patrimonij, & Sp.Frãciſcum Angotta Iud. qui fuerat Trib.C.S.R.C.quod declaretur nõ perempta.

Moti fuerunt Primo, quia licet remedium reſtitutionis in integrũ ſit extraordinarium, quãdo tamen pinguius prouidet,competit,dato quod competeret remedium ordinarium ex Sfortia de reſtit. in integr. qui alios allegat q. 17.n.53.& 81.Apoſtil.ad Greg.de iud. cauſ.feud.q.vlt.lit. A.& ita limitãt gl.

in

in l. vlt. C. ſi aduerſ. rem iud.

Sed ſuper hoc erit conſiderandum an concluſio procedat quādo priuilegiatus agit contra pariter priuilegiatū prout in caſu iſto, quo Commēdator pdictus agebat contra minores, de quo vide not. p eumdem Sfort. q.18. art.5. n.36. ſupra allegata, vt nos diximus. Super quo erūt conſiderādi, ſi caſus cōtingeret Alex. Trentacinq. de reſcript. reſol.1. nu.3. Gratian. diſcept. 196. n.19. Caualcan. deciſ. 30. num. 33. & deciſ. 32. par.1.

Item ſecundò, quia reſtitutio ob lapſum inſtantiæ conceditur abſq; ſpiritus inſufflatione per Principem facienda, ſed per Iudicē ordinarium ēt incidenter Alex. Trentacinq. de iudic. lib. 2. reſol.9. n.1. & 6. vbi fuit declarata nō perempta inſtātia cauſa miſerabilis pſonæ litigantis in foro ſæculari, multo magis dicebatur in Eccleſia, ex Maurit. de reſtit. in integr. c.283. & Sfortia q.67. art.2. n.12. Item quia reſtitutio inſtantię fit tribus modis, primò quando fit per inſufflationē ſpiritus, & hęc fit à ſolo Principe, quia dicitur facta ex gratia. Secundo quādo petitur per viā reſtitutionis, & hæc à Iudice cōceditur abſq; inſufflatione ſpiritus. Tertio quādo fit de cōmuni conſenſu partiū Alex. Trentacinq. d. tit. de iudic. reſol.4. nu. 32. & reſol.9. n.1. Ideo perempta inſtātia, Iudex de iure communi poterit per viam reſtitutionis in integrum reſtaurare inſtantiam, & poterit fieri incidenter per viam replicationis, ex Sfort. q. 32. artic.3. nu.28. verſ. ſed contrarium eſt verius.

Super his tamen erit aduertendum ad dictā concluſionem an iſta reſtitutio in integrum concedatur aduerſus pariter priuilegiatum, quia tunc vnuſquiſq; remanebit ſecundum terminos iuris communis, ex quo cauſis datur inſtātia ne lites fiāt immortales l. properādū de iud. vbi omnes. Itē quia partes eligerunt petere prorogationem à Principe, qui vltimo loco eas denegauit, & vbi Princeps manus appoſuit nō poterit iudex inferior ſe impedire, niſi commiſſa cauſa per Principem, c. cum inferior de maior. & obed. Menoc. cōſ. 83. n.31. lib. 1. Rebuff. in prax. benef. in tit. de reſeru. n.50. Tuſc. c.120. verb. inferior. to.4. & eſt tex. vbi DD. in c. cū veniſſent de iudic.

Ideo fuit deuentum ad tertiū caput, quod iure cōmuni Eccleſiæ non perit inſtātia c. venerabilis vbi Abb. nu. 12. de iud. Marta de iuriſd. p.1. caſu 32. n. 8. Carol. de Graſſ. de effectib. cler. f.351 nu.249. & idem dixit Afflict. dec.210. Marāt. de ord. iud. in verſ. & omnia fiāt durāte inſtātia nu.21. Carpan. ad ſtat. Mediol. c.21. n.13. Carol. de Graſſ. eff. 2. n.245. fol.351. Alex. Trentacinq. de iud. reſol.9. n.6. & reſol.4. n.29.

Sed ſuper his erit conſiderādum qđ c. Regni. & præſertim in modo procedendi obſeruātur etiam in curiis Eccleſiaſticis, quia ſunt condita per tria brachia inter quę interuenit Eccleſiaſticū, vt ſupra dixi, & plures obſeruatum vidi in Regno ea ratione propter cōnexitatem quādam reciprocam, quæ eſt adeo inter contrahentes, quod ſicut tenetur laicus ita rationabiliter teneri dēt clericus, & maxime quādo talis conſuetudo eſt promiſcue inducta in loco tam per laicos, quàm per clericos, vt poſt alios declarando Bart. in l. cunctos populos, verſ. quæro C. de ſum. Trin. & fide Cath. & Fel. dixit Boniorn. in pœm. c. Reg. qui licet in inſtantijs videatur tenere contrarium, nihilominus ſecus ſeruatum vidi, dum paſſim inſtātiæ etiā ad inſtantiā Eccleſiarum per Principē prorogātur, & ceſſat ratio c. cum venerabilis de iudiciis ad euitādum litium progreſſum, etenim lites nunquam finirentur ſi inſtantia eſſet perpetua, propter malitiam litigātium, ideo iure merito fuit abbreuiatus terminus, l. properādum C. de iud. ad biennium, vt generaliter omnes cauſę in pręd icto Biēnio expedirentur, pro quo faciunt notata per Marcheſ. in tit. de commiſſ. prorogat. fatal. nu.23. & ſeq. qui licet referat Abb. & alios dicentes quod inſtātia

de

Digitized by Google

de iure Canonico ſit perpetua, tamen ibidẽ fatetur quod ẽt in Curia Romana ſolet per Summum Pontificem prorogari huiuſmodi inſtãtia, quod tamẽ neceſſe nõ eſſet fieri, ſi nunquã periret, de quo vide Couar. in c. quãuis pactũ §. 1. 2. p. vbi ipſe contendit non eſſe diſcrimen inter vtrumque ius ciuile, ſcilicet, & canonicũ, immò inſtãtiam iure Pontificio per lapſum triennij perire, & ibi ad eius opinionem allegat Fulgoſ. & Iaſ. in d. l. properandum in prin. col. fi. & Rom. conſ. 220.

Hodie vero iure nouiſſimo ſtatutum eſt in Sacro Cõc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 20. oẽs cauſas ad forum Eccleſiaſticum pertinẽtes, etiam beneficiales in prima inſtãtia coram Ordinarijs locorum infra biẽnium à die motæ litis terminandas eſſe alioquin vnicuique ex litigãtibus licere Superiorem adire, & ita prædicta tenet Gonz. Suar. de Paz. in ſua prax. in tit. de inſtant. Adnot. 2. n. 9. & præſertim n. 12.

Et facit ẽt aliud c. S. C. T. ſeſſ. 25. c. 10. in fin. vbi admonet Sancta Synodus tam ordinarios, quam alios quoſcumque Iudices, vt terminãdis cauſis quãta fieri poterit breuitate ſtudeant, ac litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicij differẽdæ modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

ADDIT. AD XII. DECISION.

QVando apparet de titulo iniuſto, & inualido ceſſat bonafides, & impeditur præſcriptio quælibet vltra Vide Gratian. in diſcep. forẽſ. c. 441. n. 17. vbi ait quod ſtãte inualiditate tituli ſuccedit mala fides, quæ non admittit aliquã præſcriptionem ẽt temporis immemorabilis, & ibi plures allegat, vnde n. 18. ait cauẽdum eſſe in practica ne allegãs præſcriptionem ex poſſeſſione tẽporis immemorabilis adducat aliquem titulum, quia ſi appareret illum eſſe putatiuum, vel inualidum detegeretur mala fides, & nulla præſcriptio iuuaret.

Item immemorabilis requiſita ſunt, quod teſtes deponãt de viſu per 40. annos, & de auditu a ſuis maioribus, q ab alijs audierunt, & quod ipſi nec maiores ſui nunquã viderint, nec audiuerint contrariũ, & de publica voce, & fama p verbum (fuit, & eſt) glo. in c. 1. de præſcrip. in 6. Aldouiſius Summus Gregor. XV. Pontifex Maximus dec. 196. vbi Additio in lit. A, allegat Seraph. dec. 1102. n. 2. & dec. 1450. n. 2. Verum addit quod illud requiſitum quod maiores non viderint, vel audiuerint contrarium nõ ſit neceſſarium ex Rota ibidem allegata, & Couar. in c. poſſeſſor 2. p. pre lect. §. 3. ſub n. 7. verſ. hoc autẽ vltimum, & ſubdit deduci ex ſenſu, & mente dictę Gloſę.

Et quòd teſtes deponẽtes de immemorabili debeãt concludere, & eſſe cõteſtes in requiſitis dixit idem Aldouiſ. in dec. 252. n. 3. & dec. 434. n. 11.

Et licet Molina de primogen. Hiſp. lib. 2. c. 6. n. 34. teneat non eſſe neceſſe quod teſtes oẽs deponãt de omnibus requiſitis immemorabilis, ſed dicit ſufficere quod vnus deponat de vno, & alter de aliquo requiſito in contrariũ tñ tenet Rota, nimirum eſſe neceſſe, qđ quilibet teſtis deponat de omnibus requiſitis, & quod non fiat cõiunctio, ſi vnus deponat de vno, & alter de alio Mãtic. dec. 289. n. 4. vbi in ſpecie reprobat Molin. Mariſcot. var. reſolut. lib. 2. c. 100. n. 10. & eo ipſo quod teſtis deficit in vno ex requiſitis immemorabilis nõ probat immemorabilẽ, Rota deciſ. 557. ante fi. p. 4. in recent. inter impreſſas nomine Farin. Add. vlt. ad dec. 252 Sanctiſſimi Greg. XV.

Quod autẽ teſtes deponẽtes de immemorabili debeãt eſſe ætatis annorũ 54. dixit benè Sanctiſſimus in dec. 298 n. 1. & 2. vbi Add. in litera A. dat rationẽ cõcludẽtem, quia cum deponerẽ debeant de viſu de 40. annis, neceſſe eſt, quod de tẽpore, quo videre cęperunt ſint doli capaces, & proinde 14. annor.

ex

Digitized by Google

ex Farin. d.dec.557. in fine p.4. & neceſſe eſt, quod de tempore dictæ ætatis præciſe,& concludenter appareat, per text. in l.mater, C. de probat. & alios quos allegat, & dixit Sanctiſſimus d. deciſ. 298. num.2.

ADDIT. AD XIII. DEC.

TErminus iſte ad conſulendum eſt diuerſus à termino, quem vocant Vltramarinum iuxta Ritum in c. 171. vbi loquendo de termino probatorio ait, Si vero probationes ſint extra Regnum faciendæ expectetur per ſex mẽſes, &c. de quo alias fuit deciſum in cauſa Illuſtriſs.Marchionis Hieraci,vt infra dec.107. in fine: terminus autem ad conſulendum eſt arbitrarius Iudici ſecundum locorum diſtantiam, facti qualitatem,& circumſtantias, quæ tũc temporis euenire cõtingerent, in quibus terminis Iudices benè aduertere debent, quia vt plurimum peti ſolent potius ad protelandum cauſarum expeditionem, Et quando concedi debeat terminus ad conſulendum, latè Maſtrill.dec.116.per totam.

Quemadmodum etiam in cauſis feudalibus datur terminus menſis vnius ad diſputandum poſt aperta puncta vtriuſque partis aduocatis. Prout dixit Pet.de Gregorio de iudic.cauſ.feudal. q.15.n.4.Mut.ſuper Rit.134.n.25. Intrigl.de feud.to.2. art.95. nu.4. vt diſcuſſis cauſæ meritis magis verius eluceſcat. Prout firmat benè Giurb. deciſ. 68. n. 2. vbi n.7. ait, prædicta intelligenda ſunt parte petente, & ſic refert fuiſſe deciſum. Quæ opinio mihi videtur magis tuta, non obſtantibus ijs, quæ in diuerſis Tribunalibus diſputatum vidi.

ADDIT. AD XIV. DEC.

ADde quæ ſuper huiuſmodi materia ſcripſi infra dec. 127. vbi late dixi quomodo onera accollata in ſecũdo decreto computentur ad euitandã, ſeu inducendam læſionem enormiſſimã,& ſecundum illam deciſionem ſunt intelligenda ea, quæ hic ſunt deducta.

ADDIT. AD XV. DEC.

CAuſa feudalis, quæ dicatur vltra hic deducta vide D.Octau.Corſettũ in conſ.vltimo vbi Add.Ill.D.Petri Corſetti eius filij ad præſens meritiſſimi Regentis in Supremo Italiæ Conſilio, & notata per Maſtrill.dec.217. nu.28. & ſeq.vbi n.33. allegat Dominũ de Corſett.Scrader.Roſental. & alios, & cauſa quoquomodo tangens feudum an dicatur feudalis, latè ſcripſit Mut.dec. 70. per tot. Et nouiter Scipio Rouit. conſ.12.n.7. vbi ait quod ad faciendã rem feudalem non ſufficit aſſertio partium, ſed requiritur ſententia Iudicis. Et ad propoſitum benè Camill.de Medic.conſ.117.per totum,& præcipuè n. 4.& remiſſiuè loquẽdo Graſſ. de effect. cleric.effect.1.n.744. fol.mihi 217.

ADDIT. AD XVI. DEC.

DE iſta Concluſione, quòd quando Princeps dicit M. C. prouideat non intelligatur conceſſa reſtitutio in integrum, ſi aliàs concedi non debeat, vel petenti non competat non dubitatur amplius,& eſt apud omnes indubitatum, quia prouiſio principis, quod Iudex iuſtitiam faciat idem eſt, ac ſi diceret, fiat id quod iuris eſt, prout dixit benè Bald. in cap.cum veniſſet nu. 2.de teſtib.& DD. omnes in l.iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur. Milanenſ. deciſ.20. nu.45.par.1. Franch. deciſ.700.Giub. deciſ.41.num.6. & Maſtrill. deciſ.178. num.13.lib.2.& deciſ.228. num.6.lib. 3. vbi latè ad materiam, & in fine dec. ait ita vidiſse iudicatum in pluribus cauſis. Vnde apparet ſemper quòd attendi debet id quod de iure fieri debet non obſtantibus dictis prouiſionibus Principum.

ADDIT. AD XVII. DECISION.

ADde quæ ſuper huiuſmodi materia in l. non quẽadmodũ ff. de iud. Scripſit loquẽdo in his, quę pendẽt à futuro euentu, quod iudiciũ nõ ſit permiſſum. D. Paul. Staiban. cõſ. 81. nu. 37. & 38. Sed in pũcto noſtro quod cõprehenſi in inueſtitura, vel in fideicõmiſſis poſſint ẽt pendẽte conditione, & antequã ſit apertũ feudũ, vel fideicõmiſſum agere, vt eueniente caſu declaretur ſibi jus competere dixit Oliuer. Beltramin. in addit. ad deciſ. Sanctiſſimi Pap. noſtri Gregor. XV. dec. 418. n. 14. vbi refert ſic fuiſſe deciſum Rot. Roma. & n. 19. allegat Couar. Molin. de Hiſpa. primog. Peregr. de fideicom. & alios.

Vide etiam quæ ſuper 3. puncto dicitur non ſit neceſſaria excuſſio quando conſtat principalem debitorẽ nihil habere in bonis vltra ibi allegata n. 51. dixit limitãdo Stafil. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 2. c. 2. n. 20. fol. mihi 101. & dixit Neguſant. de pignorib. & hypotec. 1. membr. 8. p. n. 14. Carroc. de excuſſion. bonor. p. 2. q. 35. & poſt infinitos Giurb. dec. 57. n. 11. vbi nu. 13. ex Roland. Neguſant. & aliis ait excuſſionem non eſſe neceſſariam ſi parui aut nullius momenti eſſent bona contra quem diſcuſſio facienda foret.

ADDIT. AD XVIII. DECIS.

QVando poſſint alienari res ſtabiles minoris, ſi hoc vertat in ſui vtilitate, vide quæ in ſimili dixi dec. 152. nu. 104. & ſeq. vbi agitur de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, ſed in alienatione bonorum minoris, vide Gratian. in dec. forenſ. c. 570. n. 13. & ſeq. & deciſ. 182. n. 2. & eſt magiſtrale conſil. Decian. 20. per totum vbi ponit cauſas quando bona minorũ poſſint alienari, & quę ſolẽnitates requirantur, & dixit Simonc. de decret. tit. 11. lib. 1. nu. 1. & ſeq. vbi infinitos allegat. & Oliuer. Beltramin. in addit. ad deciſ. Greg. XV. deciſ. 299. n. 6. vbi ait, quod vt alienatio fideicommiſſi poſſit ſubſtineri facta ex cauſa ſoluẽdi ęs alienũ duo concurrere debent. Primò quod non adſint alia bona libera. Secundò, quod conſtet pretiũ fuiſſe conuerſum in ſolutionem æris alieni allegat Peregr. Gratian. Gabr. & alios Item ait eſſe neceſſe, quod vrgeant creditores hæreditarij, & quod habenda ſit conſiderationem pro modico debito alienetur res magni valoris, nec poſſunt immobilia alienari quãdo adſunt mobilia, ex quibus debita ſolui poſſunt, & ſic refert fuiſſe deciſum in Romana fideicommiſſi in anno 1618. coram R.P.D. Remboldo.

ADDIT. AD XIX. DECIS.

AD materiam reconuẽtionis, vide Giurb. dec. 2. & 3. vbi bene plures allegans loquitur, & dixit Mut. ſuper Rit. c. 99. nu. 8. vbi ait, quod quando vna cauſa eſt ſummaria, & alia ordinaria, non eſt locus reconuentionis, quoad effectũ ſimultanei proceſſus, ex adductis per Viuium in communi opi. in verb. recognitio, & idem repetit ex Marant. diſtinct. 6. num. 5. & ſeq. fol. 139. deciſ. 12. nu. 22. & bene Maſtrill. dec. 41.

Et quod huiuſmodi reconuentio nõ admittatur in cauſa appellationis, ex Saray. in addit. ad Roman. ſing. 781. dixit Adrian. Neguſant. conſ. 185. n. 20

ADDIT. AD XX. DECISION.

VIde Gutierr. de tutel. cap. 18. vbi determinat quòd non remouetur tutor datus à patre etiam quòd ſit ſuſpectus, ſi pater non ignorauit per tex. in l. in confirmando iuncta l. vtilitatem, ff. de confirm. tut. tanta enim eſt præſumptio, quam habet lex pro conſilio patris erga filios text. in l. amiciſſimos in princip. ff. de excuſ. tu-

tutor. Et firmat Conuerſan. ad titul. de tutel. §.3.n.3. vbi ait nititur autem hęc lex iuſtiſſima ratione conſilij Paterni quod præſumitur filio ſaluberrimū, & in tit. de ſatiſdatione tutor. §.1. nu. 18. vbi ait quod in tutore dato à Patre nō requiritur ſatiſdatio, cum pro ſatiſdatione ſufficiat paternū teſtimoniū. Qđ tamē limitatur, quādo noua cauſa ſuſpitionis emerſerit poſt mortē teſtatoris, tūc n. tutorem à patre datum iudex confirmare non debet allegat Cald. Pereyr. in 2. p. tract. de in integr. reſt. fol. 1141. ſub n. 116. col. 2. verſ. qđ in praxi. & idē firmat Gutier. d. c. ſub n. 23. & Conuerſan. in d. tit. de ſatiſdat. tutor. n. 21. vbi ait, id tamē quod diximus Tutorē à Patre datum non teneri ſatiſdare, limitādum eſt niſi noua cauſa quā Teſtator veriſimiliter ignorabat moueat Iudicē ad exigendā ſatiſdationem, vt ſi datus tutor poſt teſtamentum appareat pauper, aut non ita fidelis cū antea reputaretur diues, & fideliſſimus. Cum non tātum tribuendum ſit errori paterno vt minoris vtilitas prætermittatur. Et idem firmat Montan. de tutel. c. 32. regul. 7. num. 93. Et de aduentu nouæ cauſæ Tiraq. latè de pęn. temperand. in præfat. nu. 25. & ſeq.

ADDIT. AD XXI. DECIS.

AEſtimatio an in omni caſu emptionem faciat. poſt omnes, vide Frāciſcum Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 57. per totā vbi ad partes examinat quęſtionem, & quod æſtimatio arguat venditionem, dixit Mut. dec. 34. n. 21. Et qđ æſtimatio in dote non facit emptionē quādo alias ſenſerunt contrahentes dixit Maſtrill. dec. 238. nu. 64. Et ad materiam benefacit dec. Gregor. XV. 573 n. 4. & 5. ibi additio nu. 16. Vbi quod quādo dos eſt data æſtimata, talis emptio facit venditionē, & transfert dominium bonorum dotalium in maritū, ex Surd. & Hond. ait ita ſæpius in Rota fuiſſe deciſum. Et ſubdit quod ſi cōſtaret, quod ęſtimatio fuiſſet facta ad aliū effectū recederetur à regula ſupra firmata, & hoc caſu cēſetur æſtimatio facta ſolū ad effectū ſciēdi valorē, & ibi latius tractat materiā. Et vide Teſaur. in ſuis quæſt. foreſ. lib. 3. q. 21. Et ratio eſt ex prædictis eſt, quia æſtimatio ſuccedit loco rei, & rem ipſam repræſentat. Prout alios allegās dixit Giurb. dec. 114. n. 12. vbi ex Menoch. conſ. 1166. n. 9. ſubdit, qui enim pretium pręſtat, & ſoluit rem præſtare, & ſoluere videtur. Et benè ad propoſitū facit Ricc. collectan. 829. vbi loquit̃ ſuper text. l. quoties C. de iur. dotiū, & ponit multas limitationes ad regulā quod æſtimatio rerum dotalium nō faciat emptionem. Et inter alias limit. 2. ait ſi ęſtimatio ſolum fieret ad effectum ſciendi valorem rei, quia tunc non facit emptionem, & ſic periculum non tranſit in virum, vt in puncto ſic refert fuiſſe deciſum per Rotam Romanam.

Et in dubio æſtimatio potius pręſumitur facta ad ſciendum rei valorem, quam ad inducendam emptionem.

ADDIT. AD XXII. DECISION.

DE iſta noſtra deciſione ſcripſit D. Garſias Maſtrill. deciſ. 124. lib. 2. Et in tantum vera eſt illa cōcluſio, qđ Tutor, eiuſq; hęredes tenentur reddere rationèm adminiſtrationis, prout firmat Gutier. de tutel. & curis p. 3. c. 1. n. 2. & ſeqq. Montan. in eod. tract. c. 33. nu. 55. & Conuerſan. ad titul. de Attilian. Tutor. n. 15. Quod nullis fere cautelis effugi poteſt quominus reddatur etiam ſi à tali ratione reddēda tutores, vel curatores, alienæ perſonæ, quæ ad eam tenentur à teſtatore fuerint abſoluti. prout ex pluribus firmat Gutierr. vbi ſup. n. 32. verſ. ſolū ergò, & Mōtan. c. 38. à n. 26. vſq; ad n. 46. Cōuerſan. vbi ſup. n. 26. & Cardin. Tuſch. pleniſſimè concl. 457. n. 1. verb. Tutoris & Curatoris liberatio, & cōcl. 328. verbo liberatio relicta per teſtatorem nu. 1. & ſeq.

Digitized by Google

Et prædicta ẽt procedunt,ẽt ſi fuiſſet relicta tutrix mater pupilloꝝ, & teſtator eã liberaſſet ab omni adminiſtrationis computi redditione, nã ſi nõ feciſſet inuẽtarium, cẽſeretur in dolo, & liberatio non ſe extẽderet ad dolũ, put eſt pulcrum, & magiſtrale cõſ. Paul. de Caſtr.445. n.5. lib.2. vbi ait quod pp relictum liberationis factum tutrici de reddẽda ratione,non cenſetur remiſſus dolus futurus, nec damnum, quòd ratione doli contingeret.

Quæ fortius procederẽt, ſi eſſent in damnum, & prerniciẽ ſubſtitutorum, ẽt ſi tutores habuiſſent quietationem, ſeu liberationẽ ab hærede vniuerſali, ea non obſtãte ſi adeſt dolus, poſſunt ſubſtituti,ſeu fideicommiſſarij rationẽ de nouo petere,prout in puncto firmat Paul.de Caſtr.d.cõſ.445.tit.3.verſ.vltimo notandum eſt,& firmat ẽt Tuſch. cõcl.328.n.32.& 33.verb.liberatio relicta teſtatori. Et ratio eſt,quia generaliter pacta repudiationes diuiſiones trãſactiones arbitramenta, & quæcũq; remiſſiones factæ per actus voluntarius de fideicommiſſo, & ſuper fideicõmiſſis perſonas paciſcẽtium non egrediuntur ad præiudicium ſubſtitutorum, nã conſtat priuatis portionibus ius cæterorum non lædi ſic arguit tex. in l. Imperatores ff.de tranſact. vnde infertur trãſactionẽ inter hẽredẽ ſcriptum & legitimum non præiudicare fideicõmiſſariis legatarijs in iure ſuo, prout eſt tex.in l.ſuſpecta §.fin.ff.de inoffi. teſta. & l.2.& 3.C.res inter alios acta & in c. veniens extr.de tranſact.& in ſpecie,vt p actus voluntarios hæres præiudicare nequeat fideicommiſſariis & ſubſtitutis dixit ex Ruin.Rip. Menoc.Perrett. Ceſal.Sfort.Odd.Becc.& alijs Peregr. de fideicom.art.52.n.81.

Et in maxime prædicta procedunt ſi ſubſtituti ſuccedunt in tota hæreditate fideicommiſſo ſubiecta. Nã fideicommiſſarius vniuerſalis facta reſtitutione dicitur hæres & in eum trãſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ omnia iura quẽadmodum habebat hæres Vniuerſalis eſt text.in §. Reſtituta inſtit. de fideic. hæred.& Roland.à Vall. in tract.de inuentar.diuerſ.q.34.n.4. & q.178. n.4. Tuſch.latè concl. 266. verb. fideicommiſsarius n.1.to.3.

Nec ſufficit præſentatio computorũ facta à tutoribus & minoris liberationẽ iurata ad fauorẽ tutorum,nã his nõ obſtãtibus poſsunt tutores iterum cogi ad computi reditionẽ, nã vt talis liberatio iuuet nõ ſufficit confuſio, ſed requiritur factum exibendo volumina tradendo cautiones inſtrumenta inuẽtarium, & alia ad tutelam pertinentia, afferendo actualiter rationes legendas percontandas, & diſpungendas, non confusè, & in folle,ſed explicitè,& diſtinctè quicquid reliquum fuerit ex ſol uendo,quæ omnia ſi non concurrãt,nõ dicitur adminiſtrator bonã, perfectã, & tutã rationem tradidiſse, vnde meritò iterum poteſt cõueniri. Ita ex pluribus Guttier.de iurament. confirmat. p.1.c.40.n.7. vſque ad 26.tit.de tutel. & cur. p.3.c.1.nu.69. Galganett.de tutel.& cur.lib.3. q.59. à n.4. vſq; ad fin. Montan.eod.tract. c.38. nu.93.& ſeq. Conuerſan.ad tit.de Attil.tutor. n.45. Intrigl.dec.17. nu.3. Gratian. benè c. 563.n.30.& ſeq.

His adde Felic.de Societ.c.38.n.62 Paſqual.de virib. patr.poteſt. p.3. c.9. nu.3. Plot. in l.ſi quãdo de iureiur. vbi quomodo liber rationis fieri debeat, & vide Coſt.de fact.ſciẽt.& ignor. inſpect.6.n.21.Farin.cõſ.96.n.6.& Aſol. in conſtit.Sabaud.tit. de mino. gloſ.5. tit.3.Mut. dec.84. nu.16. & ſeq. & faciunt dicta per Menoch.de arbitr. caſu 209. in fi.

Et quod ſi non adſit dolus,ſed error tãtum,tutor non teneatur iterum reddere rationẽ maximè ſi habuerit quietationẽ à pupillo,dixit Gloſ. in l.3.§. 1. in verb.liberationẽ ff.de cõtrar.& vtil. rat.tute.quam adducit Caſtr. cõſ.342. Aduertẽdum eſt i proprio lib.1.Tiraq. de ll.connub.poſt leges Gl.3.n.7. Dec. conſ.94.n.4. & quòd nõ ſufficiat dolus pręſumptus,ſed requiratur verus dolus di-

dixit Soc.cōſ.92.n.4.& ſeq.lib.4. poſt Bar.in l.2.in fi.C.de iur.fiſc lib.10.Menoch. de arb.caſu 209.nu.37.& ſeq.& cōſ.22.n.17.Hond. cōſ.34. n.35.lib.2. Theſaur.dec.260.Azeued.l.22.titu.6. lib.3.recopil.nu.4. Add.ad Greg. XV. dec.136.n.5.Farin.conſ.96.& maximè num.31. ſi adeſt rectificatio,& Muñoz Eſcob.de Ratioc.c.41.n.30. vbi quod ſi in ratiocinio ſint aliquæ partitæ erroneę,non propterea tota ratio iterū reddēda eſt, ſed tātum partitæ erroneæ reuideri, & retractari debēt, quæ omnia fuerunt diſcuſſa in M.R.C.in cauſa vertēte inter D. Vitam de ferro vxorē D. Euſtachij, & conſort. contra Petrū del Nobile Ciuitatis Drepani, & quia cōpertum fuit ex ratiocinio pręſentato dictum del Nobile nō tenuiſſe computa, put de iure tenebatur,& in multis partitis ratiocinij præſentati non adeſſe diſtinctionē introitus, & exitus cum annotatione menſis,& anni, & multas pecuniarum quantitates fuiſſe expenſas ſine præſentatione cautelarū, ipſumq; del Nobile tutorem fuiſſe conductorē cuiuſdā territorij ipſorum pupillorum ſine debitis ſolēnitatibus; Ex quibus omnibus nō ſolum error in aliquibus partitis arguebatur, ſed tutorē prædictum malè ſe geſſiſſe contra expreſſam iuris prohibitionem, Ideo die 4. Maij 7.Ind.1624.fuit deciſum,quòd habitis pro reſciſſis actis quietationum,& earum ratificationibus,declaretur Actoribus nullā obſtare exceptionem,& qđ dictus del Nobile conuētus condēnetur, & cogatur ad reddendum iuſtum, & legale computum tutelæ,& curæ per eum adminiſtratæ vnà cum reſtitutione reliquorum iuxtà formam Iuris.

ADDIT. AD XXIII. DECISION.

IN nouiſſimis Conſtit. Illuſtriſs. & Excell.Comitis Caſtri editis in an. 1618.§.51.determinatur per hæc verba formalia. Le reſtitutioni probatorie ſi diano conforme al rito,ne in queſto il Giudice habbia altro arbitrio,tamen non obſtante prędicto ſtatuto ſeruatum ſemper vidimus,quòd tertia reſtitutio ex magna cauſa ſemper fuit cōceſſa, quia Ritus hoc non excludit, & in materia praxis terminorum, & cōficiendi proceſſum ſtylus Curiarum ſemper attēditur,vt poſt alios dixerunt Cumia ſuper Ritu in eius prælud.n.50.& ſeq.vbi firmat ex pluribus,quod ſi praxis,& ſtylus reſpicit ordinem iudiciarium omninò pro forma ſeruari debet, & idem firmat c.88.n.21.f.mihi 405.& idem firmat Maſtrill.dec.247.n.24.& dec.287.n.60.lib.3.& ex pluribus dixit Camill.Borrell.in ſumm.dec.in tit. 13.de conſuet.ſtyl. & ſolit.n.104.

In tantum quod dicunt plures DD. quod ſententia lata contra ſtylum Curiarum eſt nulla. Prout refert Camill. Borrell.vbi ſup.n.107.& Giurb.dec.68 n.4.& n.14.dicat quod ex difformi, & varia modo procedendi ſtylus non inducātur,prout firmat ēt Borrell.vbi ſupra n.109. quamuis nu. 108. refert aliquos contrariū tenentes.Tamen n.110 firmat, quod tunc quoad deciſorias ſtylus ſeruatur,quando apparet eſſe probatū per ſcripturas, aut plenè parte citata. Qui ſtylus inducitur ſpatio decē annorum,prout dixit Gratia. dec.237. nu.25.& Borrell.vbi ſup. nu.111.& de eius requiſitis vide Gratian.d.dec.237 n.18.& ſeq.vbi bene ad materiam.

Et quando reſtitutiones competant in cauſis ſummariis vide Maſtrill. dec. 237. per totam.

ADDIT. AD XXIV. DECISION.

IVxta prædictā deciſionē fuit exinde facta conſtitutio per Illuſtriſs.& Excellentiſs. Comitem Caſtri cum voto Sacri Regij Conſilij in anno 1618. vt ſæpius diximus,& ſub §.21. determinatur quod inſtrumētum habeat viā exequutiuam,& exequatur tam ad inſtantiam, quàm contra fideicommiſſarium vni-

vniuerſalem, & ſic in Regno de hoc amplius non poteſt dubitari. Et ſecundum prædicta refert ſic fuiſſe per duas vices iudicatum per Maſtrill. dec.122. per totum, & ratio prædictorum eſt, q̃a fideicommiſſarius vniuerſalis facta reſtitutione dicitur hæres, & in eum tranſeunt actiuè, & paſſiuè omnia iura, quẽadmodum habebat hæres vniuerſalis. Prout vltrà ibi notata dicit Roland. à Vall. in tract. de inuentar. diuerſ. q.34 n.4. & q.178. n.4. & Tuſch. latè concluſ. 266. verb. fideicommiſſarius n.1. to.3.

ADDIT. AD XXV. DECIS.

AN ex reſtitutione dotiũ facta conſtante matrimonio, transferatur dominium verum in vxorem, vide notata in fi. dec.110. maximè n.8. lib.2. & Giurb. dec.24. & 26. n.2. & ſuper conſuet. Meſſa. c.15. gl.2. n.4. & Paſqual. de patr. poteſt. c.9. n.28. ad materiam vide Gratia. diſcept. forenſ. c.405. & 489 n.16. & ſeq. & diſcept. 660. n.14.

Et quando habeat locum reciproca ſubſtitutio, & inducatur, vide not. in fi. dec.153. n.55. & ſeq. lib.2. & nouiſſime Mart. in ſum. ſucceſſ. legal. p.1. q.9. art. 5. vbi ex multis concludit illa tria neceſſariò requiri ad reciprocam ſubſtitutionem inducendam. Primo, quòd illi inter quos prætenditur inducta ſint vocati. Secundò, q̃ ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti. Tertiò, quòd in tota hęreditate, vel in omnibus bonis facta fuerit, & quòd tria hæc copulatiuè cõcurrant, & n.7. concludit quod ſub conditione poſiti cenſentur vocati, ſi eadem viget ratio reciprocè ſubſtituendi, & vide notata per Odd. Sfort. de fideicõmiſſ. per alienat. prohib. inducend. q. 11. art. 8. nu. 286. & ſequent.

ADDIT. AD XXVI. DECIS.

EX conſtitutionibus nouiſſimis Excell. D. Comitis Caſtri inſtrumentum hẽt viam exequutiuam infra decẽnium tantum, etiam quòd in eo adeſſet pactum quòd quandocumq; poſſit agi via exequutiua, reſtringitur .n. ad decennim, licet intelligatur interruptum, & ꝑpetuatum ad aliud decẽniũ, adimpleta exequutione in totum, vel in partem, vt habetur in dicta conſtitutione §.21. verſ. l'inſtrumento, & verſic. il detto decennio.

Quo verò ad moleſtiam, quãdo verè dicatur illata vide Giurb. deciſ.100. & an ex ſimplici libelli oblatione Gomes in §. pęnales Inſtit. de Actiun. num.26. Alex. cõſ.52. vol.2. et cõſ.73. vol.3. An vero requiratur etiam ſentẽtia, vt res dicatur euicta & moleſtia ſubſequuta, Toming. dec. 300. p.2. Rot. Rom. dec. 451. quã refert Ricc. collectan. 1547. Et an oporteat ſententiã eſſe exequutioni demandatã, et poſſeſſionem ablatã vide Fab. de Ann. conſ.15. Miſinger. obſeru.36. cent.1. & quid quãdo in inſtrumento obligatorio dictum ſit, lite aliqualiter mota, emptorem poſſe agere ꝓ euictione Theſaur. dec.102. Magon. dec. Florẽt.93. Et ad materiã Vide Intrigl. dec.8. n.9. Cuman. conſ.51. n.3. in fi. & Menoch. cõſ.230. n.78. et ſeq. et q̃ bona minoris poſſint alienari, ſicuti bona fideicommiſſo ſubiecta, quãdo alienatio eſt euidenter in eorum vtilitatẽ, Rodoan. de Reb. Eccleſ. nõ alienãd. q. 20. n.186. dummodo quòd nõ adſit in hoc aliqualis ſuſpitio ſimulationis colluſionis, vel fraudis, vt dixi dec.152. n. 246. p.2. & fatetur Simonc. de decret. lib.2. tit.6. inſpect.9. nu.97. vbi poſt diuerſas cautelas poſitas pro validitate alienationis bonorum pupilli abſque decreto iudicis, declarat non procedere quando detegeretur colluſio.

Quando vero alienatio dicatur in euidẽtem vtilitatem vide adducta per Fab. de Ann. conſil. 38. Bardell. conſil.50. Rodoan. d. quæſt. 20. num. 168. & ſequen. & an ſola vtilitas ſufficiat, vt bona populli poſſint alienari vide Maſtrill. deciſ. 121. lib.2.

AD-

Digitized by Google

ADDIT. AD XXVII. DECIS.

DE teſtibus in vim extremorum, & de poſſeſſione neceſſaria, ſeu detentatione ad hoc vt contractus ſubiugatarius iuxta formam bullæ habeat locũ, ſuumq; ſortiatur effectum contra tertium poſseſsorẽ, dixi infra dec. 192. par. 2.

Et quòd dolo deſiẽs poſſidere habeatur pro poſseſsore vltra prædicta, vide Alex.conſ.96.lib.4.nu.5. & Pharuc. de Pharuc.de iureiur.in tract.to.3. p.2. f. 371.n.4. qui cõcludit probari inditijs, quòd aliquis deſinit dolo poſſidere, & præcipuè ſi alienauit poſt litem motã, & poſteaquã ſenſit eam præparari, vel inſtitui ex Bal. in l. qui petitorio, ff. de reiuendic. Fel.in c.aduerſario col.1.extra de except. & ex multis concludit, q̃ quando quis malitioſè deſerit poſseſſionem rei, ne conueniatur, & ſic malitiam committit in actu derelinquendi poſseſſionem, debet condẽnari vti poſſeſsor, ex l. quod ſi dolo, ff. de reiuẽdic. & eſt text. in l. ſi rem meã, ff. de except. rei iudic. vbi optima glo. in verbo, probaueris Menoc. de præſump. lib.6. prę- ſumpt.64.n.5. Roman.conſ.246. num. 6. & nouiſſimè Ant. Fabr. in ſuis rational.to.2.tit.de hæred.petit.lib.5. tit.3. fol.299. vbi latiſſimè materiam examinat.

ADDIT. AD XXVIII. DECISION.

SEd an Iudex, qui grauauit in vno articulo, poſſit procedere in cauſa principali, vide notata infra dec. 117. p.2. vbi quod Iudex, à quo fuit appellatũ in vno articulo, in tota cauſa eſt ſuſpectus, ſi interloquutoria lata in illo articulo, fuerit reuocata, & articulus ille reſpiciat merita cauſa. Et quamuis Maſtrill. dec.129. præcipuè nu.12. contrarium videatur ſentire dum concludit, quod Iudex, qui iudicauit ſuper aliquo articulo, non eſt ſuſpectus in cauſa meritorum, licet de eorum iuſtitia cognouerit; ibi tamen loquitur de præparatoriis ad cauſam meritorum, vt de pecuniola, & de alimentis, quando agitur de filiatione, vt ibi explicat n. 13. & ſic non propriè de iis, quæ merita cauſæ reſpiciunt; Rurſus non loquitur in dicta deciſ. quando interloquutoria lata ſuper aliquo articulo fuerit reuocata; imò quando nullum apparet grauamẽ.

Et quòd iudicium nullitatis ſit ordinarium dixit Giurb.dec.49.ſub n.4. & nos dec.190.nu.8.lib.2.Maſtrill.deciſ. 125.n.1. vbi n.11. ait hoc fortius procedere quando plura ſunt capita nullitatis, quæ requirũt altiorem indaginem, ſecus verò ſi nnllitas notoriè conſtat ex actis, nec requirit diſcuſſionem, tunc enim ſummariè eſt procedendum, vt idem Maſtrill.deciſ.196.nu.4. & Mut. deciſ.99.n.30.

ADDIT. AD XXIX. DEC.

QVando poſſit mercator ſolitus negotiari cõſequi intereſse lucri ceſſantis, vel dãni emergentis dixi infra dec.112.nu.23.& ſeq. p.2. & vide Crauett.conſ.476.nu.19. verſ.non inficies tamẽ lib.3.Peguer.dec.33. n.12. & ſeq. Caualc.dec.13. nu.36. & ſeqq. Lãcell. Gaul.conſ.123.n.69.& ſeqq. Maſtrill. dec.245.n.54.& ſeqq.Rodriq.de Ann. reddit.lib.1.q.7.n.8.& ſeqq.Pereg.cõſ. 85.nu.8.& 9. lib.2. Rot.Genu.dec.37. n.11.& ſeqq. qui loquuntur etiã in caſu quo peteretur intereſse Cãbiorum, & adeſset aliqua difficultas in illorum cõſequutione vt puta quia litteræ cãbij non reperirẽtur, quia tunc debetur intereſse ratione dãni paſſi, vt latè dixit Lupus in d.l. Curabit §.6.nu.101.cum ſeqq. & ita bis fuiſse deciſum refert d. de Tapia de iur. Regn. Neapol. lib.4. Rub.4.de Cãb.nu.43. & ſeqq. & poſt multos Peregr.d.conſ.85.nu.23.& 24. lib.3.& Rot.Gen.d.dec.37.n.9. vbi q̃d Rota abſque vlla difficultate admiſit iſtam concluſionem, & ita iudicatum per Rot.Rom. teſtatur Virgin.Boccat. in tract.de interdicto vti poſſidetis c.18 n.65.

n.65.tom.3.tract.p.2.fol.313. & ſequitur Scacc.de camb.§.1.q.7. ampl.8. n. 279.& latius §.7.Glo.2.nu.61.& ſeqq. Tuſch.concl.310.n.4.littera i,Ricc.collect.812.& Menoc.conſ.1180. n.16. & ſeqq.Rebuff.in l.vnic.n.79. & ſeqq.C. de ſent.quę pro eo quod intereſt,Surd. de alim.tit.1.q.45.Serafin.dec.946.volum.1.Moedan.dec.208. & ita iudicatũ vidi in aliquibus cauſis grauiſſimis.

ADDIT. AD XXX. DECISION.

DE iſta noſtra deciſione,ſicut etiã & de pluribus aliis noſtris deciſionibus Scripſit D.Garſia Maſtrill.dec.134 p.2.quem videas,licet ipſe cauſam non determinauerit,& vide Giurb. dec.67. n.4.vbi ex c.Ritus 135.concludit,quòd denegatis defenſionibus à ſtatuto, denegatũ eſt ẽt in integrum reſtitutionis remedium & allegat Parlad. rer. quot. lib.2.c.fi.p.5.§.11.n.54. quia ſublata defenſione,omne iuris remedium ſublatum cenſetur ex Bart. in l.1. §.parui ff. quod vi aut clam, quẽ in hoc omnes ſequuntur,Teſte Alex.conſ.94. num.4. vol.4.

Et an ſtãte prędicto ſtatuto competat reſtitutio in integrum ratione minoris ætatis vide Giurb.d.dec.67. nu.54. vbi negatiuè concludit,& fortius,quãdo dubia,& incerta iniuſtitiæ redditur probatio ex Dec. conſ.564.cum Reſtitutio ſine læſione non competat Pute. in epitom.dec. poſt deciſiones impreſſ. deciſ.3. titu. de reſtitut. in integrum & Gratian. diſcept.forenſ.cap.738.num. 74. Quando vero prædicta reſtitutio minori admittatur, & in quibus caſibus, vide nouiſſimè Ricc. in ſuis collect. deciſ. par.1. collect. 186. & 188. & par. 4. collect.883. qui alios allegat.

ADDIT. AD XXXI. DECISION.

REconuentio coram iudice appellationis non datur vt ſupradixi,& cõmunem refert Scacc.de appellat.lib.3. c.2.q.11.n.31.vbi allegat.plures,& pręſertim Rotam dec.1.& alias 61.de mut. petit.in antiqu.& Card.Tuſc.in littera R, concl.61.n.20.lib.6.vbi dat rationẽ quia non attenditur facta ex interuallo poſt litem conteſtatam cum aduerſario c.1.vbi Felin. qui teſtatur de communi de mut.petit.poſt Bal. in auth.& conſequenter C.de ſent.& interlocut. Bar.in l.nec Scripturas, C.de compenſat. Carauit.ſuper Rit. M.R.C. tit. 67. nu.10. Guid.Pap.deciſ.436. n.102.ex ſpecul. in tit. de Reconuentione §. nunc dicamus verſic. ſed numquid coram Iudice; Tepat.variar.ſent.vol.1.tit.148. de Reconuent.c.2. verſ. In cauſa appelletionis fol.mihi 276. Quia reconuentionis priuilegium non poteſt facere competẽtem iuriſdictionem eam,quæ alioquin ex ſe eſt incompetens Fabr.de cõiectur.lib.20. c.7.

ADDIT. AD XXXII. DECIS.

QVòd mater licet ſit tutrix non impediatur agere,& petere eius, dotes vltra prædicta vide adducta per Mõtan.de tutel.c.38.n.133. Guttier.de tutel. p.2.c.9.n.52.Maſtrill.dec.389. per tot. Muñoz de Eſcobar de ratiocinijs c.21.n.27.29.&30.vbi ex Molignat.de retentio.q.41.dicit,quod ſtante renuntiatione omni legum auxilio, intelligitur etiam renuntiata diſpoſitio textus in l. vnica §. Taceat ff.de rei vxor. act. diſponentis quod aduerſus repetitionem dotis non poteſt opponi compenſatio; Quamuis cõtrarium diſponatur, quando non adeſt prædicta renũtiatio, tunc.n. ſufficit ſola cautio de reſtituendo. vt pluries in Regno fuiſſe obſeruatum,teſtatur Maſtrill.d.dec.nu.15. Sed hæc intellige, quando forte appareret de credito pupilli clare & euidenter

abſque

abſq; vlla tergiuerſatione; tunc enim operaretur renũciatio facta omni legũ auxilio, alias non, ea ratione quia qui petit computa non eſt creditor, & pōt in diſpunctione computorum apparere quod nil ei debeatur ex not. per Alexand. conſ. 192. lib. 7. & Crauett. conſ. 231. n. 1. 2. & 3. & per tempus litis ignoratur quantũ ſit, vel dandum, vel reddendum Vnde cum ſit incertum non eſt impediẽda exequtio cõtractus guarẽtigiati liquidi & certi & maximè dotis ex vulg. Sed notab. doctrina Soc. in l. pecuniam quam ff. ſi cer. pet.

ADDIT. AD XXXIII. DECISION.

DE iſta noſtra deciſione ſcripſit D. Garſias Mattrill. deciſ. 133. lib. 4. qui nõ fuit iudex in prædicta cauſa, ſed illam, ſicut plures alias noſtras deciſiones in ſuis appoſuerit. Et ita etiã ſeruatum vidi in pluribus alijs cauſis, ex præſertim in cauſa domini commendatoris Santi Ioannis la Guilla contra plures detemptores terreni Viridarij de la Cuncuma nuncupati: de qua ſcripſi infra deciſ. 194. & ſeqq.

ADDIT. AD XXXIV. DEC.

DE eo quod parentes communes reliquerũt filiis ſeu de portione contingente ſorori nõ poteſt frater paciſci in eius fauorem. etenim cũ ſoror ſit mulier & conſequenter ſtet fratri ſubdita præſupponi ſemper debet non ex mera voluntate, ſed ex neceſſitate illas renunciationes facere iuxta not. per Vinc. de Frãch. dec. 196. lib. 1. Menoch. de præſumpt. præſumptione 10. nu. 24. & præſumpt. 11. num. 14. lib. 3. & nouiſſimè. Franciſc. Molin. de Ritu nupt. lib. 3. q. 31. per totam, vbi plures adhibet diſtinctiones, & præcipuè num. 3. ex pluribus refert, quod aut ſoror dotatur de bonis proprijs Fratris, & tunc pactũ ad fauorẽ illius valet, adeò vt ſoror de dote prędicta teſtari nõ poſſit; Aut vero eſt dotata de bonis cõibus ipſorum patris, quo caſu & teſtari ſoror poterit, & liberè diſponere Bal. in l. Auia verſ. ex hoc dicto C. de iur. dot. vbi aſſignat rationẽ, quia ſi Frater valeat pactũ de doto ſibi reſtituẽda apponere ſorori, quãdo pater filiæ ſuæ dotem in teſtamẽto reliquit, ius teſtamenti, & debitum natura le minueret. & quãuis Molin. n. 6. videatur concludere quod ſi mulier poſt mortẽ patris dotat de bonis paternis, & ex ijs quæ illius legitimæ portionẽ attingunt, cũ ius integrè ſibi quęſitũ fuerit, poſſit de rebus diſponere, & paciſci eo modo quo ſibi placet, id tamẽ intelligitur, dũ dolus & deceptio abſit vt ibi & q. 1. per totã lib. 3. vel ſi deterior nõ fiat dotis cõdictio, aliter enim pacti ſi nullo modo valeret, vt ex Cancer. lib. 1. var. reſol. c. 8. de donat. num. 88. & lib. 3. c. 7. de pact. nu. 203. & pluribus concludit Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 4. gl. 4. p. 5. n. 180. & ſeqq. & Flauius Amed. in additione ad dec. Frãch. 196. Ac pręcipuè vero quãdo ſoror eſſet enormiſſe læſa vt idem Vinc. de Franch. dec. 119.

ADDIT. AD XXXV. DEC.

QVòd liberatio ſit nulla ſi procedat contra non poſſidẽtem creditore ſciente, alias ſecus, vltra prædicta dixit Giurba dec. 62. & Muta deciſ. 54. n. 7. & 8. qui alios allegat; Et ideo tutius & ſecurius erit quod tertius poſſeſſor citetur, Paz i ſua prax. nouiſſimè impreſſa 4. p. 1. to. c. 2. nu. 27. & c. 1. verſ. octauo quod ſupradicta, Bart. in l. decem, ff. de verb. oblig. & alij, quos refert, & ſequitur Ceuall. pract. quæſt. commu. contra communes quæſt. 820. nũ. 42. & ſeqq. vbi n. 44. ita concludit, & quòd tertius citetur ad tollendas opiniones, & iudicis arbitrium, & hanc teſtatur communem Iaſ. in §. item ſi quis, nume. 84. Inſtit. de action. Huius autem deciſionis, ea poteſt eſſe ratio, quam tradunt omnes, & Cancer. variar. reſolut. cap. 17. de ſentent. & ear. execut. nume. 548. quia videlicet,

C res

Digitized by Google

res inter alios actæ, vel iudicatæ tertijs nocere non debẽt.l.nam ita diuus ff.de reiud. cum ſimil. adduct. per Tiraq. in tit. res inter alios actas alijs non præiudicare C.tol. mihi 103.

ADDIT. AD XXXVI. DEC.

COnteſtatio litis operatur, vt quis dicatur conſtitutus in mala fide, & teneatur ad reſtitutionẽ fructuum vltra allegata ſupra n.4.vide Alex. in cõſ.90 in fi.lib.2.Greg.Lopez glo.7.l.4. tit.14. p.6.& gl.4.l.6.ibidem. Caualc.dec.27. n.69.p.1.in qua pleniſſimè de fructibus quãdo veniãt à die occupationis, vel litis conteſtationis, Canc.variar.reſol.c. 16. de lit. conteſtat. n.67. vbi in fi.quã plures enumerat caſus ĩ quibus fructus veniunt reſtituendi à die occupationis.

Sed dubitatũ vidi an teneatur q̃s ad fructus à die 1.litis cõteſtationis, ſi in cauſa fuerit inſtãtia perẽpta, & iterũ cœptũ iudicium, vel à die 2.litis cõteſtationis vide Canc.d.c.16.n.58. vbi in fine ex Ferrer.3.p.obſeru.c.357. dicit quod perẽpta inſtantia per renuntiationem fructus non debẽtur, niſi à tempore litis vltimo loco conteſtatæ.

Quæ litis conteſtatio non requiritur vbi proceditur ſummariè & ſine figura iudicij vt in Regno ſtante pragmatica, & ita ſeruatur tam in M.R.C. quàm in alijs tribunalibus, & dixit ẽt Gregor. Lopez glo.2.l.5.tit.26.partit.3. & Cumia ſup.rit.c.39.nu.9.

ADDIT. AD XXXVII. DECISION.

SVper iſta eadẽmet noſtra deciſione, quam determinauimus ego cum ſpe collegis meis D. Honorato Caietano & Domitio de Pattis ſcripſit D. Garſias Maſtrill.dec. 167.lib.2.Et iſtis cõdẽnatis perpetuò ad triremes quòd infinita ſit propemodum miſeria, nam inſtar iumẽtorum omni requie ac refrigerio carẽt, & ad continuos, grauiſſimoſq; labores verberibus adiungunt, & interim paſcunt pane anguſtiæ, & aqua tribulationis, ac demũ adhuc viuẽtes quãdam quaſi gehẽnam nõ apud inferos, ſed apud ſuperos patiuntur, ſunt formalia verba Illuſtriſs. Domini Cardinalis Roberti Bellarminij Prælati doctiſſimi & moribus & ſanctitate vitæ eminentiſſimi, in ſuo tract.de gemitu Columbæ lib.2.c.8.verſ.reſtat miſeria 3. fol.mihi 238. Vnde nil mirum ſi huiuſmodi perpetuo dãnatis leges prohibeant teſtamenti factionem actiuam & paſſiuam.

ADDIT. AD XXXVIII. DEC.

TRiplex colligitur ratio ex Doctoribus, cur dotium debeat eſſe præcipua ratio iuxta rex.in l.1. ff. ſol.matr. Prima fauore ſexus muliebris, cui leges fauẽt ꝓpterea ũ imbecillitatẽ, ne ab alijs decipiantur. Secunda ad ſobolem procreandam, & conſeruandã, quã conſeruari vix congruẽter poſſe leges intelligunt, niſi dotibus faueretur, ſine q̃bus onus matrimonij ſubſtineri neq̃t. Tertia ad deprimendã virorum nequitiã, qui vt plurimum eorum vxores obligari faciunt pro eorum debitis, Ideo ll. ſẽper mulieribus fauere ſolent, ne mulieres indotatæ remaneãt. Vnde nil mirũ ſi in caſu prædicto detur optio mulieri, ipſi.n. expediebat, eiuſq; dotibus erat conſultum: & ita declarat Molin.de ritu nupt.lib.3.q.57.nu.34.& ſeq. maritus.n. ſi poſt factã æſtimationẽ efficeret non ſoluẽdo tenebitur reddere bona æſtimata, quinimò poſſet vxor nedũ à marito, ſed ab illius hæredibus, & nedũ ab hæredibus, ſed à quocumq; tertio poſſeſſione vindicare iuxta gl. ĩ l. in rebꝰ verb.æſtimatæ C.de iure dot.& alia ibidẽ per Molin. allegata cõſiderantur enim in hoc caſu res æſtimatæ veluti propriẹ dotales, ac ſi numquã fuiſſent æſtimatæ.

Et quoad reprimendam virorum nequitiã, qui ſolent mulieres obligari facere pro eorũ debitis vltra diſpoſitiones

nes

nes iuris communis fuit facta conſtitutio in Regno §.3.vbi dicitur (le obligationi di Donne fatte per cauſa & in vtilità di loro mariti ſiano ipſo iure nulli non obſtante il iuramento il quale preſumiamo extorto, & in fraudem non obſtante qualſiuoglia renũtie,e certioratione di Velleiano &c.)

Quæ conſtitutio facta in anno 1618 tempore Excell. domini Comitis Caſtri cum exinde in anno 1623. Prorege Sereniſs. Domino Principe Filiberto ageretur vt reuocari deberet propoſitis aliquibus rationibus, ex quibus videbatur lex prædicta Vergere in dãnum ipſarũ mulierum, cõuocato per dictum Sereniſs. dominum Principem Sacræ Regiæ Conſilio fuit determinatum in menſe Februarij dicti anni nullo modo debuiſſe dictam conſtitutionem reuocari, ſed firmã remanere, prout remãſit, & ita votatum, ita quod in aliquibus caſibus, & maxime reſpicientibus earumdem mulierum fauorem ex diſpenſatione Principis potuiſſet dicta Conſtitutione non obſtante prouideri, ipſarumque mulierum neceſſitatibus ſubueniri. Quæ omnia notanda, quia quotidie euenient.

ADDIT. AD XXX IX. DEC.

PRiuilegio l.vnicę C.quando Imper. inter pupill. & Vid.non cẽſetur derogatũ niſi de eo expreſſa ſit facta mentio, Vltra prædicta vide Gratia.diſcep. forenſ.c.182.n.10. & ſeqq. Giurb.dec. 82.nu.4. & dec.42.nu.20. ac nouiſſimè Noua.ĩ prax.de elect. & var.for.dec.28 vbi eandem noſtram ponit deciſionem & Ioan. del Caſtillo ſotto maior controuerſ.iur. c.21. to.1. quòd tamen intelligitur, quãdo non conſtaret de mẽte Principis, tunc enim ſufficiunt clauſulæ Generales etiam ad tollendũ priuilegium miſerabilibus perſonis cõceſſum, vt firmat Gratian.d.c.182.n.13.& Giurb.d.dec.82.n.6. vbi oẽs allegat.

Et quòd vt quis foro gaudeat teneãt ſeruire alias non gaudeat huiuſmodi foro, vide in ſimili in puncto Caualc.dec. 17.p.2.n.30.vbi complures allegat, & Nouar.d.dec.28. n.4.

Et an forus ſuperueniens præſumat̃ in fraudem procuratus? vide text.in c. propoſuit de for.competent.l.ſi quis poſtea ff.de iudic.Maſullus ad Capic. deciſ.86.n.11.vbi ponit plures caſus Pet. Caball. in reſol. crim. cent.2. caſ. 147. per totum quem allegat Paſc.de virib. patr. poteſt. p.3. c.3. nu. 25. & Giurb. deciſ. 23. per totam vbi latè materiam examinat.

ADDIT. AD XL. DECISION.

QVòd ſit neceſſe vbi adeſt capitulũ probatorium apponere in interlocutoria (reijciãtur oppoſitiones) clauſulam quòd teneatur creditor præſtare fideiuſſionem de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, aliter ſecundum decretum interpoſitum erit nullum dixit Bõiorn.in Addit.ad Bertach.verb. decretum p.2.Graſſus de except. except.32. num.154.& ſequ. etiam parte non opponente Marius Mut. ſuper ritu 110. num.10.& ſequ.& ritu 188. à num.21. cum plur.ſequ.& idem, deciſ.17.nu.13. & ſequ.

Et licet Intrigliol.ſing.52. lib.3.contrarium teneat ſi pars non opponat, ſed taceat, tamen eius opinio numquã fuit recepta, ſed contraria, ea ratione, quia pactum de non opponendo operatur, quòd debitor non poſſit deducere eius iura, & maxime de ſolutione, quæ ſuſpẽduntur, vt exinde in cauſa oppoſitoria videãtur, & ſi creditor exigeret pecunias liberè, conuentus etiã quòd non fuiſset debitor cogeretur ſoluere id qđ legitimè non debet, & non poſset repetere eius pecunias indebitè forte ſolutas, quod damnum, & inconueniens euitatur cũ prędicta fideiuſſione Ideo parcat Intrigl. quia eius opinio non eſt vera vt etiã firmauit Muta dicta deciſ. 17.nu.14.

Et nouiſſimè adeſt cõſtitutio Excel-

Digitized by Google

lentiſs. Domini Comitis Caſtri §. 42. per hæc verba, il ſecondo decreto ſia nullo non præſtita la legeria in caſu ſuccambentię iuxta formam interlocutoriæ etiam parte non petente.

ADDIT. AD XLI. DECISION.

ADde vltra prædicta Corbul.de iure emphit.de cauſ.priuat.ob alien. ampliatione 42. nu.6. vbi fatetur hanc eſſe cõem opin. æquiorem, & frequentiori calculo receptam opinionem tam in terris eccleſiæ quàm Imperij, quē & plures alios allegat Maurus Burg. in tractatu de laudim.p.2.q.34.n.5. & ibi Additio allegat hanc noſtram deciſ.& Maſtrill.dec.199.num.8. Coſt.de fact. ſcient.& ignorant.diſt.11.cent.1.n.17. & de part.rath.q.81. num.1. vbi tenet quod pro ratha emphyteuſis alienatæ eſt domino ſoluendum ius laudimij.

Et quod emphyteuſis ſit res diuidua & conſequẽter emphyteuta à parte tãtũ cadat, quàm poſſedit, vide dec. Rot. 125.n.14.impreſſam poſt Tract. Cenc. de Cenſ.& eumdem Cenc.q.3.art.8.n. 1.2.& 3. Ioan.de Amic.de iur.emphyt. q.6.n.6.vbi ex pluribus cõcludit quod etiã irrequiſito Domino,& quouis modo hæredes poſſunt emphyteuſim diuidere. Et q.10.num.13. quod pars tantum ceſſantis incidit in commiſſum, caducitates enim ſunt odioſæ,& qualibet ex cauſa excuſantur, vt idem de Amic. q.1.n.13.& q.78.nu.6.

ADDIT. AD XLII. DECIS.

AD materiam vere Riccium deciſ. 248. to.2.per totã,& faciunt notata infra deciſ.83.& licet in reſtitutione in integrum concedenda contrariũ firmare videamur deciſ. 100. tamen illa deciſio eſt intelligenda & reputanda, rerum notata in præſenti deciſione, vt habeant locum, quando cauſa non eſt introducta & ſcripturæ pendent in tribunali Conſiſtorij S.R.C. tunc.n. & ipſa reſtitutio concedetur per iudicem ad quem,& electio erit petẽtis reſtitutiones Abb. in c.cum ſit generale nu.2. de foro compet. Caualc. dec.2.nu.6.& ita fuit diſcuſſum & per Illuſtriſs.Conſultorem D.Ferdinandum Mattute virum doctiſſimum in cauſa vertente in octauo Franciſcum Galeatio cum Baldaſſare de Victoria, quæ exinde fuit cõfirmata in alio iudicio:& fuit tunc conſiderata doctrina Veſtrij in praxi lib.8. c.3.n.13. Add.ad Cappell.Tholoſ.dec. 393.& Sfort.Oddo de reſt.in integr.q. 32.nu.129.

Item an à ſententia de migrando nõ debetur appellatio vltra prædicta vere Franc. Molin. deciſ. lucenſ. 64. qui alleg.Barz.dec.115.nu.10.& per totam, qui alios adducunt Riccius collectan. 1810.qui noſtram dec.allegat: & dec. 272.n.5.to.2.

ADDIT. AD XLIII. DEC.

PEr Conſtitutiones nouiſſimas Exc. domini Comitis Caſtri §.4. determinatur per ſubſequentia verba (le cõmiſſioni delle cauſe ſtatim ſotto qualſiuoglio clauſule nõ mutino la natura loro circa l'appellatione con tutto che nõ diſſenta vna delle parti eccettuate quelle cõmiſſioni che foſſero fatte abſque prolatione interlocutoriæ nelle cauſe di onze trenta abaſſo nelle quali s'ammetta l'appellatione quo ad effectum deuolutiuum tantum. Ex qua conſtitutione erit aduertendum quod modus procedendi ex commiſſione nõ alterat naturam cauſæ, ſed tantummodo erit conſiderandum an cauſa ſit de comprehenſis in diſpoſitione ritus cap. 133. & in cap.139. dicta enim conſtitutio loquitur de commiſſionibus factis à Principe, & ad tollendum articulos & cauillationes quæ quotidie euenire ſolebant.

ADDIT. AD XLIV. DECIS.

INſtantia perit etiam ſtante impedimento ſi illud tolli poteſt vide deciſ. 47.

47.n.4.& ſeq.quando.n.quis eſt impeditus,vt impedimentum iuuet oportet probare feciſſe omnem diligentiam de faciendo quod facere tenebatur,& qđ non potuerit facere propter tale impedimentum vltra deducta per me in d. dec.47.vide Aſin.in praxi §.2.c.11.nu. 24. Mariſcott.var.reſol.lib.2.c.74.n.5. Cancer.var.reſol.lib.3.c.18.num.110. Giurb.dec.96.n.19.qui alios allegat.

Quando vero reſtitutio in integrũ maiori cõcedatur vltra prædictas dec. Vide Maſtrill.dec.173.n.37.& 38.lib. 2.Gratian.diſcept.forenſ.c.656.lib.4. Ricc.collect.893. per totam vbi ponit omnes caſus,in quibus maiori competat reſtitutio,& quod ea non concedatur ob omiſſas probationes dicimus in l. in noſtra dec.197.n.6.p.2.& n.12.qđ maiori poſt lapſum quadriennij nõ datur reſtitutio & Theſaur. dec. 134.per totam vbi late materiam examinat.

Salarium autem aduocatorũ & Procuratorum ad quam ſummam aſcendere poſſit etiam non facta conuentione ſtante conſuetudine vide Bal. conſ.155 in fi. lib.5.Gratian.diſcept.forenſ.cap. 257.nu.34.& 35.qui alleg. Rebuff.de Salar. glo.3.to.2. Muta ſuper conſuet. Pan.c.69.n.4.5.&vide Alex.conſil.109 lib.6.Tuſc.lit.S, concl.7.nu.14.36.37. & per hæc in M.R.C.fuit deciſum in fauorem V.I.D.Leonardi Moraglia contra Claram Borzone prout etiam fuerat determinatum in Reg.Cur. Præturæ,& hoc die 8.Maij 1624.& ſtante cõuentione iurata circumſcripta conſuetudine vide Seraf.de priuil. iuram.priuil.270.qui late diſcutit materiam.

ADDIT. AD XLV. DEC.

LIber rationum quomodo & qua forma à tutoribus ſit conficiendus dixit latè Gutier. in tract. de iuram. confirm.1.par.c.40.n.1.cum ſeq.& in tract.1.de tutel.lib.2.c.1.& p.3.c.5. & maxime nu.57.62. & ſeq. cuius dicta non repeto.& Galganett.de tutel.lib.2.tit. 2.fol.mihi 82. Eſcobar de ratiocin. c. 20.per totum Cõuerſan.in tit.de actil. tut.§.2. per totum aliàs ſi ratiocinium confuſè & indiſtinctè abſq; appoſitione anni,menſis,& diei confecerit, ex quo concludenter ratio colligi non poteſt dolus arguitur. Sola ſuper conſuet. Sabaud.tit.de minor.gl.5.nu.13. Soc. conſ.159.Roland.conſ.49.n.22.Montan.de tutel.c.38.nu.138.Coſta de iur. & fact.ignor.inſpect.6.n.28.& idem ſi adſunt partitæ quæ non debebant admitti vltra prædictos Eſcobar.in d.tract.c.41.n.7.& ſeq.& n.33.Gutierr.vbi ſup.n.7.

Et per hæc (licet alia plura fuerint diſcuſsa) fuit determinatũ per M.R.C. die 4.Maij 1624.ad inſtantiam d.Vitæ de Farro contra Petrum del Nobile Ciuitatis Drepani, licet ipſe del Nobile tutor habuiſset plures quietationes.

ADDIT. AD XLVI. DEC.

AD materiam bancheriorum vide Maſtrill.dec.135.lib.2.& Bologn.in l.1.C.de eden.quorum dicta non repetam,& vide Giurb.dec.98.n.3.qui alios allegat Vinc.de Franch.dec.303. & præciſe nu.vlt.in fine.

ADDIT. AD XLVII. DEC.

VLtra notata ſupra dec.44. vide ad materiam Sigiſm.Scacc. de appell.lib.3.c.2. q.15.nu.44. & ſeq.& dd. in add.ad d. dec.44.& ibidem Scac.ponit ſex modos quibus appellans impediri poteſt ad proſequendam appellationem,vt ei reſtitutio concedatur videlicet ex facto proprio,ſeu ex impedimento concernente perſonam propriã appellantis, 2. ex facto appellati. 3. ex facto mixto videlicet appellantis & appellati.4. ex facto iudicis.5.ex facto tertij. 6. ex caſu fortuito. de quibus late differit ideo ad eum recurrendum.

ADDIT. AD XLVIII. DEC.

VIrgini competit priuilegium l. vnicæ C.quando Imper. inter pupil. & vid.vltra prædicta dixit Afft. in conſti.

Digitized by Google

ſti.ſtatuimus n.29.q.8.vbi quod magis priuilegiata eſt virginitas,quàm caſtitas, plenè Rebuff. de ſent.prouiſional. art.3.gl.fi.vbi ponit viduas,orphanos, peregrinos,puellam nobilem non nuptam,infantes expoſitos,ſenes decrepitos,non diuites,cœcos,carceratos,cruce ſignatos,de nouo conuerſos,diuturno morbo faticatos item alios omnes, in quibus ratio miſerabilitatis militat Apoſtil.ad Guid.Pap.dec.566. Giurb. dec.82.Ricc.collect.1.verſ.item an habeat locũ in virgine. Fabr.in d.l.vnic. Viu.dec.521.lib.4. Nouar.in prax. variar.& elect.for.q.11.Maſtrill.dec.127. nu.8.p.2. vbi quod de hoc amplius in Regno dubitatur.

Et quòd dictum priuilegium leg.vnicæ concedatur meretrici dixit Vincẽt. de Franch.dec.233.Vbi additio plures allegat,quia meretrix tamquam perſone miſerabilis etiam gaudet beneficio conſtit.& gaudet etiam electionẽ & variar.fori dominus Regens Tapia Conſtit.Regni ſtatuimus n.24.& ſeq. & idẽ Flauius Amendol.in addit.ad Vinc.de Franch.dec.100. & loquitur in vidua, & Virgine,& etiam in meretrice ex Carauita rit.19.n.121.Viu.d.dec.511.n.5 & ſeqq.Gaſpar Antonius Theſaurus in addit.ad Theſ.dec.177.n.1. vbi nu.13. contrarium ſentit quando meretrix nõ eſt pauper,licet contrariũ verius exiſtimem ex not.per Viu.d.dec.521.n.7.& & ſeqq. vbi allegat dictã dec. Theſaur. 177.n.3.& Milanenſ.dec.5.nu.2.lib.2. & alios hæc enim ſicut & viduæ quantumuis diuites dicuntur perſonæ miſerabiles & de meretrice, quia reperitur in tam periculoſo ſtatu, atque miſero, vt nullus alius ſtatus miſerior inueniri queat vt dixit Viu.vbi ſup.n.6. ex Diuo Auguſtino,& alijs.

ADDIT. AD XLIX. DECIS.

FAcit ad prædicta quod notatur per Greg.Lopez in l.8.tit.9.p.2.ibi mãdare tomar, vbi lex illa loquitur de notario qui non poteſt etiã à ſponte ſoluentibus recipere vltra ſalarium ſibi taxatum allegat Bal.per illum tex. in Auth. ſed hodie nulla C.de epiſc.& cler.& ibi lex illa vtitur illis verbis; aun deuen deſer ſin codicia porque no tomen ningu na coſa ſino lo que el Rey les mandare tomar.

Licet aliàs non loquendo de officiali qui habet ſalarium,ſed de eo,qui poteſt tenere duo officia, quorum vnũ nõ impediat aliud dixit idẽ Greg. Lopez quòd conſequi poſſit duplex Salariũ in glo.fi.l.60.tit.5.p.1.per tex.in l.his ſcolaribus C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Bart. in auth. vt iudic.ſine quoquo ſuffragio §.illud tamen,& Angel.in l.ſi quis decurio C.de falſ.vbi ait quod nõ poteſt quis aſpirare ad duo officia,quibus non bene ſufficeret, vnde non poterit vnus ad duorum magiſtratuum officia deputari,quia non eſt credendum duabus cauſis tam neceſſarijs vnũ ſufficere,& exercendo vtrumque, neutrũ bene perageret, & ſic intelligitur vt Ang.ait,tex.in l.nemo C.de off. Aſſeſſ.

Et ſimiliter non aſpirabit qs ad duo officia,vel honores cum Salario l.libertus §.præſcriptio ff. ad municip. l.pen. ff.de off.aſſeſſ.

Nec etiã ſine Salario ſi honores ſunt grandes, per quos & amicis fauor, & inimicis terror poſſet incuti,alias ſecus ſi compoſſibiles ſunt, & poteſt eis ſeruiri commodè per eundem l.fi.ff.de off. aſſeſſ.& vide notat.infra deciſ.125. nu. 28. lib. 2.

ADDIT. AD L. DECISION.

FAciunt ad prædicta notata per Hon ded.conſ.73.n.13.& ſeq.lib.1. quia in huiuſmodi ſubſtitutionibus ſemper & præcipuè eſt ſpectãda voluntas ipſius teſtatoris, ſecundum quã iudex dẽt ſe conformare, illãq; totis viribus perſcrutari iuxta not.infr.dec.151.n.2. & ſeq. dec.152.n.1.& dec.153.n.43. & ſeq.

Quod autem relatio operetur ac ſi teſtamentum relatum eſſet ibidem contentum

Digitized by Google

tentum diximus & d.dec.151.nu.34.& 35.vide Martã de ſucceſſ.legal.p.1.q.21 art.3.nu.57.& 58. & alias fuit deciſum me patrocinãte in cauſa vertente in Iacobum Pugiades, & conſortes contra D.Fraciſcum Monreale per M.R.C. in anno 1603. in qua cauſa erant Iudices ſp.Hieronymus Veglia Gabriel Terrago,& Horatius Vanni ob ſuſpitionem ſp.de Intrigliolo,& in ea diſcutiebanbantur Vincula & ſubſtitutiones contẽta in teſtamento Palmeri de Caro ad quod ſe referebat D.Ioannes Grugno de cuius diſpoſitione in quadã donatione & teſtamento contenta agebatur.

ADDIT. AD L I. DECIS.

QVòd cenſus conſtitutus in Regno cenſeatur iuxta formam Bullæ, q multis ab hinc annis eſt ſeruari ſolitus in Regno vltra prædictas dixit D.Garſias Maſtrill.dec.103.lib.2.qui allegat prædicta conſilia Antonij Montalto & Octauij Corſetto: ea potiſſimum ratione motus, quia partes videntur cõtraxiſſe non ſecundum ius commune, ſed ſecundum ius municipale,& iuxta conſuetudinem regionis. Et quòd contractus cenſus,non ſeruata forma bullæ ſit nullus dicunt DD.quos allegat & ſequitur Cenc.de cenſ.p.2.c.1.q.1.art.5.n.18 vbi quod non ſolum eſt nullus in foro exteriori, & iudiciali ex l. non dubium C. de legibus verum etiam in foro poli & Animæ allegando Felician.de cẽſ. c.8.nu.7. verſ. quod verò,vbi benè ad materiam loquitur.

Quo vero ad aliam concluſionem qđ donationes quę occaſione matrimonii fiunt, & in ipſius tractatu ſint reuocabiles in pręiudicium vxoris & filiorum vide Menoch.conſ.967.n.18. Peregr.cõſ. 78.n.10.lib.3. Vinc.de Franc.dec.436 in fi.lib.3. Molin.de ritu,nupt.lib.3.q. 14.n.16.& ſeq.& vide notata infra deciſ.106.nu.9.& ſeq. & dec.162.nu.161. & ſequ.

ADDIT. AD L II. DECIS.

RAtio quare ſecũdus creditor teneatur offerre primo omne id quod ei debetur ex cauſa anteriori, eſt vniformis & vniuerſalis,ideo ad oĩa extendi debet,ne primus creditor remaneat in damno; hinc tenetur ſoluere non ſolum debitũ principale anterius, ſed oẽs expenſas,benefacta forte facta, dãna & intereſſe, alias ad huiuſmodi ius offerendi ſecundus creditor admittẽdus non eſt Neguſ. de pignor. qui in materia ſemper præmanibus habendus 3. membr.5.par.princ.n.17.&18. Couar. var.reſol.lib.3.c.18.poſt nu.4. Ludou. Morot.de iure offerend. de Secũdo creditore offerente n.68.& ſeq.vbi etiã loquitur de incremẽto temporis poſt adiudicationem factam, cuius lucro cedat: quem videre poteris,Mut.dec.12 per totam.

Sed in his aduertendum, quod oblatio debet eſſe realis cum depoſitione,& obſignatione pecuniæ eſt tex.in l.ſi ante C.de pact.inter empt. glo.in l. Iulianus §.offerri ff.de action.empt. Bart. in l.acceptam n.3.Bald.ibidem q.6.C.de vſur. Morot.vbi ſup. in fi.

Et in Regno vidi ſeruatum à cauſidicis,vt petant ſibi competere ius offerendi facto prius depoſito illi9 quãtitatis quę prętẽditur,deberi,& diſcuſſo negótio fertur interlocutoria tam ſuper admiſſione ad ius offerendi, quam ſuper quãtitate quę debetur, & exinde facto depoſito traditur poſſeſſio, fructus tamẽ interim lucratur primus creditor, quos lucraretur ſecundus ſi pecunias primo creditori debitas deponeret & obſignaret verè & realiter ac integrè. quæ ſunt aduertenda, quia quotidie in praxi ſolent euenire.

ADDIT. AD L III. DEC.

VIde Maſtrill.dec.151.n.90.& ſeq. lib.2. vbi facit mentionem de literis Viceregijs & alijs decretis, quæ hẽt

hēt magiſter Notarius M. R. C. quòd non poſſit recuſari, niſi ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, & quòd eo declarato ſuſpecto non poſſit eligi niſi perſona de eius Archiuio; & ad materiā decisionis noſtræ vide Giurbam dec. 27. per totam. & Apicell. in addit. ad comment. de ſuſpit. iudic. num. 21. fol. mihi 57.

ADDIT. AD LIV. DECISION.

VIde infra dec. 124. vbi quòd exceptiones impediētes litis ingreſſum reſeruari debere ad merita cauſæ, niſi ſint liquidę, & in prōptu appareant, iſti enim articuli, vt plurimum fiunt ad ꝓtelandum cauſarum expeditiones, & nimis aduertant Sp. Iudices ad reprimendas cauſidicorum calumnias, quæ quotidie fieri ſolent.

Et ad materiam ſupradictæ deciſionis noſtræ. Vide Maſtrill. deciſ. 125. per totam lib. 2. & Mutam deciſ. 99. nu. 33. & ſeq. Giurb. deciſ. 33. nu. 7. & dec. 36. num. 14. qui loquitur quando articulus eſt præiudicialis.

ADDIT. AD LV. DECISION.

QVòd gabellarij cōueniātur nō via ordinaria, ſed executiua eſt tex. in l. mſtii operatores C. de exactor. tribut. lib. 10. & in l. 2. C. de apparit. præfect. annon. lib. 12. Bal. in l. 1. C. de cond. ex l. 1. nu. 1. verſ. 3. oppono, & in l. 1. col. 3. n. 7. C. de hæred. vel action. vend. & conſil. 434. nu. 1. vol. 3. & alij relati per Io. Gutierr. de Gabell. q. 164. & quæſt. 165. vbi latè ad materiam & Burg. de mod. procedend. ex abrupto cent. 1. q. 5. nu. 11. qui plures allegat.

ADDIT. AD LVI. DEC.

PRędicta concluſio, quòd res particulares feudi non poſſint alienari ſtāte prædicta conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ, procedit etiā ſtante inſtrumēto in quo promiſerit quis non contrauenire, nec alienationem ipſam iure ꝓprio reuocare, & renunciauerit conſt. Regni Siciliæ de reuocand. feud. & omni iuris auxilio, quo ſe iuuare poſſit contra dictā alienationē, quia iſtud quòd quis non poſſit alienare rem feudalem eſt fauore publico introductum, nè feuda ad extraneas manus perueniant inuito domino directo, & nè feuda minuantur, vt in dicta Conſt. & iuribus fauore publico introductis renuntiari non poteſt l. ius publicum ff. de pact. cū ſimil. Et dicta Conſtitutio fuit facta nè feuda anichilentur, vt in tex. dictæ Cōſtit. cùm reipublicæ interſit habere feuda ampla arg. vt iur. ſine quoquo ſuffrag. §. cogitatio, & inſtit. de his qui ſunt ſui circa med. & de foro compet. c. ſi diligenti & l. pen. C. de pact. Vbi ꝙ non poteſt renunciari iuri publico, & prædicta firmat Pariſ. de Puteo de reintegr. feud. c. 15. fol. mihi 22. Cannet. in c. volentes §. vt opere pretium n. 10. & in §. ſed quid promittit iſta lex fol. 154. & §. ſeq. Milanenſ. dec. 8. n. 329. & 341. Io. Vinc. de Anna & Camill. de Curt. allegato à Maſtrill. dec. 105. n. 2. lib. 2. & inter alios noſter doctiſſimus Greg. de conceſſ. feud. p. 2. q. 10. n. 47. faciunt notata per Octau. Corſetto conſ. 28. n. 2. & conſ. 15. n. 19. & ſeq.

ADDIT. AD LVII. DEC.

SEntentia, quæ non eſt conformis libello, non valet l. vt fundus ff. commun. diuid. cum ſimil. non enim aliud contineri dēt in ſententia, aliudq; in petitione, hoc tamen non hēt locum nec attenditur, quādo cauſa eſt ſummaria, vel ſummariè commiſſa, quo caſu non attenditur quid petierit actor, ſed quid appareat illi deberi. Alex. conſ. 114. n. 6. lib. 6. & alij, quos allegat Sanctiſſimus dominus Gregor. XV. dec. 176. nu. 2. vbi Additio allegat. Surd. deciſ. 234. n. 14. & conſ. 12. nu. 74. qui plures alle-

Digitized by Google

allegat Rot.dec.611.ſub n.5.verſ. vltra quod p.11 in recent. Ideo concludit q. iure mercatores, inter quos proceditur ex bono & æquo & ſummariè, non attenditur quid fuerit petitum, ſed quod probatum fuit. Farin.dec.268.n.6.poſt 2.lib.conſi. Ricc.collectan.943.p.2. Pōtra in add.ad Gram.dec.19.n.5.& 6.

ADDIT. AD LVIII. DEC.

TEx.in l.quod iuſſit ff.de re iud. duo continet. Primo mādatum Iudicis. Secundo ſententiā iudicis, dum ait(qd iuſſit vetuitue prætor cōtrarium imperio tollere, & remittere poteſt, licet de ſententiis cōtra. Super primo inoleuit praxis in Regno q. non ſolū de interlocutoriis latis per M.R.C. datur cōtrarium Imperiū, ſed ēt de interlocutorijs habētibus vim definitiuæ, dum proceditur de facto, vt dicunt cauſidici, ſecus ſi per collationem ſcripturarū & in proceſſu quādo, videlicet facto & formato proceſſu, quādo legitur ſentētia definitiua pro tribunali per Iudicem, & tunc ſolet per cauſidicos formari alius modus ſententiādi, quia non dicitur de facto talis petentis contra talem &c. ſed prouidendus eſt proceſſus pro tali cōtra talem &c. & iſto ſecundo caſu ſeruatur diſpoſitio dicti textus quòd non datur cōntrarium Imperium) dum dicitur in tex. de ſententijs autem contra.

Quod quidem contrarium Imperiū cōpetit M. R. C. ex eius præheminētijs, & bis Intrigliol.ſing.160.n.6.& fi. lib. 2. & licet inter noſtrates fuerit nimis controuerſum an etiā dictum remediū competat tribunali C.S.R.C. tū ex ordinationibus nouiſſimis Excellentiſs. domini Comitis Caſtri §.32. conceditur etiam dicto tribunali, ſicut M. R. C.

An autem iudex poſſit ſententiam latam declarare, vide notata infra dec. 105. num.96. & 97. Riccius collectan. 1474. par.5. qui allegat noſtram deciſ. & alios adducit.

ADDIT. AD LIX. DECISION.

DE iſta noſtra deciſione, vt dixi ſcripſit D. Garſias Maſtrill. dicta dec. 132. lib.2. & ipſemet n.32. verſ. dequolito proceſſu ait non interueniſſe in deciſione cauſæ, tūc enim nouerat iudex dicti tribunalis, & ſecundum iſtā noſtrā deciſionē in fine refert Hieronymū Pătsſhman q.iur. controuer. q.28. p.2. vbi reſpondet cōtrarijs Didac. Spin. in ſuo ſpecul. teſtament. p.2. nu.35. Ricc. collect.230. p.1. lim.5. & quod ad reuocationem teſtamēti inter liberos duo neceſſariò concurrere debēt, expreſſa derogatio primi & noua diſpoſitio ſolemnis dixit Greg. Lopez in ll. Hiſpan. par. tit.6. tit. de los teſtamentos tit. 1. leg.8. Menoc. de præſump. lib.4. pſump.166. n.62. Clar. in §. teſtamentum q.86. n. 5. & alij quos allegat & ſequitur Maſtrill. dicta dec. 132. num.2.

ADDIT. AD LXX. DEC.

QVòd valeat ſententia contra mortuū fauore libertatis, & eccleſiæ fauore, & vtilitate ex Verall. dec. 140. & alijs dixit Flau. Amendul. in addit. ad Vinc. de Frāch. d. dec. 245. num.7. & ad hāc deciſionem de ſentētia pro mortuo & cōtra mortuum addit. Marāt. 4. p. diſtinct.16. & 6. p. verb. ſententia n. 107. & 108. Ariſm. Tepat. lib.1. var. iur. ſent. in tit. quādo nō eſt neceſſe n.30. & ſeq. Put. dec. 386. incip. fuit reſolutum in 2. dubio Miſing. obſer.85. cent.1. Surd. conſ.99. lib.1. & de iſta noſtra deciſione ſcripſit alios allegādo Maſtril. d. deciſ. 137. lib.2. ipſe tū non interuenit in ſententia, vt dixi Tepat. tit.248. ver. an ſentētia lata quæ mortuum variar. iur. to.1. Ricc. collectan. 1529. p.5. & refert hanc noſtram deciſionem, & prædictam Maſtrill. deciſion. 137. & licet dicat iterum per nos fuiſse deciſum, tamen veritas eſt quod Maſtrill. ſcripſit de hac noſtra deciſione.

Digitized by Google

ADDIT. AD LXI. DECIS.

AD materiam vide D. Octauium Corſet.conſ.12.nu.12.& ſeq. vbi examinat c.Regni glorioſiſſimæ memoriæ imperatoris Caroli V.Regis & domini noſtri c.246.& ibi Additio doctiſſimi eius Filij D. Petri ad præſens meritiſſimi Regentis in ſupremo Italiæ conſilio n.206.quorum dicta non repetã.Maſtrill.dec.253.p.3.Affl.dec.358.& ibi Additio & Gratian.diſcept.forenſ.vol.1.c.7.n.25.& ſeqq. vbi nu.27.ex Surd.conſ.39.n.22.lib.1.& alijs dat cautelam quòd fiat monitio ad conſignãdum bona mobilia,ſi extabunt,vel alia,in quibus poſſit fieri exequutio,quibus non indicatis probabitur mobilia non extare,& habebitur,ac ſi eſſet facta diſcuſſio ex Bar.in d.§.in venditione.n.18.col.fi.verſ. in ſecunda parte.

Quo vero ad ſuſpiciones falſitatis cõtractus vide not.infra dec.135.lib.2.& Ricc.collect.248.p.2. & collect.1775. p.5.& collect.2176.p.6.vbi inducit inditia falſitatis inſtrumentorum, & allegat Franc.Marc.dec.152.par.1.& Triuiſan.in dec. Venet.4.p.2.& bene dicit Seſſ.in dec. Regni Aragon.118.to.3. vbi late de materia falſitatis inſtrumentorum ciuiliter agẽdo.Maſtril.deciſ.244.p.3.vbi quãuis n.5.dicat quòd falſitas eſt difficilis probationis,& coniecturis,& præſumptionibus probatur,id tñ declarat idem Seſſ.dec.118.quòd prædicta doctrina non procedit in criminalibus,& maximè,vt procedatur pœna ordinariã,vbi probationes concludentiſſimæ requiruntur propter criminis grauitatem;ſed tãtum in ciuilibus,vbi præſumptiones orientes ex vitio inuiſibili ſufficiunt ad tollendam fidem inſtrumentorum ex Farin.de falſ. quæſt.152.nu.18.

ADDIT. AD LXII. DEC.

AD materiã vide Maſtril. in Addit. ad Petr.de Greg.ſuper bulla q.5. nu.234.& ſequ.Giurb.dec.62.num.29 & ſeq. Additio Burgij de laudim.p.3. d.inſpect.12.vbi nu.16.allegat hãc noſtrã deciſionem: Et in effectu vera eſt concluſio, quòd regulariter recognitio ſola non poteſt operari dominij tráſlationem,quia dominium nõ acquiritur ſolo conſenſu,vel contractu,ſed demũ traditione ſequuta l.traditionibus,C. de pact.§.per traditionem inſtit. de rerum diuiſ.Maſcar.de prob. concl.537. vol.1.Mannent.de iur.conſ.intell. pacto 15.q.3.n.19.& ſeq.Sola de iur.emphy.gl.recognitiones n.10.ideo in caducitatibus,& ſolutione laudemiorum ex ſola recognitione non obſtenſo principali cõtractu emphyteutico dubitãt Doctores,vt videbis apud Burgium d. q.12.n.6.& ſeq.ſecus quãdo agitur ad exigendum ius canonis a nouo emphyteuta,vel vt iterum illud recognoſcat in dominũ ex Guid.Pap.d.dec.272.n. 3.& dec.291.cũ aliis allegatis per Burg. vbi ſup. Coſt.conſ.10.nu.7.15.& per tot.conſil.Licet in Eccleſia ſecus ſit per tex.in d.l.fi.C.de ſacroſ.eccl.& Coſt. d.conſ.10.num.27.Burg.vbi ſup.num. 16.vbi num.17.refert communem poſt glo.in d.l.traditionibus & Guid. Pap. vbi ſup.

ADDIT. AD LXIII. DEC.

COntractus meticuloſus an reddatur nullus,vel indigeat reſciſſione,vltra not.ſupra & DD.allegatos,vide Maſtrill.dec.140.n.19.& ſeqq.Affl.deciſ.263.& ego conſiderabã tex.in l.fin. C.de ijs quæ vi,metuſue cauſa geſta ſunt,vbi text.ait vẽditiones,donationes,trãſactiones,quæ per potentiã extortæ ſunt,præcipimus infirmari:& alium tex.in l.metũ C.eod.vbi tex.ait metũ non iactationibus tãtum,vel conteſtationibus,ſed atrocitate facti probari conuenit.Sequitur ergo ex his concluſio,quod metus non poteſt inducere nullitatẽ cõtractus ipſo iure,ſed vel reſciſſione indigebit,vel ſaltim ſnĩa declaratoria ex facto proueniẽs,vt puta qa conſtet qđ is, qui actum cõfecit cũ metu, nullo modo

con-

Digitized by Google

Conſentiſſet ſi vis nõ fuiſſet illata, vnde inoleuit praxis q̃ cauſidici petũt vel per ſupplicationes, vel per ſcripturas, quas vocant ad effectũ mictitur, q̃ non audiatur, nec procedatur ad vlteriora, niſi facta ſolutione, & ſolet interloqui q̃ audiatur in nullitate tantũ, quia non dẽt reſcindi contractus, niſi facta executione. hinc bene dixit P. Molin. de contractibus.diſp.326.nu.9.quod non quodcũq; inuoluntarium vitiat cõtractũ,ſed quãdo inducitur quis à vendendum,vel donandum,vel ſimilia faciendũ per vim aut metum iniuſtè ad eum finẽ illata,ſecus ſi vẽdens,aut donãs,aliqua ex cauſa moueatur,ẽt quod neceſſitate preſſus fuerit, tunc enim actus ille nõ dicetur inuoluntarius, ideo ſentẽtia declaratoria requiretur,& interim contractus habebit ſuã executionẽ & robur,dũ vel nullus,vel iniuſtus declaratur,& fortius ſi interueniat iurñm, iuxta trad. p Graſſ.d.except.11. nu. 63. & DD.in l.2.C.quod met.cauſa vbi Bar. n.9. c.ſi vero, & c.verum de iureiur.

Id tñ intellige niſi ſtatutum annullaret contractus, ẽt iuramento vallatos, tãquã extortos, & in fraudem factos, quia tunc valeret eius diſpoſitio, vt in obligationibus mulierũ fuit determinatũ per conſtitutiones nouiſſimas Excell. Domini Comitis Caſtri §.3.

Quod ſimiliter eſt ſtatutum in minoribus,qui ſine conſenſu iudicis,vel eorum curatoris contrahunt, vt habetur in c.Regni Imperatoris Caroli 78.

Et in filijs familias idem ſtatuitur p conſuet. Pan.21. vbi quòd ſi fideiuſſerint pro aliquo fideiuſſione ipſa p nulla habita,ex hoc nullatenus teneãtur,q̃ conſuetudo loquitur etiã in minoribus & mulieribus,(in quibus habemus ſtatuta prædicta, quæ loquuntur ẽt ſtãte iuramento,quòd prę ſumãtur dolo,& in fraudem extorta) & ſtãte pręd icta conſuetudine,ſi acceſſerit iuramẽtũ, quod valeat obligatio dixit Milanenſ.dec.8, n.390.quicquid dixerit Muta ſuper cõſuetud.Panor.prædicta n.12.& ſeq. q̃a eius opinio numquã fuit recepta,& conſuetudines,& ſtatuta laicalia non operãtur, qñ adeſt iuramentum, niſi illud præſumãt dolo,& in fraudem extortum illo caſu,ideo fuit neceſſe,vt fierent prędicta alia ſtatuta,quia licet in epiſtola vltima dedicatoria appareat data anno 1547. tñ veritas eſt quod prædictæ conſuetudines per plures annos ante fuerunt cõfectæ,& diù ſeruatę, vt apparet ex Bulla Sãtiſſimi domini Alexãdri Papę IIII. & alijs literis,& Epiſtola Ioannis Naſo. confecta in anno 1477. de q̃bus Muta in fine dictarũ deciſionum,& capitulũ Regni prædictũ fuit confectũ in ann.1525.in Ciuitate Pan.vbi in Generali colloquio interuenit Vrbs Pan. & dicta conſtitutiones Comitis Caſtri in ãn.1618.quod nõ eſſet neceſſe iterũ conficere,ſi cõſuetudo hoc operaretur, vel ſaltim de ea fieret mentio, In tãtũ quod in filijsfamilias remanet concluſio, q̃ ſtãte iuramẽto eorum obligatio mero iure teneat,niſi declaretur nulla, vel reſcindatur per ſñiam,ſecus in mulieribus & minoribus ſtãtibus ſupradictis ſtatutis.& ſecundũ iſta vide Craſſ. vbi ſupra,qui alios allegat n.63.& Gratian.in ſimili diſcept.forenſ.c.576. nu. 24.& ſeq. & præcipuè n.36.lib.3.

ADDIT. AD LXIV. DEC.

QVando appellatur cum dicta clauſula,quatenus,& inquãtum,quòd appellatio non ſit communis,ea eſt ratio, quia appellatio non efficitur cõis, niſi prout,& quatenus extat, & ſic non poteſt effici communis,niſi in illis capitulis,in quibus eſt appellatum,& nõ in alijs,quia quod nullatenus eſt,non põt eſſe particulare,nec commune. late ex multis examinat quæſtionem, ex Abb. in c.cum Ioannes ſub n.17. de fid. inſtr. Sigiſmund.Scacc. de appell. lib.3. c.2. quæſt.17.limit.21.num.19.& ſeq.cuius dicta non erit neceſſe repetere,quia ad partes examinat,& quid ſi cauſa eſt indiuidua, vel ex eadem ratione decidenda.

Quod vero dicatur feudũ mixtum, adde doctiſſime ad notata per D.D.Petrum

Digitized by Google

trum Corſetto in ſuis annor. ad conſil. Patris 12. num. 55. & ſeq. vbi more ſuo exactiſſimè examinat, & conſ. 6. nu. 6. & conſ. 9. & adducit intelligentiam c. 1. an agnat. & differentiam inter Doctores Siculos, & Neapolitanos.

ADDIT. AD LXV. DEC.

ADde quòd per conſtitutiones nouiſſimas Excell. domini Comitis Caſtri §. 31. declaratur, quod condemnatus actione reali poſſit audiri in reuiſione, dum ab eo non impeditur executio ſententiæ, ex qua conſtitutione fuerunt ſublatæ diuerſæ lites & articuli, quos in dies fieri videbamus, ne huiuſmodi reuiſio peteret, de quo vide Maſtril. dec. 99. & maximè n. 7. lib. 1. incert. Auct. ſuper prædicto Rit. verſ. an audiatur, & Ricc. collect. 1920. parr. 5. in 1. limitatione, vbi quòd qñ quis eſt condẽnatus ĩ rebus ſtabilibus, vel redditib⁹, ſatisfacit diſpoſitioni prædicti Ritus, non quidem per meram verbalem oblationem, ſed per aſſignationẽ verã factam per actum publicum, & cum tráſlatione veri dominij, & poſſeſſionis, allegando hanc noſtram deciſionem.

Sed an Reuiſio ſententiæ competat debitori, nõ facta prius reſtitutione, qñ debitum non eſt liquidum, vide Giurb. dec. 81. n. 11. & 12. lib. 1. Maſtrill. dec. 223. lib. 3. Theſaur. dec. 360. & Ricc. d. collectan. 1920. in princ.

ADDIT. AD LXVI. DECIS.

OBſeruantia per decem annos operat, qđ ſolutio collectarũ, vel onerum nõ debeat alterari Dec. plenè cõſ. 284. incip. & protenui nu. 2. & ſeq. nam etiam obſeruãtia ſubſequuta per decẽ annos, licet nõ ſufficiat ad pręſcribẽdũ ſufficit tamẽ ad inducẽdum interpretationem mẽtis, & Verborum cõcedẽtis, vt donantis. Paul. de Caſtr. cõſ. 348. qa circa donationem in fi. lib. 1. Et in ſtatuto interpretãdo, qđ alias fuit obſeruatum, debet attẽdi ad interpretationem ipſiuſmet ſtatuti dubij. Fulgoſ. cõſ. 215 in primo propoſitæ circa fi. Afflict. dec. 135. n. 3. & dec. 273. nu. 6. Caſſan. conſ. 58. n. 57. Bertrand. conſ. 378. n. 7. lib. 1. Alex. conſ. 124. n. 4. lib. 2. & conſ. 36. n. 9. lib. 2. & melius conſ. 240. n. 2. eo. lib. Abb. conſ. 9. in fi. lib. 2.

Et obſeruãtia declarat contractum ambiguum & obſcurũ. Fulgoſ. cõſ. 231 in quodam inſtrumento. Aret. conſ. 11. n. 6. Alex. conſ. 8. n. 7. lib. 6. Dec. cõſ. 48 n. 2. Paul. de Caſt. conſ. 418. incip. quod dicti redditus verſ. quarto & vltimo lib. 1. & obſeruãtia ſubſequuta declarat priuilegium. Menoc. conſ. 201. n. 167. lib. 3. Immo in omni re dubia obſeruantia, & nõ præſcripta, inducit interpretationẽ. Menoch. vbi ſup. nu. 7. & ſeq. & conſil. 390. n. 16. & ſeq. lib. 4. & conſ. 341. n. 23 eod. lib. Crauett. conſ. 112. n. 2. & ſeq.

Et ad corroborationem prędictę noſtræ deciſionis facit alia concluſio, q᷑ ſi alicui debetur penſio ſcutorum Viginti ſingulo anno, ſi exegerit ſolum decẽ Scuta ſingulo anno p triginta, vel quadraginta annos, amplius non debẽtur, niſi ſcuta decẽ. Paul. de Caſt. conſ. 364. nu. 3. lib. 1. vbi declarat procedere, qñ exigens decem ſcuta ſciuit de Viginti, alias ſecus, tunc enim videtur renunciare, & cedere reliqua.

Sed an hoc procedat quando adeſt cõtractus, & ad materiam canonum nõ ſolutorum, an præſcribatur per lapſum 30. annorũ, vide Teſau. dec. 114. & dec. 179. & ibi Additio Corbulus de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem limit. 31. fol. mihi 275. Oddo Sfort. de reſt. in integr. p. 2. q 90. art. 5. 6. & 7. to. 1. Surd. deciſ. 4. Lanar. conſ. 35. num. 15. & 16. vbi alios allegat. Fab. de Anna conſ. 68 num. 14. & Honded. conſ. 80. num. 82. vſque ad finem lib. 2.

ADDIT. AD LXVII. DECIS.

RAtio aſſignata ab alijs doctoribus, quare adiudicatio dicatur nulla, qñ fuiſſet ad eam deuentum nõ citatis veris debitoribus dominis, ſeu poſſeſſoribus bonorum adiudicatorum, ea eſt,

quia

Digitized by Google

quia requiritur citatio cũ cauſæ cognitione,quæ dominis veris non præiudicat,ita Intrigl.ſing.173.n.41.& ſeq. lib. 2.Sed vera ratio eſt,quia cum ex Secũdo decreto ſecuta traditione transferatur verum dominium, & factũ iudicis ſit factum partis Vulg. l. ſi ob cauſam, non põt iudex trãsferre dominiũ, quod citatus qui non eſt dominus, ẽt quod vellet trãsferre, nullo modo põt, ideo decretũ nõ dẽt nec poteſt operari effectũ,ſed nullum erit ſi ſciẽs creditor hoc faciat, & hoc in odiũ eius malitiæ, qui noluit citare verũ dominiũ, vt eius iura deducere poſſet, ſecus ſi ignorauerit, quia tunc,cum ille tertius poſſideat,excuſatur creditor,ſed verus dominus reſciſſorio iudicio audietur ad reuocandum decretum in eius perniciem interpoſitum culpa, & dolo non creditoris, ſed eius qui eius nomine poſſidet,& vide not. ſupra deciſ. 35.

ADDIT. AD LXVIII. DECISION.

AD materiam vide Intrigl. ſingul. 14.lib.2.vbi Add.allegat Ant.de Ball.lib.5.ad prag.de cẽſib.q.17.& Roder. de annuis redditib.lib.2.q.1. Intellige tamẽ ꝙ pactum fieri ſolitũ, vt ſubiugans teneatur infra certum tempus temere redditus æquiualẽtes capitali redditùum ſubiugatorum ad nomen ipſi° ſubiugantis,qui redditus ſiẽt obligati, & hypothecati pro ſecuritate redditũ prædictorum,eſt validum, & tenet, q̃a eſt pactum appoſitum pro ſecuritate cõtrahentium, quod nõ eſt contra formã Bullæ,& Regiæ Pragmaticæ de cenſib. ſed ſecundum illã, & in exequutionem ipſius,quæ voluit,vt contrahentes tuti remanerent,ſecus tamen ſi pactum conciperetur, vt ĩ aliquo caſu emptor poſſet repetere ſortẽ principalẽ,tunc enim eſſet nullus,& vſurarius. ita Milanẽſ. d. dec.2.n.104.& ſeq.lib.2. Intrigl.d.dec. 14.nu.4.Ant.de Ball.d.q.17.n.11. Maſtrill.dec.95.& in add. ad Greg.de cẽſib.q.5. n.240. & hoc eſt in Regno indubitatum,niſi euidenter, & legitimis probationibus appareret, ꝙ partes contrahentes appoſuerint pactum prædictum,non pro ſecuritate contrahentiũ, ſed reuera, vt fieret redẽptio redditũ, quod eſt contra formam ipſius Bullæ: vltra prædictos incertus author in verſ. ibi mortua, fol.441. de cenſib. vbi ait, quia non debet ſors poſſe rehaberi per emptorem cap.1.de iureiur. & ita Vidi quotidie ſeruari per rectos, & peritos Iudices.

ADDIT. AD LXIX. DECISION.

QVando cõtractus in aliquo modificatur,tunc modificatio præſuppõnit primũ contractũ extare, nouatio enim primũ cõtractũ extinguit, & ideo multũ refert an partes velint extinguere contractũ primum,quia tunc ſemper erit nouatio, an vero primum cõtractũ ſtare velint,& eſt modificatio. ita Bal. vbi ſupra in d.l. pacta nouiſſima C. de pact. Pet. de Anch.conſ.54.apparet ex themate n.2.verſ. ſed certe Alex. conſ. 217.vltimo in ordine li.7. vbi dicit ꝙ ſi caſſantur antiqua inſtrumẽta, præterq̃ quoad hypothecã, dicitur facta nouatio quoad perſonalem actionẽ,no quoad hypothecã, & licet in vltimo inſtrõ nouãte non adeſſet aliqua hypotheca, tamen remanet viua hypotheca aliorũ inſtrorum caſſatorum,quæ poteſt exerceri. Quæ ſunt intelligenda vt procedant, quãdo ſubſtãtialia contractus nõ mutãtur,quia ſi pretium in venditione mutetur in ſpeciem in ſecundo contrãctu, etiã tendente ad executionem primi,nihilominus eſt nouatio,licet primũ non extinguatur propter mutationem ſubſtãtiæ, Bal.conſ.453. caſus talis.n.6 ſed quãdo ſunt repetita pignora, vide ſanum de pignor.3.membr.6. par. verſ. ſed dubitatur n. 6. vbi ꝙ ſi ſunt repetita pignora in obligatione nouãte, non cẽſetur receſſum à priori hypotheca, ꝑ quã doctrinã Trib. C.S.R.C. in menſe Iunij 14. Indict.1601.in cauſa verten-

te

Digitized by Google

te inter quoſdam de Aloy, cum Angelo de Magiſtro Paulo, ſeu eius filia, determinauit non eſſe factam nouationẽ, licet eſſet factus contractus nouus cum nouis pactis, & determinauit, ꝙ præferatũ ille de Aloy vigore ſuæ hypothecæ, & ad materiam vide Ceſal.conſ.271.n.3.Caualc.dec.20. n.1.lib.1. Grat.conſ.126.n.8.lib.1.Burſatt.conſ.101.nu.23 lib.1.Menoch.conſ.5.nu.11.562.lib.6. & 809.lib.9.& Mantic.lib.17.tit.3.to.2.nu.15.& ſeq.de tac.& ambig.Ricc. collectan.1922. p.5.

ADDIT. AD LXX. DEC.

QVoad primam cõcluſionem in deciſione contentam, an ſcilicet nepotes in ſucceſſionibus ſubintrent in locum parentum, & præferantur patruis, vide Iac. Gallum conſ.4.& 5. conſ.14. & 16.& vide infra dec.152.n.40.& ſeq. & n.122.& ſeq.& dec.189.nu.12. & in feudis vide D.Octau.Corſett.conſ.22. n.8. 13.& 14. & conſ.10.in Addit.n.1. & ſeq. vbi latè, & vide Ad materiam Frãc. Ferrer. ſuper conſtit. Cathaloniæ glo.1.n.220.& ſeq. & n.343.& gl.4.n. 146.& 147. & Mart. in ſumma ſucceſſ. legal.p.3.q.5.art.3.n.9.& q.7.art.1.n.3 vbi latè quando Nepos excludat patruum conſanguineum tantum.

Quo verò ad aliam concluſionem, ſi legitimati admittãtur in præiudicium ſubſtitutorũ, vide Franc. Ferrer. ſuper conſt.Cathalon.gl.6.nu.77.& ſeq. vbi de legitimato per ſubſequens matrimonium, & de legitimato per reſcriptum ad excluſionem ſubſtituti n.102. qñ ſcilicet in huiuſmodi legitimatione per reſcriptum, ad eſſet clauſula Principis derogãs fideicommiſſum, allegat Mantic.de cõiectur.lib.11.tit.11.n.10. poſt Alex.conſ.94.lib.1.Dec.conſ.557.n.6. & Ceph.conſ.111.in fi.& vide Io.Frãc. Schenard.cõſ.47. vbi latè ad materiã, & diſtinctionẽ affert inter diſpenſationẽ, & legitimationem diſpẽſatio enim dicitur illa, quãdo filij ſunt nati ex ijs, inter quos matrimonium conſiſtere nõ poteſt, & non propriè legitimatio.

Et quid in filiis clerici ordinum minorum? fuit late diſcuſſum in cauſa vertẽte inter V.I.D. D.Antoninum, & D. Frãciſcum Catalanotto cum D. Frãciſco, & D.Antonino Catalanotto, & deciſum in fauorẽ legitimatorũ ex reſcripto Principis in M. R. C. die 18. Maij 1624. ſuper quo adſunt allegationes vtriuſque partis vol. 3. allegationum M.R.C. & Deo dante de illa deciſione ſcribere curabo.

ADDIT. AD LXXI. DEC.

DE ſcripturis ab extra, vltra ea quę diximus ſupra dec.57.n.10.& p̃dictum actum confectum per Excell. Dominum Comitem Aluæ, eſt diſpoſitum per Conſtitutiones prędictas Excell. Domini Comitis Caſtri §.34. ꝙ etiam facta concluſione in M. R. C. ſi præſentarentur ſcripturæ ab extra, & peteretur terminus ad reprobandũ, cõcedatur ſine periculo peremptionis inſtãtiæ, & hoc ad euitãdum incõueniẽs, quòd ſcripturę ab extra pręſentatę admitti debeãt, & is contra quem præſentãtur non poſſit eius iura, & rationes cõtra illas deducere, contra doctrinã Bartoli in extrauag. ad reprimendum in verbo de plano de qua concluſione nos diximus ſupra dicta deciſ. 57. num.10. & 11. Giurba dec. 26. & dec. 36.

ADDIT. AD LXXII. DECISION.

QVòd creditor poſterior ex cauſa oneroſa præferatur creditori anteriori ex cauſa lucratiua, fundatũ in tex. in l.inter eos verſ. is quoq; ff.de re iud. vbi ꝙ deducitur æs alienum priuſquam donatio, & eſt valde ſingulare, & ad quod, vt ait Gutierr.d.c.15.n.20. multi aduocati Practici nõ aduertunt credẽtes, & tenẽtes ſine dubio ꝙ donatio prior, ſiue obligatio donationis cũ hypotheca expreſſa bonorum, præferatur omnibus debitis poſterioribus, etiã haben-

Digitized by Google

bentibus hypothecã expreſsã,per regulã qui prior de reg. iur. ſed contrarium eſt verius,vt probatur ibi in verſ. is ſolus,ibi,deducto ne egeat, vbi probatur quòd prius quã ſoluatur donatio,debet ſolui, & deduci æs alienum, Ideo cõcluditur quod oẽ debitum ex cauſa oneroſa,licet poſterius,deduci debeat, & ſolui prius quã promiſſum ex cauſa donationis, q a ipſemet donator poſſet allegare,ꝙ ex cauſa donationis non poteſt conueniri, niſi inquãtum facere poteſt deducto ne egeat,& oĩ ære alieno, per latè adducta per Gutierr.vbi ſup.& hęc procedũt etiã quòd donatio fuerit inſinuata iuxta formã Pragmaticæ, quia ſtatutum non tollit ea, quæ ſunt iuris communis, ſed ſecundum illud dẽt interpretari. Roma.conſ.399.in prin.ver. ſecundo. Alex.conſ.107.n.4.verſ.benefacit lib.5.Abb.conſ.13.lib.1.in fi.ver. ſecundo minus, & plenius conſ. 17.

Quæ tñ intellige in donatione mere gratuita,non quæ fiat ex cauſa oneroſa, vt pote donatione propter nuptias, quia ſecus,& procedent ea quę dixerũt Doctores,quòd non poſſint vllo modo reuocari propter prę iudiciũ vxoris, & filiorum,quorum contemplatione fuit donatio facta, iuxta notata per Vinc. de Frãch.dec.205.& nos diximus dec. 106. num.7.& ſeq.lib.2.& vide notata ſup.dec.51.

Item non procedũt prædicta,ſi bona donata fuerint peruenta in poſſe donatarij, & donatarius tẽpore hypothecę contractę per donãtem erat ſupra poſſe bonorum donatorum,quia tunc donãs non poſſet allegare, qđ nõ tenetur niſi inquãtum facere poteſt, cum iã bona donata in donatarium trãſtulit, & donatarius fuerit effectus verus dominus,& poſſeſſor, & hypotheca non põt fieri nec cõtrahi niſi ſuper rebus, & ꝓprietatibus ſuis iuxta not.in l.1.ff.de pign.& hypot.& ibi gl. in ver. difficilius, & in terminis dictæ limitationis ſunt tex.formales in l.ꝗ prędium C.ſi alien. res pign. data ſit, & in l. ſi quidẽ C. de donat.inter vir.& uxor.vbi Bal. & Sal.

ADDIT. AD LXXIII. DECISION.

Vide notata ſupra dec.3. & vide ſuper huiuſmodi materia librũ conſulatum maris nouiter impreſſum in ciuitate Barcinonæ in ann.1592. in quo omnia ad huiuſmodi quæſtiones eruendas inuenies, ſecundum quæ iſtˀ hæc ſolent determinari, & vide Maſtrill. dec. 284.n.55.& ſeq.lib.3.& idem dec.182 lib.2.& 197.eod.lib. Ricc.collect.838. p.4.allegat noſtras decisiones.

ADDIT. AD LXXIV. DEC.

Vide Burg. de laudim. p.3. inſpect. 20.nu.8.& ſeq. vbi Additio facit mentionem de iſta noſtrã deciſ.

Aduerte tñ quoad illam concluſionem,an poſſit hæres domini directi caducitatẽ proteſtari, ab eius auctore nõ declaratã, ſicuti etiã dominus directus nequit declarare caducitatem contra hæredem, & ſucceſſorem emphyteutæ, quia iſta cõcluſio communis limitatur, vt procedat ſi dominus habuit notitiã cauſæ, propter quã emphyteuta cecidit,& tãtum tpis interuallum interceſſerit, intra quod potuiſſet id declarare ita ex Oſaſc.in dec.Pedam.29.nu.7.& Ripa in l.generaliter q.79.n.237.C.de reuoc.donat.dixit Bimius conſ.228. n. 43.to.3.qtem allegat Burg. vbi ſup.n. 29.& ſeq. Et in huiuſmodi materia eſt aduertẽdum ꝙ cum caducitas ſit odioſã,vt emphyteuta priuetre emphyteutica,ei a dño conceſſa, ſemper requiritur dolus,ſcientia, etiã in alienatione quæ ab eo fit: non ſolũ in caducitate ob nõ ſolutum canonẽ. ita in ſpecie dixerunt plures,vt Mãtic.de tacit. & ambig. lib. 22.tit.28.nu.12. Corbul.de iur.emph. incit.de cauſa priuat.ob alien. lim.25. quos ſequit rõnibus multis exornãdo Io.de Amic.de iur.emph.q.8. per totã, quem vide. Et ego vidi ſeruari in M. R.C. quod ſi emphyteuta alienat abſque onere cenſus debiti dño, ſi id non faciat ſcienter, & cũ dolo, datur ei terminus ad purgãdã morã,ſcilicet, vt emptor

Digitized by Google

ptor faciat actum recognitoriũ, vt euitetur caducitas, & eſt magna æquitas, quia cum priuari re ſua eſt ad modũ pœnæ, æquum erit, vt abſq; dolo nõ incurratur, caducitates enim ſunt odioſæ, & qualibet ex cauſa excuſantur, vt dixit idem Ioan. de Amic. de iure emph. vbi ſup. & q.1.nu.13. & q.78.nu.6. & notatur ſup. dec. 41.

ADDT. AD LXXV. DEC.

IN materia recuſationis iudicum, vide quæ ſupra annotauimus dec.6. & vidi ſeruatũ ꝙ Principes aliquãdo motu proprio mãdãt, quòd aliqui ex iudicibus ordinarijs ſe abſtineãt in aliquibus cauſis, iuſtis rationibus eorum animum digne mouentibus, quòd licet videatur contra formã pragmaticarũ, nihilominus erit præſumendum eos illud arbitrari ne appareãt cauſæ ſcriptę, vel in iudicium, vel partium diſcrimẽ; licet maximopere erit aduertendũ ad litigãtium verſutias, qui vt plurimum hęc curare ſolẽt, vt iudices alioquin doctiſſimos, & probos viros in eorũ cauſis euitent, qđ non obtinerent, ſi forma pragmaticarum ſeruaretur, prout ſeruandã omnimodo iudicarẽ, niſi magna, & vrgentiſſima cauſa Principi nota aliud ſuaderet: & in hac materia recurrendũ ad francum in c. poſtremo, & c. cũ ſpeciali de appell. Aufrer. in tract. de recuſationib. per totum, qui benè loquitur ſicut, & Rebuffus magnus doctor, & pꝫ manibus ſemper habẽdus Illuſtrẽ Regentẽ de Tapia de iur. Neapolit. tit. de ſuſpect. official. ritu 265. Giurb. dec.48 qui alios allegant. Ricc. collect.83. par. 1. & collect.445. p.2. Apicell. in tit. de ſuſpit. official. vbi in Add. nu.742. allegat noſtram dec.6. & Mutam dec.15.

ADDIT. AD LXXVI. DEC.

ET ſecundum prędictam deciſionem fuit exinde facta cõſtitutio per Illuſtriſs. & Excell. Comitem Caſtri §.16. cum voto Sacri Regij Conſilij, vbi dicitur expreſſis verbis, l'appellatione ſi interponghi dalla ſentenza chiara, & non oſcura in tantum quòd de hoc amplius dubitari nequit.

ADDIT. AD LXXVII. DEC.

DE fideiuſſione de duplo, de qua loquitur ritus in c. 104. plura ſcripſit Marius Muta in dicto c. & nu.19. & 20. loquit in hærede, an teneatur præſtare dictam fideiuſſionem, & quod ſi ignorauerit, ipſe non teneatur: quod etiam firmauerat Antonius Lancea ſuper ritu 130. & Ioannes Aloyſius de Septimo eod. cap. 130.

ADDIT. AD LXXVIII. DECISION.

QVòd tertius pro ſuo intereſſe poſſit dicere de nullitate, & venire ad cauſam, vltra prædicta vide Giurb. deciſ. 1. Riccius collect. 986. & 1354. p.4. & in nullitate vide Afflict. deciſ.107. n.3. & Caranita ibidem in addit. verſ. Tertius poteſt dicere.

Quòd vero exceptio anterioritatis indiſtinctè admittat, & maximè in cauſa oppoſitoria, vltra prædicta vide not. p Giurb. dec.22. & Maſtrill. dec.37. & ſuper bulla q.6. ad Gregor. nu.93. Ant. Lãc. ſuper bulla n.27. Montalt. in eod. tract. n.21. Henricus de Medices n.11.

ADDIT. AD LXXIX. DECISION.

IVdex ad quẽ an poſſit inhibere iudici à quo, vt ſtãte nullitate petita reuocare debeat executionẽ ſniæ iã factã, & executioni demãdatã. Erit aduertendũ pro reſolutione huius concluſionis, & deciſionis, quod inhibitio, quãtumcũque canonicè facta, nũquã reſpicit præterita, ſed futura, eſt tex. in c.1. de nou. oper. nunciat. & in c. nõ ſolũ 2. Reſpõſ. de appell. lib.6. Ideò inhibitoria nõ trahitur ad pręterita, vt ex Feder. de Senis conſ.300. n.1. dixit Mãdoſ. de inhibit. q.70. num.2. & Ruginell. de appellat.

§.6.

Digitized by Google

§.6.gl.1. & 9. nu.27. & 28. ex quo conſeruat ſolum iura partium in eo ſtatu in quo ſunt, tempore quo fuit inhibitoria emanata: ideo ſequitur quòd inhibitoria non dēt irritare ea, quę iam fuerunt exequuta, quia eſſet facere actum contra iura prædicta, & extendere inhibitionem ad præterita.

Hinc ſequitur alia concluſio, qđ nullitas deducta per viā actionis, non impedit exequutionem, niſi condēnatus præueniat, petendo ſententiā declarari nullā, & mandari actori, quod lite pendēte nullā faciat nouitatem; prout ex magis communi teſtātur Paulus de Caſtro in l.4.§.condemnatum n.3. ff. de re iudic. Couar.pp.qq.c.24. ſub nu.6. verſ. tādem in hac, quæ nullitas debet prius tentari, quam fuerit petita exequutio, quia illa prçuētio operatur ſuſpenſionē exequutionis, ſecus ſi ſit petita prius exequutio, q̄ tunc nullitatis obiectio eā non retardaret, ita Scacc. de appellat. poſt alios lib.4. c.2. q.19. remed.1. concl.4. num.1. & 2.

ADDIT. AD LXXX. DEC.

MAter, & auia præfertur omnibus, exceptis teſtamētariis, per tex. in d. Auth. Matri, & Auiæ. Quid ſi non petiit infra annum tutorem? quod cadat à ſucceſſione, eſt tex. in §.fin. inſtit. ad Tertullian. & l.ſciāt C. de legitim. hæredib. cum aliis cumulatis per Gabr. de tutel. concl.1. n.1. Montan. de tutel. cur. c.18. per totum Guttierr. p.1. c.16. nu.60. de tutel. Galganett. eod. tit. lib.3. quæſt. 27.

Quod tamen non procedit, vbi pōt conſiderari aliqua iuſta, & magna cauſa ad non petendum tutorē, quia tunc annale tēpus datum matri ad petendū tutorem filio, non currit. l.2. §.cōfeſtim ff. ad Tertull. quod bene cōſiderat Mariſcott. variar. reſol. lib.1. c.71. n.9. vbi n.10. ait non procedere dictā cōcluſionē ſi eo tēpore adſit patruus legitimus adminiſtrator, qui patiēte matre, bona pupilli gubernet, tunc enim mater, non petendo tutorem, non priuatur ſucceſſione glā l.matres C. ad Tertull. & hoc in vim tacitæ renūciationis, quā mater facit dum patruum adminiſtrare permittit; vt declarat ibidē Bar. & Paul. de Caſtr. & Mariſcott. vbi ſup. in fi.

Sed vide Galganett. d. q.27. vbi ponit 27. Concluſiones, in quibus Mater, & Auia priuātur ſucceſſione filiorum, ob tutorem eis infra annū non petitū, & in limit.6. n.59. firmat quod, qñ adſunt legitimi Tutores, mater non tenetur filio impuberi tutorē petere, ſi illi ſint à iudice confirmati, ſecus verò ſi legitimus ſe immiſerit, & nullā habeat cōfirmationem, & adminiſtratio ei decreta non ſit; & vide Guttierr. qui hoc declarat c.16. & maximè nu.107.

ADDIT. AD LXXXI. DEC.

PEr conſtitutiones nouiſſimas Excellentiſs. Comitis Caſtri §. vltimo, ad euitandum ēt dictas fraudes, fuit etiam reſolutum, quod perſonæ, quæ poſſunt gaudere dilationibus Tonnariarum, & Trapetorum iuxta formā Pragmaticarū debeāt matriculari in M. R. C. alias non gaudeāt, & ita ſeruatur. & vide ad materiam Mariū Mutam ſuper pragmatica ſecunda de dilat. tit.16. nu.27. & ſeq. fol. mihi 197.

ADDIT. AD LXXXII. DEC.

SAcerdos an poſſit eſſe tutor, vltra prędicta vide Suader. in tract. de feud. p.10. ſect.20. nu.27. vbi quòd licet clerici inuiti nullā penitus tutelā, vel curā agnoſcere coguntur, immò nec volētes tutelā teſtamentariā, vel datiuam ſuſcipere poſſint, ſed tātum legitimam agnatorum, vel cognatorum, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi volentes poſſunt agnoſcere. d. Auth. presbyteros vbi DD. C. de Epiſcop. & Cler. ſed illud quod de teſtamētaria dictum eſt, quod illā clerici agnoſcere nequeāt, ita demum verum eſt, niſi ipſi in teſtamēto

E da-

dati fuerint Tutores illis, quorũ tutela legitima, teſtamẽto non facto, ad iſtos clericos delata fuiſſet, tũc enim licet ipſi ad illã tutelã agnoſcendam, vel ſuſcipiendam inuiti non cogantur, attamen ipſi volentes illã tutelam ſuſcipere poſſunt, ita ex Ægid. Thomat. in tract. de muner.& collect.§.ſi quiſpiã nu.10. dixit Serader. vbi ſup.& Carol.de Graff. licet nõ ita clarè loquitur de effect.cler. effect.16.n.24. Marcell. Conuerſ. inſtit. in tit. qui teſtam. Tutor. dar. poſſ. num. 51.& 52. qui allegat noſtrã deciſionem.

ADDIT. AD LXXXIIII DEC.

EXecutio ſententiæ quãdo ſpectet ad iudicem ad quem, vel ad iudicem à quo, vltra prędicta, & ea quę in ſequẽti deciſione adducuntur, vide Mãdoſ. in tit. cõmiſſionis executorialis in verbo, ob non proſequutionẽ, vbi loquitur in primo caſu deciſionis 83.& allegat Angel. in l. ſi cõtra maiorẽ per illũ tex. quẽ dicit infinitis vicibus practicaſſe C. de appellat. & eius verba pro aureis commẽdat Fel. in c. ex parte il 2. col.6. verſ. declara tamen de reſcript. Ruginell. de appell.§.11.gl.1.c.2. per totum, & maximè n. 16. & ponit diſtinguendo quatuor caſus. Gratian. diſcept.40. nu.36. vſque ad finem, cuius dicta non repetã Scacc. de appell. lib.3. c.2. q.11. art. 2. num. 162. & ſeqq. vbi latè tractat materiam. Ricc. collect. 1464. par.4. vbi allegat noſtrã deciſionem 84. & alios.

ADDIT. AD LXXXV. DEC.

HOdie tamen per Conſt. nouiſſimas §.35. diſponitur, vt infrà (l'inſtãtia della liquidatione dell'anno data la interruttione s'intenda perpetuata ad vn'altro anno.) & ſic ceſſat quòd perpetuetur ad annos triginta, prout ſupra firmauimus, non enim poteſt perpetuari, niſi ad alium annum.

ADDIT. AD LXXXVI DEC.

DE expenſis litium in regno ꝙ ita ſeruetur, vide Giurb. dec. 81. vbi n.3. mentionẽ facit de iſta noſtra deciſione, Cartar. dec.1. nu.1. & 2. vbi facit mentionẽ de ſimili ſtatuto Genuæ, quẽ allegat Ricc. collectan.116. p.1. Aſin. in praxi §.32. limit.22.

Et ad materiam Annam ſing.25. incip. alimenta litis, vbi Additio allegat Alex. Raud. conſ.60. nu.100. & ſequẽt. Surd. de aliment. titu.1. q.119. 120. & ſeq.& Menoc. de præſumpt. lib.1. q.36.

ADDIT. AD LXXXVII DEC.

IVdex adiunctus non alterat naturam illius tribunalis, cuius ſunt iudices illi, quibus adiũgitur, ideo ſi fuerit adiunctus aliquis Regius conſiliarius, ꝓut ſolet fieri quod adiungitur aliq̃s ex Illuſt. Præſidibus, vel Illuſt. Conſultor, Iudibus M. R. C. vel iudicibus Trib. C.S.R.C. nõ ideo alteratur nec modus ꝓcedendi, nec modus exequendi in ſententiis, ſed remanent cauſæ ꝓut ſolẽt eſſe in eorũ tribunalib⁹, q̃a iudex adiũctus nõ alterat, nec mutat naturã tribunalis cui adiungitur, & ita ſemper ſeruatũ vidi in oĩbus cauſis, etiã quod relatio fuerit facta Excell. dominis Proregibus de eorum ordine. Et ratio eſt, q̃a ordinaria iuriſdictio sẽper remanet firmat; licet enim dubitẽt DD. an iudex adiũctus ſit ordinarius, vel delegatus, ꝑ tex. vbi Bar.& alii in leg. duo Iudices ff. de rẽ iudic. & diſtinguãt an delegatus fuerit à lege, quia tunc dicetur ordinarius ſed ſi ab hoĩe, tunc delegatus. Auth. ſi vero contigerit, vbi Paulus C. de iudic. & Bertaz. conſ.109. n.2. attamẽ quòad iudicem ordinarium non dubitãt, quin ipſe ordinarius remaneat, q̃a iuriſdictio ordinaria fauorabilior eſt, q̃ delegata. Roman. conſ.197. nu.3. & iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, & extendẽda, iuxta notata in c. cũ iure peritus de offi deleg. Feder. de Sen. cõſ.158. verſic. qua ergo in fine, nõ. n. ordinaria iuriſdictio cẽſetur derogata, ſed ſi alicui aliquę certę cauſę cõmittantur, cumulatæ

latæ cenſentur datæ. Anch. conſ. 164. n. 9. licet nec iudex adiunctus, datus alteri iudici, poſſit ſolus ꝓcedere ſine alio, cui datur adiũctus, nec iudex, cui eſt datus adiunctus, ſimiliter ſolus procedere ſine adiuncto, aliàs ſententia erit nulla de effectu iuriſdictionis. Geminian. cõſil. 24. n. 11. verſ. ſuper 6. dubio, Bal. cõſ. 79. Dauanti da voi in fin. verſ. vltimo quæritur lib. 2. & ſi ferant ſententias cõtrarias adiunctus, & cui adiungit, neutra valet, ſed expectãda eſt confirmatio à Principe delegãte, qui dedit adiũctũ, ideo interim non põt appellari, & ſi appellat, non deuoluit appellatio ad iudicem appellationis, ſed ad Principẽ Io. Andr. in c. fi. de re iudic. & Bar. in l. duo Iudices ff. eod. Tuſc. cõcl. 417. verbo iudex to. 4. licet in hoc ego pluries contrarium vidi ſeruatum, vt in cauſſa D. Petri Cerami, de qua ſcripſimus deciſ. 50. vbi fuerunt dati iudices Illuſtr. Præſes de Xirotta, & Sp. Hieronymus la Veglia tunc F. P. Regij Patrimonij, & Illuſtr. D. Ioſeph de Neapoli, qui tunc tẽporis erat aduocatus ex primariis, & Sp. Horatius Vanni; & licet oẽs iudices ordinarii, cũ altero ex prædictis adiũctis votauerint in fauorẽ dicti de Cerami. Alij vero contra, nihilominus, abſq; alia Relatione facta Principi, ſententia fuit exequuta, & ita ẽt vidi in aliis cauſis, nõ alia rõne, niſi ſupradicta; qa iudex adiunctus nõ datur ad alterationem iuriſdictionis ordinariæ, ſed tãtũ loco alicuius ex Iudicibus ordinariis ſuſpecti in cauſa. Et prò prædicta noſtra deciſione faciunt notata per Maſtrill. dec. 292. per tot. lib. 3.

Claper. in ſuis deciſ. cauſ. 8. q. 1. & 2. vbi diſtinguit quinque caſus.

ADDIT. AD LXXXVIII DEC.

TErtiarij ordinis Sãcti Franciſci, qui viuunt in eorum domibus, & ſimiles, nõ gaudent priuilegio immunitatũ gabellarum, vltra prædicta vide Ricc. dec. 88. to. 2. vbi n. 4. noſtrã allegat deciſionem, & eãdem adhibet diſtinctionem ex Bolognett. conſ. 22. quam nos ſupra in deciſione potuimus, & idem deciſ. 654. in praxi eccleſiaſtica par. 1.

ADDIT. AD LXXXVIIII DEC.

VIcinus quãdo ad retractum admittatur, vltra prædicta vide Giurb. dec. 51. & dec. 76. nu. 4. Rendell. de iur. prothomiſ. in cõſtitutione ſancimus §. cauſa dotis verſ. exigere iuramentũ nu. 15. & ſeqq. & in §. ſcriptum eſt nu. 6. & ſeqq. & in §. denũtietur, vbi tractat materiã Ricc. collect. 1760. p. 5. Gratian. diſcept. 752. n. 41. & ſeq. lib. 4. & vide eũdem ad materiã deciſionis diſcept. 745. n. 67. & 68. eod. lib. vbi num. 64. ſi adſit via de medio.

Et quid ſi adſit riuus de medio? vide Rendell. ſuper d. conſtitutione ſancimus §. via publica nu. 30. & ſeqq. & vide notat. per Puluerin. dec. 61. ad Affl. & Hieronymum de Martino in Addit. ad deciſ. 223.

ADDIT. AD LXXXIX. DEC.

CEſſat in Regno hodie iſta quęſtio, quia per Conſt. nouiſſimas Excell. Comitis Caſtri, §. 2. diſponitur per infraſcripta Verba (che il c. 61. del Re Ferdinãdo proceda, & habbia luogo di qua inante nelle donationi per cauſa di dote, e donatione propter nuptias. Et ſic ceſſant omnes quęſtiones; quæ ſuper huiuſmodi cauſis fieri ſolebant.

Et vide Frãciſcum Hieronymum de Leon. dec. 110. lib. 1. vbi n. 2. facit mentionem de ſimili ſtatuto Valentię, & n. 4. & allegat Antonium Sola ſuper Conſtit. Sabaud. tit. de Regiſtr. inſtrument. glo. 1. qui aliam ſimilem conſtitutionem Sabaudiæ adducit.

ADDIT. AD LXXXXI DEC.

IVs offerendi competit contra tertiũ licitãtem in Regno ea ratione, quia venditio, quę fit ſtãte pacto vendẽdi ad diſcurſum, nõ eſt licentia, de qua in l. ſi

Digitized by Google

conuenerit ff.de pignor. actio. vt ſupra firmauimus, ideo cōcedi debet ius offerendi: & ſuper hoc vide Maſtrill. dec. 201.n.4. & ſeqq.lib.3. vbi nu.6. ait qđ in Regno de hoc amplius non controuertitur, & faciunt notata per eumdem deciſ.120.n.2. lib.2.

ADDT. AD LXXXXII DEC.

DE huiuſmodi monitorijs vide Alterium de cenſur. diſp. 1. de cauſſ. excommunic.lib.3.c.6.& Ioan.Monac. in c.vt animarum de conſtit.lib.6.n.54 & ſeqq. vbi num.63. loquitur in aduocatis, &.n.66. non ſolum de aduocatis, ſed de procuratoribus, ſollicitatoribus & etiā medicis, ne dicātur præuaricatores, & proditores cauſæ l.1.ff.de præuaricat. & ibi eum vide, quia bene loquitur, & Ægidium magiſt.in dec.DD.to. 1.c.10. Ricc. deciſ.69. to.2. & in praxi monitorialium deciſ. 275. vbi Allegat iſtā noſtrā deciſionem, & de Aduocatis vide eumdem in notabilibus monitoriorum poſt dec. 231. verſ. qui comprehendantur fol. mihi 310. vbi allegat Marcum in q.856. & 869.

ADDIT. AD LXXXXIII DEC.

DE iſtis donis miſſis ſponſæ vide notata per Mar.Giurb.ſuper conſuetud. Meſſan. c.13. glo.4. p.1. vbi latè, & allegat noſtram deciſionem, & Franciſcum Hieron.de Leon.deciſ.36.lib.1 vbi bene loquitur. Gratian.diſcept.forenſ.189.lib.1. Franciſc.Molin.de Rit. nupt.lib.3.q.38.nu.16.& ſeqq. fol.mihi 261.

Et an præſumantur donatæ, ſtante qualitate perſonarum. Gratian.diſcep. 738. num.68. par.4.

ADDIT. AD LXXXXIIII DECISION.

QVod teneatur iudex iudicare ſecūdum acta, & nō ſecundū conſciētiā, ſolet allegari text.in leg. illicitas §. veritas, ff.de offic.præſid. & ibi Bartol. Paul.de Caſtr.in leg.2.num.4.verſ.vltimo nota ff.de in litem iurādo, vbi qđ ſi iudex ſtans ad feneſtrā palatij vidiſſet Titium interficere Seium, ſi Titius numquā fuiſſet confeſſus delictum, nec per teſtes potuerit probari, non debet ipſum ad mortē condēnare, quia nō eſt ſibi notū, vt iudici, ſed vt priuato. Viu. deciſ. 178. lib. 1. & Ricc. collect. 717. par.3.& collect.1129.p.4. Maſtrill.deciſ.151. num.36. par.2. Giurb.dec.99. num. 10. & 11. qui alios allegant.

ADDIT. AD LXXXXIIIII DEC.

MAtrimonium pendēte lite cōtractum an dicatur attentatū, dic vt ſupra declarauimus, quod cum de iure nouo ſacri Concilij Trident. Matrimonia clādeſtina, non obſeruata forma eiuſdē ſacri Concilij, nulla ſint, & irrita, & cōtrahentes ſic inhabiles redditi ſint, pōt, qui prius contraxit clādeſtinè, relicto primo coniugio, & ſemper eo lite pēdēte, cum altera libere cōtrahere, ſeruata tamē forma, & ſollemnitatibus dicti ſacri decreti, vnde ſequitur quòd ſtāte diſpoſitione dicti Sacri Concilij, non ſit in dubio iudicādū pro antiquo matrimonio, ſed pro matrimonio ſubſequuto cum debitis ſollēnitatibus dicti ſacri Cōcilij, militat enim fauor matrimonij verè, & legitimè cōtracti, quia matrimonia clandeſtina, & ſi antiquo iure valerent c. 1. & 2. vbi Abb. & alij de deſponſat. impub. cū alijs adductis per Maſcar.concl.1025. nu.8. & ſeqq. hodie tamen per c.primum de reform. matr.ſeſſ.24. cōtrarium determinatur, & dicta matrimonia clādeſtina reputātur odioſa, & non fauorabilia, ideo nō eſt mirū ſi aduerſus matrimoniū cōtractum, præter ea, quæ ſecundū Concilij formā diſponuntur, ſit iudicādum, vt in his terminis declarat Molin. de Rit. nupt.comparat.16.n.16.& ſeqq.fol.mihi 37. licet dicat quod neminē huius opinionis inuenerit aſſertorē, ex deductis in prædicta deciſ. videre poteris Lācel-

lot-

Digitized by Google

lottum, & Patrem Sanchez hoc clarè, & diffuſè determinantes, & ità fuit deciſum, vt ſuperius deduximus, & faciunt notata infrà deciſ.ſequenti.

ADDIT. AD LXXXXVI. DECISION.

DOmicilium requiſitum contrahentium, adhoc vt quis ſortiatur proprium parochum, qui poſſit aſſiſtere matrimonio, iuxta decretum Sacri Concilij Trid. vltra prædicta, vide latè examinãtem Ioannem Guttierr. de matrim. c. 63. vbi arguit prò, & contra, & tenet validum eſſe matrimonium, quãdo nouus habitator animum ſuũ declarat ſe velle ibi habere domicilium, vel perpetuò manere, quia tunc abſq; expectatione alterius tẽporis habebit domicilium, vt ex Abb. in c. fin. in fi. de paroch. & Tho. Sãchez vbi ſup. dixit num. 14. Sed Petrus Cenedo in ſuis qq. Canonicis q. 21. nu. 40. refert contrarium fuiſſe deciſum per Archiepiſcopum illius ciuitatis cum voto octo conſiliariorum, inter quos vnus erat ipſe, & refert ità alias fuiſſe deciſum per Dominũ Clementẽ Serranum, vbi quod vir qui contraxit, fuit factus inhabilis ad ſic contrahẽdũ, non ſolũ intrà limites eiuſdẽ parochiæ, verum in quacumq; parte orbis; & ꝙ hæc pars recepta, & communis cenſeri debet; & vltrà ſupradictos Iudices dictæ cauſæ, refert ꝙ ſe ſubſcripſerint duodecim grauiſſimi aduocati, & ꝙ vir ille fuit pęna arbitraria punitus, ob fraudis cõmiſſæ ſcelus; Ibiq; per totam quæſtionẽ ſe fundat in verbis Sacroſancti Concilij, an inſpiciat rem, vel perſonam, ità vt prohibitio cõtrahendi, aliter facta, quã ibi per Cõciliũ fuit determinatum, reſpiciat perſonã contrahentium, & non rem ipſam, quæ ſit; quia ſi perſonã, prout ipſe determinat, quocumque in loco eos ligat, ſecus ſi rẽ; & ex prædicta tempor is modicitate, & tã paruo interiecto eundi, & redeundi interuallo, nõ leuis fraudis, & doli coniectura, & probatio reſultare dicitur, vt ex Rimin. iun. conſ. 42. n. 69. & tex. in l. ſi vẽtri in fi. ff. de priuil. credit. vbi Gloſa determinat ibidem n. 13.

Sed reuera ibi loquitur in eo, qui de ciuitate, vbi receptum eſt Sacrum Cõcilium Trid. ne impediretur ab amicis, & cõſanguineis matrimonium, receſſerunt, in oppidum Frãciæ, vbi præfatum concilium, neque publicatum, neq; receptũ eſt, & ibi illud contraxerunt, non ſeruata forma concilij, & continuò ad proprios lares, & domicilij locũ acceſſerunt; & vide etiã notata per Bellett. in diſquiſit. Clerical. par. 1. in titu. de exempt. Cleric. à Statut. Sæcul. §. 5. nu. 5. & ſeqq. fol. mihi 409. vbi allegat Menoch. d. conſ. 398. Ricc. dec. 108. tom. 2. vbi allegat Farinat. deciſ. 390. par. 2. tom. 1. quos vide ad reſolutionem pręſentis quæſtionis.

ADDIT. AD LXXXXVII DEC.

MAritus an cõueniatur pro debito vxoris ſuper bonis dotatis, vide Giurb. ſuper conſuet. Meſſanẽſ. c. 9. gl. 3. vbi tria diſtinguit obligationis tẽpora, ante contractum matrimonium, contracto matrimonio, ſed nondũ filijs natis, & contracto matrimonio procreatis filijs, & latè ibi per totum materiam examinat, & alios allegat.

Et idem de vxore, quod non põt cõueniri pro debito mariti, facto ante cõtractum matrimonium, dixit Azeued. leg. 9. n. 20. tit. 9. lib. 5. recop. & Gutier. lib. 2. pp. qq. q. 128. ad fi. Et in terminis noſtræ deciſionis vide Franciſcũ Hieronymũ de Leon dec. 50. vbi benè declarat, quãdo põt fieri executio pro debito vxoris, in bonis dotalibus apud virum exiſtentibus, facta prius contra eã diſcuſſione. Et quid ſi marito fuerint cõſtituta in dotem omnia bona vxoris, an ipſe teneatur ſatisfacere creditoribus quatenus dotis vires ſuppetunt. n. 6. & ſeqq. vbi n. 7. concludit affirmatiuè per eãdem rationem à nobis ſupra adductã, quòd bona intelliguntur deducto ęre alieno, & allegat eãdem dec. Guid. Pap. 447. bene diſtinguẽdo dicta ꝑ Mã

Digitized by Google

tic. in tract. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 11. num. 11. ibi per cum num. 6. allegatum, & vide A Gamma dec. Lauſitanic. 200. & Peregrin. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 117. & ſeqq.

ADDIT. AD LXXXXVIII. DEC.

DE intellectu tex. in l. 2. C. de pign. vide Scappocc. de Salu. interdict. q. 20. n. 5. & Pacific. de Saluian. interdicto c. 3. inſpectione 3. vbi latè materiã differit, & nu. 34. quod diſcuſſio eſt neceſſaria ſuper ſpecialiter obligatis, antequã ad generaliter obligata deueniatur, allegãdo poſt alios conſ. Pariſ. 50. vbi bene loquitur.

Sed an ea neceſſaria ſit, quãdo in inſtrumẽto adeſſet clauſula, ita vt ſpecialitas generalitati non deroget, vide eũdem Pacific. loco præalleg. nu. 47. vbi negatiue concludit, ex Couar. & DD. à nobis ſupra in deciſione allegatis.

Et an habeat locum, quãdo procedi tur de plano, & abſq; figura iudicij, eſt Maſtrill. dec. 110. to. 2.

Et quid ſtãte obligatione camerali, & inſtrumento guarẽtigiæ; quod nõ eſt neceſſaria, quia poteſt agere tã ſuper, ſpecialiter, quã generaliter obligatis, & electa vna via redire ad aliã; cum illa forma ità diſponat, dixit Socc. conſ. 24 in fi. lib. 1. Cephal. conſ. 39. n. 24. lib. 3. Pacific. vbi ſup. num. 46. vbi quòd hæc vera ſunt, & ita ſeruatur, Gratian. diſcept. forenſ. c. 8. nu. 28. tom. 1. & c. 593 nu. 5. to. 3. qui alios allegant.

ADDIT. AD LXXXXVIIII. DEC.

QVando ſecũdum decretum declaretur nullum, & nulla ſit mentio, de reſtitutione fructuũ, pluries fuit dubitatum, quinã fructus veniãt: & reſolutiuè dicẽdum q̃ ſi nullitas fuerit ex defectu crediti, vt puta pro non debito, & tunc oẽs veniunt fructus tã percepti, quã percipiẽdi, quia poſſeſſor eſt malę fidei poſſeſſor abſq; credito, & caret bona fide, dũ pro ſumma ei indebita aliena auctore prætore ingredi voluit. per tex. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de cond. indeb. vbi oẽs: aut ex defectu iuriſdictionis, & idem dicẽdũ, ſi iudex eſt prorſus incompetẽs, q̃a idem eſſet ac ſi creditor ſpoliaret, & auctoritate ꝓpria bona debitoris inuaderet, cõtra text. in l. creditores C. de pignor. & l. vnic. c. ne q̃s in ſua cauſ. iudex: aut eſt ex defectu aliarũ ſollẽnitatũ, quæ in ſimilibus requiruntur, & tunc ad fructus perceptos teneri iudicamus, q̃a adeſt veritas crediti, & abeſt mala fides, quę nõ eſt cõſiderãda in creditore, ſi cauſidicus malè ordinauerit ſecũdi decreti ſolẽnitates.

Et ad materiã noſtræ deciſionis vide textum in leg. 1. §. fi. C. de pignorat. act. Cum. ſuper Rit. 17. num. 157. Affl. dec. 218. & Intrigl. lib. 2. ſingular. c. 173 nu. 72. & ſeqq. vbi alios allegat. Giurb. dec. 89. nu. 29. & ſeq. Muta dec. 10. nu. 17. & dec. 21. nu. 7. & ſeq.

ADDIT. AD LXXXXIX. DEC.

FVit diſputatum de iſta concluſione in cauſa vertẽte inter Frãciſcum Galeazo, cũ V. I. D. Baldaſſar de Victorio, in qua allegabatur, ex parte dicti de Victorio, iſta noſtra deciſio ĩ eius fauorẽ, videlicet reſtitutionẽ in integrum eſſe concedendã per Iudicem à quo, Sed tamen limitandã diximus concluſionem nõ procedere, quoties proceſſus fuit introductus in tribunali C. S. R. C. & ſic corã Iudice ad quẽ, tunc. n. ipſe concedit reſtitutionẽ in integrum; Quãdo. n. à cauſa principali fuit appellatũ, & fuit aditus Iudex ad quem, qui in cauſa cognoſcere in cępit, tũc ille poteſt, ac debet reſtitutionem cõcedere, vt in ſpecie dixerunt Veſtrius, vbi ſup. lib. 8. c. 3. n. 13. & additio ad Cappell. Tholoſ. d. dec. 393. præcipuè ſi non petitur reſtitutio de actitatis corã Iudice à quo, ſed aduerſus ſententiã ob eius iniquitatẽ, tunc

Digitized by Google

tunc enim debet peti corã iudice ad quem, vt in punct) dixit Abb. in c. cauſa nu. 7. de reſtit. in integr. & c. tum. ex litteris num. 3. eod. tit. in hæc verba : (Ratio; quia reſtitutio in integrum cõtra ſententiã debet tractari coram ſuperiore ipſius ſententiãtis, vt l. 1. C. vbi & apud quẽm. Et ita per prædicta fuit reſolutum coram Illuſtr. D. Ferdinando Matute Cõſultore Excellentiæ ſuæ, & exinde in iudicio reuiſionis.

ADDIT. AD C. I DECISION.

IVs redimendi eſt quid indiuiduum, ideo inſolidũ competit cuilibet hæredum, vt poſt omnes dixit Giurb. deciſ. 52. num. 22. vbi allegat noſtram deciſionem; Cagnol. in leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. num. 103. fol. mihi 52. vbi plures DD. congerit, & quòd ita ipſe conſuluit, & ſæpe conſultum vidit. Cencius de cenſ. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. artic. 2. num. 9. in illis verbis (vnus ex hæredibus poteſt totum cenſum redimere, & dominus cenſus poteſt cogi, & compelli totum cenſum illi ſoli inſolidum reuendere (& allegat Boer. deciſ. 251. vbi bene ad materiam loquitur. Beneuerum quod recuperato prædio, ſi alter ex hæredibus cohæredi ſoluat eius partem, tenebitur cohæres accipere, & inter eos communicare rem redemptam, ſi fuerit hæreditaria, & ſi fuerit res, in qua non poſſint in communione viuere, vtetur quilibet eorum iuribus ſuis, ſed quo ad re emptionem, ſeu quoad iſtud ius redimendi a manu tertii, eſt indiuiduum, & inſolidum competit omnibus hæredibus, vt diximus.

ADDIT. AD C. II DEC.

PRorogatio inſtantiæ non poteſt fieri, niſi termino pendente, vt diximus, lata enim ſententia, ea expirat, Rot. DD. dec. 854. par. 3. lib. 3. Giurb. deciſ. 36. num. 8. ibi ſententia inſtantiæ finem impoſuit, qui plures allegat. Solent tamen aliquãdo Principes prorogare ex aliqua iuſta cauſa, non obſtante peremptione, prout pluries vidi ſeruatum, vel ob paupertatem litigantium, vel ex aliquo iuſtiſſimo impedimento, vel interueniente aliqua verſutia collitigantis, vt dixit Capic. deciſ. 165. Muta deciſ. 98. num. 8. & ſeqq. & Giurb. dicta deciſ. 36. num. 11. vbi omnes allegat; ideo domini Proreges ſolent bis in hebdomada dare audientias publicas, ne pauperes vexentur, & in aliquibus ſubleuentur.

ADDIT. AD C. III DEC.

FVneris impenſa præfertur omnibus creditoribus, etiam anterioribus. ita vltra prędicta dixerunt Gratian. diſcept. 94. to. 1. Greg. Lopez l. 30. tit. 13. p. 5. in fine ibi, Otro ſi dezimos. Amat. Rodrig. de priuileg. impenſ. funerar. p. 1. art. 3. vbi nu. 9. noſtrã firmat concluſionem, & bene ad obiecta reſpondet.

Sed quæ neceſsariò veniant appellatione funeris impẽſæ ? vide Maſtrill. latè examinantẽ dec. 203. tom. 3. nu. 16 & ſeqq. & Sebaſt. Medic. in tract. de ſepult. p. 2. q. 5. nu. 20. & 21. qui licet q. 2. eiuſdẽ p. 2. dicat quòd tales impẽſæ sũt potius moderãdæ, quam vltrà vires extẽdẽdæ, id tamen intelligitur, conſiderata qualitate perſonarum, vt dixit Rodrig. loc. præalleg. num. 5. Quinimmò apud veteres Romanos maximis ceremonijs funeratio peragebatur, vt teſtatur Cornel. Tacit. lib. 3. Annal. in prin. vbi dicit apud Romanos in vſu fuiſse, vt funera nobilium virorũ inſigni ali-

qua

Digitized by Google

qua ratione decorarentur, & illorum imagines antè funus circumferrentur, iuxta illud Orat. Ode 8.ī Epid. Funus, atq; imagines ducant triumphales tuū; & ibi Annot. Antonij Hilleſij in verbo, imagines, vbi allegat Plin. lib. 35.

ADDIT. AD C. IIII. DEC.

EMphyteuta an poſſit à domino auctoritate propria expelli, vltra prędicta vide Cenc. de cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 5. artic. 5. vbi num. 3. quòd non poteſt dominus propria auctoritate, ob negligentiam debitoris in ſoluendo, capere fructus rei ſuppoſitæ, quia nemo poteſt ſibi propria auctoritate ius dicere, ſed iudicem pro Iuſtitiæ cōplemento debet adire. vulg. l. vnic. & ibi Glo. & DD. C. ne quis in ſua cauſ. iud. & l. nullus. C. de Iudæis: Id etiam firmat Ludouiſ. dec. 105. nu. 11. & ſeqq. quamuis ibi non loquatur in cauſa deuolutionis ob non ſolutum canonem, ſed quando ex alio capite, vel propter lineam finitam prætēditur deuolutio, quo caſu etiam ſtante pacto capiendi poſſeſſionem propria auctoritate in caſu deuolutionis, prius debeat coram iudice liquidari, parte citata, quod ſit factus locus deuolutioni, Oliuer. Beltran. in Annot. ad prędict. Ludouiſ. deciſ. litt. A. vbi ita pluries fuiſſe deciſum, & ex Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 22. ſub nu. 14. verſ. nam pactum, ait, quod hoc pactum ſolum operatur, quando conſtat nullam omninò poſſe competere defenſionem, & benè etiā poſt omnes dixit Amic. de iur. emphyt. q. 31. num. 4. & ſeqq. vbi omnes allegat.

Sed an prædicta procedant, quando inter dominum, & emphyteutam interueniſſet pactum expreſſum, quod ſi non ſoluerit canonem per biennium, vel ex alia iuſta canſſa, cadat à iure ſuo, & quid ſi adſit clauſula (conſtituti & Præcarij) vt quotidie fieri ſolet, vide Cenc. vbi ſupra num. 9. & ſeqq. & duas Rot. Roman. deciſ. 149. & 152. impreſſas poſt dictum Tract. Cenc. de cenſ. & Ioannem de Amic. quæſt. 32. per totam vbi latè materiam examinat.

ADDIT. AD C. IIIII. DECISION.

VEriſſima eſt de iure Concl. quòd milites qui continuo ſunt parati ad bellum & habent ordinarium ſtipendium à S. C. M. ſunt veri milites, & gaudent omnibus militum priuilegijs, vt dixit Bolognett. allegatus vbi ſupra in dicta l. Centurio num. 30. & ibi etiam Rip. num. 10. Peregrin. conſil. 84. num. 4. & 24. lib. primo. Iſti enim milites ſunt matriculati, & non poſſunt ſine pœna à ſignis ſuis diſcedere Cynus ibid. num. 10. vbi Bald. & Salycet. num. octauo, & in l. prima, C. de iur. & fact. ignorant. Farinat. conſil. 94. & 95. & adſunt Inſtructiones S. C. M. in anno *1603*. & *1611*. in quibus datur forma, & ordo militibus quomodo eorum cauſæ debeant ſe gerere.

Quòd autem milites ſint immunes ab omnibus oneribus perſonalibus etiam à mixtis eſt text. in l. final. §. final. ibi, exceptis militibus, ff. de muner. & oneribus, & in l. ſecunda, C. de muner. patrimonial. l. his oneribus, §. angariarum, ff. de vocat. & excuſat. muner. vbi Gloſs. Caſsan. conſil. 64. nume. quinto, Maſullus ad Capic. deciſ. 209. num. 6. Guido Pap. deciſ. 388. nume. 3. & Apoſtill. vlt. ad eumdem Guid. Pap. deciſ. 384. in mixtis eſt tex. in l. qui §. decaprotos ff. de muner. & honor. & in perſonalibus quod excuſentur milites eſt text. in l. qui origo cod. tit.

Onus, & munus perſonale dicitur quando ſoluit perſona prò victu & veſtitu ex forma eiuſdem impoſitionis, ita

ita Bartol. in l. prima, §.1. num.4. ff. de publican. & vectigal. Bald. in l. placet C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi Alciat. & communem dixit Apoſtill. ad Bertaz. in conſil. 336. liter. A, in princip. & in conſil.476. num.29. Rimmald. conſil. 754. num.17. lib. ſeptimo, Guttierr. de Gabell. quæſt. prima, Molin. de tribut. diſput.661. & 662. & iſta ratione ſunt exempti clerici à prædictis Gabellis per tex. in cap. quamquam de cenſibus in 6.

Secus in oneribus merè patrimonialibus per tex. in l.2. C. de muneribus patrimon. & Lancellot. Gall. conſ.59. nu. 52. & ſeqq.

Nec contrarium dicit Iaſarte de Gabell. cap. 19. num. 95. & Guttierr. quæſt. 95. num.39. quia loquuntur in gabella quæ ſoluitur quando venduntur vel permutantur bona ſtabilia prout ibi Guttierr. in habentibus duodecim liberos, qui excuſantur ab omnibus oneribus non autem patrimonialibus, & ratio eſt, quia munus merè reale eſt perpetuum, vniforme, inuariabile, & ordinarium l. prima, C. de vacat. public. muner. l. prima, C. de Indict. lib.10. l. omnes, C. ſine cenſu vel reliq. & ibi Bald. & ſcrib. Bald. & alij in l. placet C. de ſacroſanct. eccleſ. & idem Bartol. in l. ſecunda, ff. de iur. immunit. at gabella ſeu munus quod imponitur perſonis prò rebus non eſt perpetuum nec vniforme, ſed imponitur, & variatur ſecundum caſus & occurrentes neceſſitates Reipublicæ, ideò non habet certam formam, nec perpetuam, aut determinatam præſtationem idem notat Paulus de Caſtr. in l. imperatores num. tertio, & ideo munus merè reale obligat principaliter res, & non conſiderat perſonas, nec qualitatem, aut priuilegium illarũ, ſed rerum tantum; Itaque neque Eccleſia neque Domus Auguſta. excuſatur ab illis l. fi. C. de exact. Tribut. lib.10. neque primi pilaris vel miles, neque ætas, aut numerus liberorum, neq; alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus excuſare, & etiam à mixtis, prout ex multis iuribus, & rationibus determinat Franc. de Claperijs cauſs. 42. q. 1. n.8.9. & 10. vbi latè & ibi n.9. loquitur expreſsè de militibus, & num.33. idem firmat.

Quæ quidem exemptio non modo perſonis militum, verum etiam eorum familiæ conceditur Gloſ. in l. vniuerſi In verbo, proprium, C. de vectigal. & text. in l. publicanus §.1. vbi Glo. vltima. ff. de public. quam Gloſſam magis æquam, & approbatam dixit Boer. deciſ.213. n.8. Maſull. ad Capic. dec. 12. nu. 6. Carol. de Tapia in l. fin. de conſtit. princ. in verbo, extincta perſona, c. 3. n.97. fol. mihi 210. Bald. & Salic. in l. 1. C. de vxor. milit. de communi Gratia. conſ.340. n.9. lib.2. & Rebuff. in Auth. habita verſ. tam ipſi C. ne filius prò patre qui loquitur in ſcholari & melius in tract. de priuil. *Scholar. priuil.166.*

Et præſertim de vxore & filijs eſt tex. in l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. ſign. Rebuff. ibi in §. iure proprio verſ. præterea quod vxor. & Gratia. diſcept. 530. n.14. lib.3. Priuilegium enim alicui conceſſum intelligitur etiã pro perſonis acceſſoriis, & familiaribus ideoque conceſſum marito prodeſt vxori, & conceſſum Doctori prodeſt familiæ Luc. de Pen. in l. eos C. de Fabricẽſ. lib. 11. & de militibus, quod priuilegiũ eis conceſſum comprehendat familiares dixit etiã Tapp. vbi ſupra de conſtit. princip. num.97.

Nec his obſtare poſſunt ea quæ in contrarium ſolent allegari quod licet Dominus ſit immunis a Gabellis non tamen eius familia ſub tali exemptione comprehenditur & conſequenter teneatur ſoluere de ijs quæ pertinent ad vſum ſuæ familiæ. Allegatur Iacob. de Aret. in l. vniuerſi C. de vectigal. & com miſſ. Alberic. ibid. & in l. hoc legatum ff. de legat.3. & in 2.p. ſtatutor. q.210. Soc. Sen. conſ.72. n.2. lib.4. Bertach. de Gabell. p.7. q.11. Caroc. de locat. tit. de collect. n.63. Franc. Marc. dec.425. n.3. ex l. vſurpatione C. de vectig. Quoniã præ-

præcitati DD. loquuntur quando aliquis eſt exemptus prò ſe à Gabellis & datijs non facta ſpeciali mentione de familia , tunc enim tenetur pro ea ſoluere Gabellas, vt benè declarat Caroc. Allegatus d.nu.63.& ita expreſſe ſentit Franc.Marcus deciſ.423. in fine vbi quòd quando portantur aliquę res pro exercitu etiam ſi fiat pactum inter fiſcum & communitatem & arrendatores quod omnes teneantur ad ſolutionem gabellæ non obſtante aliquo priuilegio,quia non intelligitur excluſum priuilegium corpore iuris clauſum Authen.qua in prouincia C. vbi de Crim. agi oport. Bertach. in dicto Tract. Gabell.2.p.8.p. q.8. ſecus vero in caſu noſtro vbi habemus tex.expreſſos & DD. qui familiæ militum priuilegium prædictæ exemptionis concedunt. Et nouiſſimè in pũcto noſtrę deciſionis ſcripſit Nouar. collect. 133.nu.3. vbi ampliat concluſionem in Tratenutis (& ſubdit) Nam Tratenuti gaudent priuilegijs militum, illiſque competit immunitas à Gabellis etiam prò eorum familia, & allegat noſtram hanc deciſionem.

F I N I S,

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google